BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
32 I
n23

12
18
2
42

1

C 6s. f

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAXIS MEDICINÆ THEORICA ET EMPIRICA familiariſſima.

GVALTHERI BRVELE:

In qua pulcherrima dilucidiſſimáque ratione morborum internorum cognitio, eorumdémque curatio traditur.

THESAVRVS INNOCENTIÆ.

Cornelio Francen

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

AVRELIANÆ,

Apud Iacobum Chouët.

M. DC. XXVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO HEROI AC
DOMINO D. HENRICO COMITI HVNTIN-
tonienſi, Haſtinguæ Domino, &c. Conſilij
Majeſtatis Regiæ in parte Boreali Præſidi di-
gniſſ. omníque virtutum genere ac doctrina
clariſſimo, bonorúmque ſtudiorum omnium
Mæcenati præſtantiſſimo,

GVALTHERVS BRVELE, aliàs Brant, Doctor medi-
cinæ, matheſeóſque ſtudioſus, perpetuam
precatur felicitatem.

MIRABILEM *quandam diuinæ naturæ pulchri-
tudinem atquẽ varietatem ob oculos cùm propo-
ſuerit nobis omnibus in hoc pulcherrimo mundi domici-
lio atque theatro habitantibus rerum omnium parens
Deus, in eum hauddubiè ſinem, vt in eius ſummam nos ad-
mirationem, inſatiabilémque alliceret amorẽ mirabili hac
rerũ pulchritudine, tum iucunda earundẽ varietate, incõ-
prehenſibiliq; durabilitate; omnes profectò ingenij vires in
contẽplatione tã ſtupendi opificij, homo, (qua nulla creatu-
ra in hoc mundo eſt nobilior) impendere deberet, quoties per
propria officia & occupationes vacare licet; cùm nihil ad
cultũ Dei eiuſdemq; amorẽ, meo iudicio, magis, quàm aſſi-
dua diuinarum humanarúmque rerum cognitio, atq; im-
menſorũ operũ Dei contemplatio nos promoueat: in eumq;
finem proculdubio mentẽ rationalem nobis indidit, diui-
nitatisq; participes nos effecit; quod manifeſtè hinc conſtat,
cùm in cælum omni quaſi momento nobis aſcendere mente
ipſa liceat, ſiderúmq; rationes ac motus mirabiles, ipſamq;
totius vniuerſi pulcherrimam harmoniã perſcrutari ſi ipſi
velimus, conceditur; ne dicã quòd in medio aſtrorum, & in
ipſis quoq; orbibus cæleſtibus nobis expatiari quaſi integrũ

Digitized by Google

est quotiescumq; lubet. Estq; hæc res maximm profectò præ-
sagiũ quòd maximi nos faciat æternus Deus, summoq; nos
prosequatur amore, & quòd tandem suæ æternitatis nos sit
facturus participes, modò piè illũ colamus, & reuereamur
omnibus diebus vitæ nostræ. Quapropter nõ possum non mi-
rari, & quidẽ quàm maximè præposterũ plurimorum iu-
dicium, qui alto quasi silentio inuoluẽda hæc studia esse vo-
lunt, quæ cognitionem rerum naturalium tradunt in hoc
pulcherrimo mundi theatro ab ipso omnium rerum condi-
ditore Deo, ob eam quam diximus causam, sensibus nostris
obiectarum; cùm mirabilẽ tamen vim habeat recta rerum
naturaliũ cognitio, ad pleniorem cognitionẽ omnipotentis
Dei; præsertim si fide Christiana quis fuerit interiùs illu-
stratus. Tãta enim videmus hìc passim in naturaliũ rerum
cõtemplatione miracula, vt nihil in diuinis difficile sit mi-
hi ad credẽdũ. Vnde rectè Apostolus inquit, Inuisibilia Dei
per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur; sempiterna
quoque eius virtus atque diuinitas, ita vt inexcusabiles sint
qui ex creaturarũ cognitione non studuerint dignas crea-
tori gratias referre, cultúq; debito famulari. Mirabilium
enim huius mũdi conditor ipse Deus, à mirabilibus creatu-
ris æstimari potest ex parte, quàm nimirũ ipse sit potẽs ætq;
fortis qui de nihilo fecit omnia. Atque vtinã omnes Chri-
stiani hæc sæpiùs secũ alto silẽtio reuoluerẽt, cùm aliud vix
quicquam sit quod nobis magis in memoriã reuocare pos-
sit spem immortalitatis nostræ. Atque haud dubiè debere-
mus omnes Christiani sæpiùs hoc naturæ templum, quod
omnium sapientum consensu, cuiuscumque etiam sint hæ-
reseos tandem, in humani generis gratiam est conditum,
aspicere quò ituri sumus vita functi; paulatimq; ipsa mẽte
sic nobis familiarem illam nostram beatam habitationem
facere

Digitized by Google

facere deberemus. Alij sunt qui licet rerum naturalium cognitionem vt priores non damnent; omnia tamen ea quæ de rebus naturalibus posteritati à præstantissimis viris non absque inspiratione diuina tradita sunt, prorsus immutare vanissimè laborant. In qua re præter multos alios, Paracelsus se magnam gloriam consecutum sibi ipsi pollicetur, idq; plurimis voluminibus ita agit, vt etiam è doctioribus permultos dubios aliquamdiu reddiderit. Et, vt verum fatear, me etiam aliquot mensibus suis labyrinthis detinuit. Magnis equidem præconiis quæ passim de Paracelso publicè spargebantur, prouocatus, nõ alienum à ratione aliquando esse duxi, si nonulla illius perlustrarer scripta, cùm per negotia cõmodè liceret. Sperabam enim me inde aliquid commodi relaturum, cùm quasi supra astra huius viri scripta à multis extollerẽtur; quorũ nonnulli inauditã etiam nobis minabantur metamorphosin, qui rationem medendi ipsius Galeni profitemur. Ego verò id tandem magnis laboribus, maximisq; expensis consecutus sum; quòd nunc sciam quibus rationibus alios ab hac arte plurimis dãnosa dehortari possum, maximis præterea verissimisq; argumentis asserere possum, Galeni fundamenta, quãtum ad felicem rationem medendi spectat, numquã euersum iri à Paracelsorũ nouis hypothesibus; id quod latius ostẽdemus in libello nostro quẽ De corollariis philosophicis *inscripsimus. In quo libello in eorum gratiã qui ita auidi sunt rerũ nouarum, vt à lectione Paracelsi abstinere nequeant, ea quæ à Paracelso multis libris arrogantissimè, à Raimundo Lullio plurimis voluminibus verbosissimè, & à Gebro obscurissimè tradũtur, verissimè, quantumq; res ipsa patitur, apertissimè atq; breuissimè pro nostro modulo proponemus; neque enim asseram nihil omnino vtilitatis ab istis scriptoribus lectorẽ posse*

Digitized by Google

consequi: scio enim peroptimè; etiamsi Chaos illud alchimisticum aspectu sit vile, omniq; vita destitui videatur, in suo tamẽ sinu foueri, quod Alchimistarum altissima inuolucra atq; ænigmata, nõ mera esse somnia significare potest. adde quòd nihil sit in vniuersa philosophantiũ schola, quod carnis nostræ resurrectionem (& quidem cũ magna innouatione, atque gloria) certius nobis persuadere potest quàm Chaos illud Alchimisticum, seu, vt vocant, philosophicum. Ipsa deniq; Alchimia ex metallis præparare docet præstantia medicamenta, quæ quamuis ab arte medica meritò excludãtur ob venenatos spiritus quibus omnia quasi perfunduntur, artem tamen chirurgiæ exornare possunt, si dextrè à chirurgo corporibus humanis accõmodentur. Sed quantum peccent priores, qui rerũ naturalium cognitionem non nisi iniquo admittunt animo; tum posteriores, qui omnino inuertere studẽt ea quæ à præstantissimis philosophis, medicis, astronomis, astrologisq;, idque dubio procul non absque inspiratione diuina, posteris quasi per manus tradita sunt, in præsentia ostẽdere consultũ minimè existimo, cùm tantæ faces nobis concitatæ fuerint non ita pridem à nonnullis qui meo nomini meæq; famæ malevolè insidiabantur, vt mirum sit dictu. Cuius rei occasio hinc orta est, quòd maiorem semper maiestatem atq; auctoritatẽ attribuerim sacrato Dei verbo (& meritò quidẽ: Cælum *enim* & terra transibunt, verbum autem Domini manet in æternũ*) quàm vt eius veritas humanis vllis artibus probari posset aut deberet, cùm nullæ quasi sint disciplinæ humanæ quin plurimis passim implicẽtur erroribus. Quãtum autem à me peccatum fuerit, alienum à ratione nõ esse existimo si ingenuis præditis animis vno verbo significẽ, in eum potissimùm finem, vt sibi quoque cauere discãt qui virtuti se con-*

Digitized by Google

ſe conſecrarunt, quiq; animum ad cauendum fallendumq; minimè inſtructum habent. Recentē qui adhuc habent memoriam ignitarum impreſſionum quæ in æthere Septētrionali apparuere anno Dom. 1575. circa nonam horā noctis pridie diui Michaëlis, multos eſſe ſcio vbique locorum. Rogat à me muliercula vbi iam dies aliquot elapſi eſſent, primo áne prædicta vidiſſem lumina, vltimò quidnam de facibus illis cæleſtibus ſentirem. Inquam ego, me, & magna quidem cum admiratione vidiſſe prædicta meteora, naturalē autem cauſſam me nullam poſſe augurari, quæ rationi ſatis eſſet cōſona horum luminum. Hoc interim addidi, hāc nimirum, quam dicam cauſam nō omninò videri alienam à ratione. Poteſt fieri, inquam ego, vt huiuſmodi faces excitatæ fuerint ratione magnæ alicuius tempeſtatis tunc temporis ſub terra exiſtentis; radij equidem ſolares in denſam cōcretámque nubium mollem ſub terra collectam, quaſi in corpus ſolidum incidentes, fortè ad ſuperiora tantiſper reflectebantur, donec alteri alicui occurrebant corpori ſolido: cumq; eodem tempore nubiū quoq; denſiſſima moles ſupræ terram verſus Septentionem diuerſis cōcitaretur motibus, poteſt fieri, inquā, vt radij ſolares in illis nubib. ſupra terrā in ea orbis parte recipercētur, dictasq; excitarint faces, haud aliter atq; ſpeculo radij ſolares à quovis homine in hoc aut illud obiectū trāſmitti ſubinde ſolēt, quò radij ſolares per ſe tunc tēporis nullo modo peruenire poſſunt. Hæc ego more eorū qui rerum naturalium cōtemplatione delectātur, interrogatus cādido animo in mediū proferebā. His à me dictis, inquit muliercula, Extremi diē iudicij nos oppreſſurum ſignificare nobis ego auguror has faces cæleſtes. Cui reſpondi, me id certò aſſerere nō poſſe ratione vlla naturali, cùm à ſacrato Dei verbo diſcere debeamus, quidnam de hac ſimiliq;

Digitized by Google

quæſtione, quæ omniũ philoſophorum ſapientumq; rationes atque capacitatẽ longè excedit (vtpote qui omnia naturalibus rationibus metiuntur) ſtatuendum ſit, cùm hoc ſoli Deo notum ſit, qui reuera ſolus nouit omnium rerum durationem atque terminos. Fuere nihilominus, inquam ego, inter priſcos philoſophos permulti viri magna laude digni, etiamſi diem illum Domini magnum ignorauerint, ob ſummã vitæ ſobrietatem, necnon mirabilẽ quam nobis reliquerunt de rebus naturalibus cognitionẽ præſtantiſſimáſque leges quas in hunc finẽ cõdiderãt, vt beata eorum ſeruari poſſet reſpublica. Quãuis enim heroici illi viri nullã artẽ quã humana excogitauit induſtria, abſolutã nobis reliquerint, præclara tamẽ in omnib⁹ artibus indefeſſis laboribus, longiſſimiſq; obſeruationibus inuenerũt, poſteriſq; inſtar teſtamẽti fideliter tradiderunt, quã ob causã meritò etiã auctores poſteritatis vocari poſſunt. Hoc quoq; addidi prædictis, huiuſmodi ſcio meteora, ſignaq; cæli, tã philoſophorum quàm aſtrologorum teſtimonio, nobis plerumque denunciare magnas calamitates. Cui quoq; ſacra ſcriptura aſſentitur, cùm inquit, A ſignis cęli nolite metuere. Signa enim cùm ſint, aliquid boni aut mali nobis ſignificare certũ eſt. Quãtumuis autẽ maximas calamitates nobis ſignificare huiuſmodi ſigna cæli ex eorum obſeruationibus intelligamus, non eſt tamen, inquam ego, quòd metuamus quicquã, ſi firma fide & abſque omni dubitatione nos commiſerimus tuitioni omnipotentis Dei, ipſumq; plena fiducia inuocemus, vt nobis adeſſe velit nunc, & in omnibus anguſtiis noſtris, vtq; imminẽtia mala mitigare velit, cùm propè ſit Deus omnibus verè inuocantibus eum. Huiuſmodi itaq; ſigna cæleſtia cùm magna ex parte calamitates nobis denuntient, idq; propter peccata populi; ſemper timentes

Deum,

Digitized by Google

Deum,pioſq; excitabunt animos ad inuocandũ Deum,vtq; pietatem atq; virtutẽ amplectantur,commonefaciẽt. Eſtq; hæc reuera pia doctrina de cæli ſignis. Ex prædicta tamẽ hac cãdida reſponſione tantæ nobis concitatæ fuere faces, quaſi impudẽter irreligioſeq; aliquid adſeruiſſem,vt mirum profectò ſit dictu; cùm accuſare, addere, mutare, diminuere, calumniari mea colloquia non dubitauerit, antequam ea quæ à me dicta fuerãt,aut audiret,aut leuiter ſaltẽ intelligeret. Cumq; Poëta dicat, ſe odiſſe memorem cõpotorem; poſſem & ego æquo iure odiſſe, ſi Chriſtiana charitas permitteret,& falſum commemoratorem. At quantũ hîc peccauerim,nullus eſt candidi iudicij, Chriſtianaq; charitate imbutus,qui non facilè obſeruare poſſit. Sunt & alia quæ de rebus naturalib. ab aliis aliquãdo inuitatus in medium protuli,quorum nonnulla in deteriorem etiam à nonnullis detorta fuere partem,verùm quàm iniquè id fecerint,vnico verbo indicabo,vt omnib. ſatisfaciã calumniatoribus,& ita quidẽ dilucidè,vt etiã vel omnium rerũ quaſi ignarus obſeruare haud difficulter poſſit, iniquè frequẽter viros bonos calumniari ab iis qui nunquã,aut ſaltẽ infeliciter didicere ingenuas artes,quæ emollire in omnib. quaſi profeſſoribus ſolẽt mores,eoſdemq; non ſinunt eſſe feros. Teſtes mihi erunt omnes illi qui diligenter rerũ humanarum ſtudium cum ſtudio diuino coniunxerunt (quos verè heroicos viros eſſe meritò dicere licet) quòd paſſim in omnib. ſcholis philoſophicis apud Chriſtianos, dũ nouitij in rebus philoſophicis atq; Ariſtotele (qui meritò dicitur etiã hodie princeps philoſophorũ) inſtituuntur: auditores omnium primò diligẽter admoneri à præceptoribus,auctorem quem lecturi ſunt, eſſe ethnicũ quidem ſcriptorẽ,rerumq; naturaliũ cognitionẽ illum optimè quidẽ doctiſſimeq; proponere, nihilominus

Digitized by Google

magna cũ cautela esse legendũ tum illum, tum omnes alios ethnicos philosophos; cùm multa passim scribant quæ cũ veritate ipsa manifestissimè pugnãt. nec id mirũ est, cùm humanis solùm rationibus innitantur. Vnde nõnulli eorũ sunt qui asserunt mundũ numquã habuisse principiũ nec habiturum finem, alij sunt qui cõtrariam seriò tuẽtur partem. Nõnulli quatuor esse mundi elemẽta, sunt alij qui tria tantùm esse seriò cõtendunt, sunt etiã qui duo solummodò admittunt. Suntq; alia quamplurima de quibus nõ satis inter illos cõuenit. Prædictis quoq; addit qui in philosophia nouitios introducit præceptor. Cùm itaq; plurima passim philosophorũ scriptis permista sint, quæ cũ veritate pugnant, vt cõstet quãdo scripta eorum veritati cõsona sint, & quando cũ veritate pugnẽt, certò diiudicare possitis, ne quis errorib. philosophorum implicetur, reuocãda sunt omnium philosophorum atq; astrologorum dicta atq; scripta ad sacratum Dei verbum, tanquã ad lydium lapidem, eiusq; auctoritate examinanda sunt, cùm illud verissimè omnes lites dirimat atq; cõponat, cùm ibi quiescere debeam⁹ ab vlteriori inquisitione veritatis in iis in quib. ratio humana deficit. Ita quidẽ me meosq; collegas optimi mei erudiere præceptores, quibus me nõ minus quàm piis meis parentib. debere, lubenter confiteor. Estq; hoc tã notum in scholis philosophicis, vt neminẽ esse qui hæc ignoraret, aliquãdo præsupposuerim. Hoc solidũ studiorum fundamentum vbi aliquis iecerit, quare quæso liberũ nõ erit apud bonos (quibus omnia bona) data occasione, referre, quidnam senserint philosophi de mundi creatione, de eiusdẽ duratione, de hominis anima, de morte, de Deo, de corporib. cælestibus, de stellarum motib. atq; influentiis, de terræ motu, de tonitru, de Cometis, de tẽpestatib. maximis, de eclipsibus, aliisq; similib. naturæ portentis.

Cur

Cur quæso omnes disciplinas liberales & quæ humana industria inuẽtæ sunt, hoc studiorũ iacto fundamento peruagari tunc nõ poterit, apumq; more ea quæ profutura sunt, seligere? æquo iure meo iudicio peritis nautis nõ temerè cõparari poterit, qui hoc solidum studiorũ suorum fundamẽtum iecerit. Nã quemadmodum nauta si nauẽ acumq; habeat magneticã vsui nauigationis artificiosè cõcinnatam; forti quidẽ animo periculosissimum primò cõscendit mare, etiamsi maximè furiosum sit, & frequenter nil nisi mortem minetur, illudq; felicissimè percurrit, etiãsi nunc ad sidera quasi vi tempestatis attollatur, iterumq; subitò ad tartara quasi præcipitetur, quod etiã tam in hemisphærio inferiori (quod magis etiam mirum est) quàm superiori perficere nõ dubitat. Rectũ prætereà iter ad patrios quoq; inuenit lares; idq; absq; errore notabili, etiamsi vi vẽtorum atq; tempestatũ ad remotissimas maximeq; ignotas mundi partes sit deuolutus, totoq; aberrauerit à destinato itinere cælo: eodẽ quoq; modo, animo cõstanti poterit omnium philosophorũ, astrologorumq; dicta atq; scripta perlegere, docere, exponere, cõmentariisq; illustrare, quãtumuis in multis à veritate aberrauerint, quisquis studiorum prædictũ fundamentum iecerit: nec est quod vereatur ne errorib. eorum implicetur, cùm in omnib. dubiis ad sacrã scripturam tanquam ad verissimum asylum atq; rẽfugium si diuerterit. facilè nũ verum falsúmve doceat philosophus intelligere poterit, cùm ea in omnib. dubiis certissimè decídat omnẽ ambiguitatẽ. Non dubito quin vulgari etiã solũmodò præditus ingenio, facilè videre poßit, iniquè sæpe calũniari viros bonos; primò ab iis qui nõ animaduertunt aliud lõgè esse philosophorum recẽsere opiniones, & easdem approbare; deinde etiam ab iis qui ignari sunt libertatis atq; moris qui in philosophicis scholis obseruari solet. Ex dictis quoq; facilè quiuis æstimare potest,

Digitized by Google

maximè quoq; à ratione deſicere eos qui naturalium rerũ cognitionẽ explodendã tanquam humano generi noxiam, aſſerũt, à nemineq; has artes addiſci eſſe putãt, quin minus Chriſtianus efficiatur: id autem quàm alienũ ſit à veritate, non eſt quod pluribus oſtẽdere conemur, cùm nullus ferè tã puer ſit qui id intelligere modò velit, ex prædictis nõ poſſit. Tantumq; abeſt vt ego ita ſentientib. aſſentiar, vt etiã meo iudicio aureis ſcribi mereatur litteris hoc philoſophi dictũ; Illud, *inquit*, quod exiguũ & tentãdo potiùs quàm aſſerendo de ſublimi dignitate cæleſtiũ naturarũ attingimus, quãuis tenuiter ea cognoſcamus, dignius tamen eſt & optatius multa ſcientia quã de inferiorib. habemus, eò quòd hinc viuacitas ingenij ad penetrãdũ mirabilia ſubleuatur, hinc enim theoremata enaſcuntur quę ad credendũ non inducunt, ſed cogunt. *Hoc quoq; ſuperioribus addo; cùm bonas horas meæ vitæ reſiduas collocare decreuerim in iis quæ mea ſtudia aliquo modo promouere poſſunt, me tã iudiciũ priorum qui naturalium rerũ cognitionẽ damnant, quàm poſteriorũ qui immutare ſtudent ea quæ optimè de reb. naturalib. poſteritati à præſtãtiſſimis viris tradita ſunt nõ abſq; inſpiratione diuina, lubenter reiicere, cùm noſtra ſtudia tã priores quàm poſteriores remorentur potiùs quàm promoueãt. Eam quoq; ob cauſam nunquã me in morborũ curationib. à Galeni, Hippocratis q; ſolidiſſimis iactis fundamentis abduci patiar; id quod meritò etiã ob hanc fecero cauſam; medicinæ enim ſtudio cùm me omninò cõſecrauerim tẽpore iuuentutis propter aduerſam valetudinem, quæ ea ætate ita grauiter diuq; opprimebar, vt diuturnioris vitæ ſpes quaſi nulla mihi ſupereſſet; nihilominus (ſit laus Altiſſimo) ex quo huius artis fundamẽta (quæ vt iucundiſſima,*

ita

Digitized by Google

ita & firmißima ſunt) aliqualiter aſſecutus eſſem, vitæq; modū ſecundū eius præcepta dirigere cœpi, valetudinē recuperaui, huiusq; ſcientiæ beneficio, ſeriò aſſero me ſuperaſſe morboſam mei corporis cōſtitutionē, hactenusq; tranſegiſſe vitā minùs ægritudinib. obnoxiam. Cùm autē huius artis beneficiū in meipſo omnium primò ita felici cum ſucceſſu (ſic monēte Deo) expertus eſſem, omnes conatus inſumere in hac arte medica, nō alienū eſſe à ratione duxi; ſpōteq; hoc genus ſtudij mihi eligere decreui, quod ad hoc ſtudiū (ſentiens vim latētis naturæ) officiumq; me natum eſſe diuerſis indiciis augurari liceret, ratus verū eſſe, quòd nihil felicius ſit quàm quod impellēte genio peragitur. Itaque quoniam omniū primò in meipſo didici certiſſima experientia, artem medicā plurimum in propulſandis morbis momēti habere; nō immeritò magis illā tandem colere cœpi, & quidem in eum etiā finem, vt aliis ex morbis periclitantib. data occaſione ſuccurrere poſſem, eorumq; lāguores lenire: etiamſi enim homo inter omnia alia animalia dominetur, haud aliter quàm ſol inter ſtellas, interq; metalla aurū (nullum enim aliud eſt diuinius homine animal) tamē in terris nihil eſt homine quoq; calamitoſius. Ad hoc quoq; me incitauit, quòd nihil magis in votis mihi fuerit in hoc breui vitæ curriculo ab ineunte etiā ætate, quàm vt aliquo modo poſſem præſtare ne fruſtrà natꝰ eſſe viderer in hoc pulcherrimo naturæ templo; in quē finem ſæpiùs etiam genium defraudare voluptatibus, & quæ ab aliis plurimi fiunt, negligere non dubitaui. Atque iā dicta occaſione, tandem mihi ipſi hanc præſentē artis medicæ Praxim, ex Galeno, Hippocrate, (quibus præcipuus debetur honos) Auicenna, Aëtio, Paulo Aegineta, Gatinaria, aliisq; præſtātiſſimis ſcriptorib. collegi, in præſentemq; quem videtis ordinem redegi, ne librorum bi-

Digitized by Google

bliothecă vbiq; locorum circumferre cogerer dũ ægris mihi inſeruiẽdum eſſet. Partim quoq; vt memoriæ cõſulerẽ, quæ ætate lãgueſcere ſolet. In hoc autem libello, curandi rationẽ expreſſimus claram, breuem, methodóq; cõſtantem, memoriámq; quæ aliqualiter iuuare poteſt. medicamẽta præterea ratione experientiaq; cõprobata, necnõ tuta, plurimisq; cognita & paratu facilia ſolummodò admittimus, quib. nihilominus grauiſſimi morbi poſſunt è corpore expelli, modò vniuerſalia particularib. debita ratione accõmodẽtur: quod plenius in Vniuerſali noſtra medẽdi Methodo *indicabimus. iis quoq; efficere licebit vt ſit mens ſana in còrpore ſano; quo nihil mortalib. eſt expetendũ magis, cùm alioqui pauper ſanus magis ſit felix quàm diues affecto corpore. Id quoq; ex his laborib. mihi obtigit, quòd plurima paſſim obſeruauerim quæ alioqui neglecturus, præteriturusq; eram. Internorum autem morborum hîc potius curãdi rationem proponimus, eò quòd tum cognitione, tum curãdi ratione, externis, iisq; quæ ad chirurgiam pertinent (quã ſuo quoq; loco pro noſtro modulo exornare non grauabimur, ſi æquo has noſtras primitias admiſeritis animo) ſint difficiliores. Medicamẽtorum quoq; repetitio hîc aliquoties fit in morbis diuerſis, vt inexercitatis magis fiat clara atq; familiaris, minuſq; laborioſa noſtra Praxis: id quod meo iudicio fieri nõ poterat, ſi toties ad alia loca relegaremus lectorem, quoties alioqui id fieri licebat: inexercitatis enim cõpendia diſpendia eſſe ſolent; iisq; nunquam bene dicitur quod ſatis nõ dicitur. Hîc quoque paſſim ſimplicia addimus compoſitis medicamentis, eò quòd ſæpe præſtantiorem edant affectum ſimplicia, multis in vnum coactis medicamentis. Adde quòd cùm auxilia frequenter mutanda ſint, & potiſſimùm in cõtumacioribus morbis, ne vni aſſueta natura medica-*

dicamento, illud tandem aſpernetur, ſatis copioſam vbique eorum adducimus ſiluã. Ex Galeni autem, Hippocratis aliorumq; præſtantiſſimorum medicorum fontibus, permulta huic noſtræ Praxi inſperſimus, iisq; parum immutatis, cùm ea feliciùs, doctiúſque proponi vix poſſint. A plurimis autẽ amicis frequenter expetita cùm fuerit hæc noſtra Praxis (nõ in eum reuera finem nata vt illam typographis cõmitterem) vobis viris generoſis qui aliqualem cognitionem artis medicæ expetitis, quibusq; prolixa medicorum volumina euoluere nõ licet propter alia ſtudia atq; negotia, de quibus quoq; iudiciũ ferre difficile vobis fuerit abſque ope medici docti, quorum copia multis in locis cùm denegetur, me meam dedicaſſe Praxim ſcito candide lector, nõ autem iis qui lõgis laboribus, diuturnaq; experiẽtia in hac arte diuina ſatis profecerunt. Quamuis autẽ impoßibile ſit vt immortalis permaneat homo; tamen vt diutiſſimè viuat, poſſe multum, ne dicam mira præſtare hãc noſtram artem medicam (ſi principiis obſtet, temporeq; debito admittat medicum, vniuerſaliaq; particularib. debita ratione adhibeãtur) verißima diuturnaq; experientia edoctus tum in me, tum in frequentißimo amicorum numero, idq; diuerſis in locis, aſſerere etiam plurimorum teſtimoniis poſſum. Cùm autem maxima ſit ingeniorum varietas, nihilq; à quoquã hiſce temporib. in medium proponi poßit, quin ſuos habeat detractores atque zoilos, quibus facilius multò eſt reprehẽdere quàm emendare (cùm aliorum vituperare labores ars nulla ſit) difficillimum mihi fuerit omnib. operam gratam præſtare poſſe; præſertim cùm pro nullo vitio à multis habeatur alienã proſcindere famam, qui plurimùm ſibi quoque plaudunt, ſi doctiores, virtuteq; præcellentes, re vel minima reprehẽdere poßint. Quorum multi quoque ſunt, qui

Digitized by Google

in re parua magnas posse excitare tragœdias gloriantur, modò inde commodum aliquaratione metiantur: quorum hominum ipse miram varietatem non ita pridem expertus sum. Cúmque hæc nostra tanta non sint, vt per se malcuolorum iniuriam euadere possint, mihiq; natura ingenium concesserit mite, simplex, animúmque innocentem; ego propterea multorum virorum consuetudinem imitari quoque decreui, qui vt tutiùs eorũ scripta à calumniis & iniuriis defendantur maleuolorum, & qui ad cauendum fallendúmque instructissimi sunt, præstantioris alicuius patroni vlnis ea commendare solent, cùm non minimam gloriæ partem viri natura præstantes atque generosi semper existimati sint, viros protegere doctos. Celebri autem tui nominis fama atque auctoritate adductus, Mæcenas illustrissime, sub tuo patrocinio hanc de internorum morborum curationibus Praxim, cum viris generosis atque beneuolis communicare non grauabor. Optimè autem mihi conscius sum, nullæ mea esse merita quibus aliquid à te impetrare possim viro illustrissimo; meæ tamen quod ignosces audaciæ, bonorme animo esse iubet tua in omnes, etiam exteros, beneuolentia. Adde quòd plurimùm me quoque incitat, quòd te ad heroicam aspirare virtutem, certò mihi persuasum habeam, eiúsque te ingenij esse constat, qui bene velis doctis & eruditis omnibus. Adde quòd diuinæ artis medicæ, omniúmque aliarum scientiarum te candidissimum esse patronum, iam diu didici. Verùm subsistendum hîc in tuis laudibus mihi consultissimum esse existimo, propterea quòd epistolaris breuitas non ferat ea quæ cum virtute commemorare liceret. Tibi, tuæque Celsitudini me meáque studia reuerenter commendo, tibíque ommem animi mei promptitudinem libentissimè offero.

Methodus

Methodus pro cognitione
CEPHALALGIAE
INSERVIENS.

CEPHALALGIA est laborioſus ſenſus ipſius capitis, propter grauem eius mutationem aut triſtem. Ab affectu ipſo, & etiam ipſa parte affecta nomẽ inditum huic malo eſt. Contingit autem caput plus cæteris partibus doloribus torqueri; ita quidem vt vix vlla alia corporis pars doloribus ita oportuna ſit: quod partim ſit propter poſitionem; facillimè enim vapores acres humoréſque turgentes ex inferioribus partibus eò impetum faciunt. Cùm denique frigidæ humidæque admodum ſit naturæ ipſum cerebrum, plurima in eo generantur excrementa: quæ ſi increſcant, nec debito tempore excludantur à virtute expultrice, caput doloribus quoque perturbare ſolent. Dolor autem hic ſubinde exterius verſatur, túncque capilli exacerbantur ſi caput prematur: hęc autem nequaquam accidũt dum dolor intus exiſtit. Si autem dolor hic vetuſtus ſit, ſæpiúſque repetat, diúque perſeueret, totúmque caput occupet, aut maiorem eius partem, *Cephalea* dicitur. Alteram autem capitis partem ſi tantùm occupet, *Hemicranea* erit; ſubditarúmque partium conſenſu. *Cephaleæ* autem proprio & primario ſit capitis affectu. Vti autem dictæ duæ ſpecies, ſic etiam dolor capitis ex febris occaſione ortus, aut potatione ſtrenua, aliáve aliqua causa externa, *Cephalalgia* dicitur.

PARS AFFECTA. Membranæ ipſius cerebri vt plurimùm hîc afficiuntur: cùm enim exquiſitè ſentiãt,

in illis potissimum dolores fiunt, & quidem magna ex parte punctorij, vti substantiam cerebri dolor potius grauans exercet; obtusum enim sensum consecuta est cerebri substantia. afficitur autem cerebrum aut per se, tùncque dolor magis est assiduus; aliàs verò per consensum subiectarum partium, à quibus leuia facilè ascendunt, & à cerebro facilè admittũtur. Frequentissimè autem fit à ventriculi consensu propter sextum par neruorum illi implantatorum, tunc dolor minus est assiduus, sed per interualla repetit potius, inualescítque dolor incremento mali ipsius stomachi, vti contrà quoque leuatur, dũ stomachus melius se habet. Solet quoque mitigari postquam cibum sumpserit æger; contrà verò exacerbari, si diutius inediam pertulerit; humores enim crudi aut acres, tempore inediæ à ventriculo attrahuntur à partibus vicinis, cerebróque communicantur vapores inde profusi. Sæpius quoque vteri fit vitio, tùncque potius in posteriori capitis parte dolor versatur quàm anteriori, per spinalem enim medullam cerebro noxa communicatur tunc. Solet tamen à posteriori capitis parte in alias quoque adiacentes noxa diffundi, quod sæpe fit in mensium suppressione, seminísve corruptione. Si ab alia aliqua parte fiat dolor, ex propriis signis innotescet. Solet autem cerebrum per communitatem læsum, tandem etiam per essentiam affici; longo equidem dolore, contingit cerebrum subinde ita debilitari, vt facilè recipiat superfluitates aliarum partium. Hinc quoque contingit spiritus resolui, vnde virtus digestiua debilitatur, temperiésque immutatur, vnde quàm plurima excrementa in cerebro generantur.

SIGNA; Ex ægri querimoniis, subiectísque, constat huius mali præsentia.

CAVSÆ; Sæpe excitatur à frigida pituitosáque materia, tùncque dolor grauans, aliquando etiam multum vehemẽs, si subitò scilicet inuadat, excitatur, facieíque pallor adest, vsus ciborum humidorum frigidorúmque præcessit, humidi frigidíque temperamenti est. Solet autem

autem hæc materia, ob craſſitiem atque viſcoſitatem, obſtruendo anguſtos meatus capitis, dolorem excitare. Aliàs à copia fit sãguinis, totiúſve plenitudine; id quod victus ratio, temperamentum, ætas, cæli ſtatus, & reliqua quæ ſanguinem augere poſſunt, indicabunt. Rurſus fit hoc à menſib. hæmorrhoidibúſve ſuppreſſis, nec non à ſanguinis ſuppreſſione, qui erũpere ſolebat ſuis temporibus; tunc grauitatis diſtentioníſque ſenſus cum dolore, caliditatéque, ídque maxima ex parte in fronte aderit: vrina intenſi eſt coloris, rubedo in facie oculiſq. obſeruatur. Aliàs fit à ſanguine bilioſo atque tenui, cuius parua quantitas maximos ſæpe dolores excitat; fit tunc abſque grauitate dolor mordax, acutus, perforans, pulſans validè, erodens, & vt plurimùm in dextra capitis parte; oris amaritudo, vigiliæ, capitíſque ardor magnus concurrit. Contingit aliàs quoque à copia ſpirituum immodica, ſeu à materia multùm flatuoſa dum redundat, dolorẽ capitis excitari, quæ per minimas vias facilè penetrare poteſt, & per neruos, membranas, arterias, venáſque, necnon intra membranas & oſſa ſe inſinuat, ſicque diſtenſione ſeparationem partium coniunctarum moliuntur; túncque fit dolor in capite diſtendens ſine grauitate, & ſonitus auriũ, qui ſtatis ſæpe diei horis recurrit, magnáque ex parte per conſenſum fieri ſolet hic dolor. Aliàs quoque ab intemperie notabili calida aut frigida vehementiſſimus ſæpe dolor in capite oritur. Non ita diu tamen durare capitis dolores ſolent ex ſola intemperie orti, quin humorum colligatur copia, à qua dolor etiam fieri ſolet: & potiſſimùm hoc fit ſi diu duret dolor, corpúſque plethoricum aut cacochymicum ſit. Cum calida autem intemperie concurrit dolor magis intenſus quàm cum frigida, capitis quoque calor adeſt notabilis, oculorúmque rubedo; à frigidis leuantur. Contrarium in frigida capitis intemperie euenit, quæ validiſſimum etiam dolorem excitat, & magis diu durare ſolet, quàm qui à calida intemperie fit. Ex ſicca autem intemperie non ita validi oriuntur dolores,

eò quòd ſubitò non inducatur, ſed ſolent eſſe lenti lõgíque: calor quoque non ita hic moleſtat, ſed capitis cutis magis ſicca perſentitur. ab humectantibus leuantur, ab exſiccantibus verò offenduntur. Ab humida autem intemperie dolor non excitatur per ſe, eò quòd violentam repentinámque mutationem in parte ſimilari efficere nequeat per ſe, nec continuitatem eiuſdem ſoluere poteſt, niſi copia humorum concurrat.

PROGNOSTICA. Vetus capitis dolor ex frigida materia ortus; difficillimè ſaneſcit, & potiſſimùm in ſenibus. Dolor autem capitis continẽter excrucians, ſomnúmque auferens, periculo haud vacat; inſaniam enim in proximo eſſe ſignificat, & maximè ſi vomitus accedat æruginoſus. Item ſurditatem, phrenitidem, apoſtema, ſpaſmum, ſingultúmque minatur dolor capitis ſi grauiter vrgeat, neque curatione ſaneſcat, ſed potius increſcat. Magno dolori capitis ſi diſtenſio neruorum cõcurrat, ſummum periculum oſtendit. Quicumque ſani dolore capitis repẽtè corripiuntur, & ſtatim muteſcunt & ſtertunt, in ſeptem diebus moriuntur, niſi febris apprehenderit. Cùm caput parte aliqua, vel circumcirca dolet, ſi pus, vel aqua, vel ſanguis è naribus, ore, aut auribus exit, ſcire licet malum ſolui. Dolor quoque capitis qui à principio non fuit, certum eſt indicium futuræ criſis per vomitum, aut ſanguinis fluxum è naribus, eíq; dolori curatio molienda non eſt, ne prohibeamus ſanguinis eruptionem, quæ naturæ prouidentia inſtituitur, morbúmque aut ſoluet, aut ſaltem leuabit.

Methodus pro curatione

CEPHALALGIÆ FRIGIDÆ INSERVIENS.

Perficitur autem ſequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AER ſit calidus atque ſiccus, aut arte aut natura.

Cibus.

Digitized by Google

Cibus. auium montanarum carnes, item gallinarum, caponum, oua ſorbilia. aſſæ autem carnes elixis meliores.

Coquantur alimenta cum betonica, maiorana, ſerpyllo.

Inter fructus conueniunt amygdalæ dulces, piſtacię, vuæ paſſæ.

A cibo; diacidonites cum ſpeciebus ſumat nonnihil.

Potus ſit vinum tenue: parum quoque bibere poterit vini potentis. Aliquando bibat hauſtum mulſæ, cui aliquid nucis muſcatæ, nec non piperis immittemus.

Motus exercitiúmque ſit mediocre.

Somnus ſit mediocris, & elato coopertóque mediocriter capite quieſcat.

Vomitus hîc vitandus, niſi per ſtomachi communionem caput doleat.

Animi accidentia vitentur: leuis interim cura non hîc vt in Cephalea bilioſa eſt noxia.

PRÆPARANTIBVS.

Syr. de hyſſopo, de radicibus acori, de betonica, ſtœchade.

Mel roſatum. Syr. acetoſus ſimplex. Oxymel ſimplex, ſcyllicum & compoſitum.

Aqua hyſſopi, betonicæ, maioranæ, ſaluiæ, meliſſophylli.

Decoctum ligni guaiaci cum rebus capitalibus.

Decoctum betonicæ, hyſſopi, apij, fœniculi, ſaluiæ, maioranæ, meliſſophylli, pulegij.

Decoctum florum ſtœchados cum melle.

Per plures autem dies materia mali iſtis concoquenda erit, antequam eradicatiuè vacuabitur; humores enim craſſi, viſcidi atque lenti grauiorem ferè atq. contumaciorem morbum alunt. Si tamen admodum ęgrum affligat, tunc vacuationem eiuſdem inſtituemus, non expectando concoctionem.

VACVANTIBVS.

Venæ ſectio fiet ſi plethoricum corpus ſit; alioqui in craſſis, viſcidis, multúmque frigidis humoribus vena

Digitized by Google

nõ ſecabitur;periculum enim eſt,ne frigidus affectus incremẽtum ſumat.Secabitur autem Cephalica dextri brachij: hinc ſi malum perſeueret,venam frontis ſecabimus, & potiſſimùm ſi in poſteriori parte capitis dolor hęreat. Propter autem humorum craſſitiem, ſatis amplum vulnus inſtituetur.

Electuarium Indum,diacatholicum,diaphœnicum.

Puluis ſenæ præparatæ,plurimùm hîc valet.

Hiera ſimplex diacolocynthidos,logodali,agaricus trochiſcatus.

Pil. de agarico, alephanginæ, cocciæ, arabicæ, fætidæ, maſticinæ,aſſaicret.

Agaricus. Turbith.

Potio ex rad. acori,betonica, hyſſopo, roremarino,ſtœchade,ſeminibus aniſi,fœniculi,vuis paſſis,glycyrrhiza,floribus violarum,bugloſſæ,polypodio, ſena,nuce muſcata,cinnamomo,diaphœnicone.

Potio ex ligno guaiaco,rebus capitalibus,ſena,polypodio.

Clyſtere ex decocto betonicæ, maioranæ, ſtœchados, foliorum meliloti,maluæ,braſſicæ,addito melle roſato,diaphœnicone,oleo roſato,ſale,hiera diacolocynthidos.

Proderit laborantibus hoc malo,non ſemel, ſed bis aut ter purgare,eò quòd pedetentim purgando humores concocti facilius medicamento obediant. Craſſi enim & tenaces humores ſubitę purgationi non cedunt. Potius autem pillulæ quàm electuaria conueniunt,eò quòd plenius meliúſque à partibus diſtantibus attrahant quàm electuaria.

AVERTENTIBVS.

Clyſtere prædictum. Eo purgantis medicamenti vice conuenientiſſimè vtemur, materiam equidem deorſum ſic reuellimus, doloré mque qui à vaporibus ſurſum elatis ob alui ſuppreſſionem excitatur ſedabimus.

Venæ ſectio.

Lotio-

Lotiones crurum ex aqua calente.
Sanguiſugæ venis eminentibus circa locum affectum applicabuntur, aut extremitati naſi.
Suppoſitoria fortia.
Ligaturæ dolorificæ fiant partium oppoſitarum, nec non earundem frictiones validæ.
Fomentationes quoque earundem partium ex decocto ſaluiæ, hyſſopi, maioranæ, aliiſque herbis capitalibus.
Sternutatorium ex pyrethro, pipere, caſtoreo, nigella, elleboro albo, ſucco maioranæ, betonicæ, cyclaminis.
Naſale vel errhinum ex ſtaphiſagria, nigella, hiera picra, ſucco iridis, pipere, aurea Alexandrina, elleboro, euphorbio, pyrethro, caſtoreo, cyclamine, ſinapio, aqua maioranæ.
Apophlegmatiſmus ex manſu hyſſopi, condiſi, pyrethri, piperis, ſtaphiſagriæ, glycyrrhizæ, maſtices, vuarum paſſarum, maioranæ, pauco melle addito.
Gargariſmus ex vino rubro, in quo decoquantur radices pyrethri, glycyrrhizæ, folia hyſſopi, betonicæ, ſinapium, melle roſato addito.

Summè conueniunt diuerſiones omnes in dolore capitis, à quacumque tandem etiam foueatur cauſa. Magna tamen cum cautela gargariſmatibus atque apophlegmatiſmis vtemur ſi pulmonum adſit affectus, aut ſi æger catarrho ſit ſubiectus. A partibus autem propinquis incipiemus, & paulatim ad magis remotas tranſibimus.

ROBORANTIBVS, *reſoluentibúſque reliquias, intemperiémque relictam emendantibus.*

Diacuminum, aurea Alexandrina, diacaſtorium, theriaca, Mithridatum, cum aqua betonicæ.
Aromaticum roſatum, diacorum, plereſarconticum, diambra.
Diamuſcum dulce & amarum.

Digitized by Google

Saccarum maioranæ,betonicæ,roriſmarini.
Conſerua anthos,acorus conditus.
Decoctum ligni Guaiaci cum floribus cardui benedicti plurimum valet, tam in Cephalea quàm Hemicranea.
Cubebe,muſcus,maiorana, ambra,nux muſcata,cinnamomum.
Epithema fronti fiat ex ſtillaticio liquore vini.
Lotio capitis ex lixiuio,in quo betonicæ,maioranæ folia,& flores meliloti, camomillæ infuſi aliquot horis fuerint.
Irrigationes capitis fiant ex decocto foliorum lauri,florum betonicæ,maioranæ,meliloti.
Balnea piperina mirificè doloribus capitis auxiliantur.
Orbiculus odoriferus ex cinnamomo, caryophyllis, ſtœchade, foliis lauri, maiorana, maſtice, nuce muſcata.
Vnguenta ex oleo irino; rutaceo; liliorum; anethino; camomelino:quibus tum frontem,tum narium meatus inungemus.
Emplaſtra ex rad.cucumeris aſinini,& abſinthio.
Ceratum ex euphorbio in antiquis capitis doloribus, veteribus comprobatum eſt medicamentum.

Plurimum hæc medicamenta cerebrum ipſum roborant intemperiem eius frigidam auferendo. Præcipuè autem id præſtabunt ſi ſumantur ventriculo mediocriter vacuo, quo etiam tempore ea quæ extrinſecus applicari ſolent,admouenda erunt;alioqui vapores in caput facilè prolicient ex inſernis partibus. In declinatione autem & in fine declinationis, vtemur digerentibus roborantibúſque annexis medicamentis.

Theorica

Digitized by Google

Theorica & empirica medicamenta nobilia,

IN

CEPHALALGIA FRIGIDA,

SÆPIVS CVM SVMMA SALVTE plurimorum ægrotorum *à* Gualtero Bruel *experta.*

CVRATIO CEPHALALGIAE FRIGIDAE. ℞. foliorum ſaluiæ, betonicæ, rutæ, maioranæ ana m. j. flo rum ſtœchados, centaurei minoris, ana p. j. maluarum, meliloti, althææ ana m. j. ß. ſeminum aniſi, fœniculi ana ʒ ß. nucis muſcatæ, cinnamomi ana ʒ ij. colocinthi ʒ ß. coquantur in aqua quantum ſatis ad ℔ j. ß. colaturæ adde electuarij eleſcopi ʒ ß. Sp. benedictæ laxatiuæ ʒ j. diaturbith cum rhabarbaro ʒ iij. mellis roſati colati ʒ j. olei rutacei, laurini ana ʒ j. ß. ſalis ʒ j. fiat *Clyſtere*, detur ante prandium hora conuenienti.

℞ oxymellis compoſiti ʒ iij. ſyrupi ſtœchados ʒ j. decocti ſtœchados, betonicæ, roriſmarini ʒ x. ſumat ʒ iij. per aliquot dies. aut ℞ radicum graminis, aſparagi, petroſelini ana ʒ j. foliorum ſaluiæ, verbenæ, betonicæ, hyſſopi ana m. j. endiuiæ m. j. ß. glycyrrhizæ raſæ ʒ. ß. ſeminum petroſelini, aniſi ana ʒ vj. florum roriſmarini, ſtœchados ana p. j nucis muſcatæ numero ij. coquantur in aqua q. ſ. ad ℔ j ß. colaturæ addantur oxymellis ſquillitici ʒ ij. ſyrupi ſtœchados ʒ j. fiat *Potio.*

℞ radicum acori ʒ j. aſparagi, petroſelini ana ʒ j. ß. betonicæ, maioranæ ana m. j. ß. vuarum paſſarum enucleatarum ʒ j. ſeminum apij, aniſi ana ʒ iiij. florum bugloſſæ m. j. roriſmarini m. ß. ſenę Alexandrinæ ʒ j. agarici albi & leuis ʒ vj. turbith albi & gum moſi ʒ j. zinziberis albi ʒ ij. ß. coquanturin ſufficienti quantitate

Digitized by Google

aquæ ad ℔ j. colaturæ addatur mellis roſati, ſyrupi Byzantini ana ʒ j. ſacchari albiſſimi q. ſ. fiat *Potio*, ſumat in aurora ʒ iiij.

℞. pillularum de agarico, cochiarum ana ʒ ß. diagridij g. iij. ſyrupi ſtœchados q. ſ. fiant *Pillulæ* ſeptem, aut octo.

℞. agarici trochiſcati, hieræ diacolocinthidos ana ℈ j. ß. nucis muſcatę gr. octo, ſyrupi ſtœchados & abſinthij ana q. ſ. fiant *Pillulæ* octo. Aut harum loco ſumat diacatholiconis, electuarij Indi ana ʒ iij. ß. fiat *Hauſtus* cum aqua betonicæ. Aut ℞ diaturbith cum rhabarbaro, electuarij eleſcopi, diacatholico ana ʒ j. ß. ſyrupi ſtœchados, oxymellis ſimplicis ana ʒ ß. decocti betonicæ, ſaluiæ q. ſ. fiat *Hauſtus*, detur in aurora.

℞. diamuſci dulcis ʒ j. diamargariti calidi ℈ ß. diambræ ℈ ij. aquarum betonicæ, & ſacchari albiſſimi q. ſ. fiat *Electuarium in tabulis*: detur tabella vna ſumpto ſyrupo.

℞ Sp. plereſarchontici, diagalangæ, diamuſci dulcis ana ʒ ij. ß. radicum enulæ campanæ ʒ j. ß. conſeruæ anthos ʒ j. ſyrupi ſtœchados q. ſ. fiat *Electuarium* in forma opiati.

℞ conſeruæ anthos ʒ j. ß. acori ʒ ß. aurę Alexandrinę, aromatici roſati, mithridatici ana ʒ j. ſyrupi ſtœchados q. ſ. fiat *Mixtura*, doſis ʒ j. cum aqua betonicæ.

℞ Sp. diamuſci dulcis, diambræ ana ʒ j. dianthos, cinnamomi optimi ana ℈ ß nucis muſcatæ, macis, ſeminum fœniculi ana ℈ j. ſacchari albiſſimi diſſoluti in aqua betonicæ, & roriſmarini ana q. ſ. fiat *Electuarium in tabulis*; ſumat horis tribus ante paſtum morſellum vnum. In eundem finem ℞ Sp. diambræ, diamuſci dulcis ana ʒ j. conſeruæ roriſmarini, florum ſaluiæ, acori ana ʒ ß. maſticis, cinnamomi, corticum mali citri ana ʒ ß. ſyrupi ſtœchados q. ſ. ad conſiſtentiam electuarij mollis.

℞ nucis muſcatæ ℈ ij. ellebori albi, pyrethri ana ℈ ß. nigellæ, maioranæ ana ℈ j. ß. caſtorei ℈ j. moſci gr. j. fiat

j. fiat *Puluis ſternutatorius*; pauxillum eius calamo in nares inſuffletur.

℞ hyſſopi, maioranæ, betonicæ ana m. j. ſtaphiſagrię ʒ vj. ſinapis, piperis longi, pyrethri ana ʒ j. ß. coquantur in aqua q. ſ. ad tertias decocti accipiatur ℔ j. oxymellis ſimplicis, mellis roſati ana ℥ j. fiat *Gargariſmus*, quo manè vtetur antè paſtum.

℞ pulueris ſeminum ſtaphiſagriæ, nigellæ ana ℈ ij. nucis muſcatæ, piperis ana ℈ j. ſcammonij ℈ ß. ſucci maioranę, mellis deſpumati ana q. ſ. fiat quaſi *Linimentum*; quo narium interiora inungantur.

℞ roriſmarini m. ij. betonicæ, maioranæ ana m. j. camomillæ, meliloti, origani ana m. j. ß. coquantur in aqua quantum ſatis ad tertias, ſub finem adde aliquid vini ſtillatitij; fiat *Embrocha vel irrigatio*.

℞ olei chamęmelini, liliorum ana ℥ j. de euphorbio ʒ j. nucis muſcatæ, florum ſtœchados ana ℈ ij. ſs. ceræ parum; fiat *Vnguentum*, tempore vſus diſſoluatur cum pauca quantitate aquæ vitæ; qua ſola ſubinde quoque caput irrigandum eſt.

℞ olei liliorum alborum ℥ j. olei aniſi ℈ j. nucis muſcatę ʒ ß. cum bombace excipiantur, auribúſque iuxta mentum ſuperponantur.

℞ olei liliorum alborum, laurini, rutacei ana ʒ vj. vitrioli Romani modicè vſti ℈ iiij. ceræ & croci nonnihil, fiat *Vnguentum*, quod in contumaciori capitis dolore admodum eſt efficax.

℞ florum ſtœchados, roriſmarini, ſaluię, betonicæ, maioranę, origani, abſinthij ſicci ana m. ß. nucis muſcatę, maceris, ana ʒ j. conterantur vnà, ſericóque panno rubeo inſuantur; fiat *Sacculus* ad modum pileoli; per duos aut tres menſes vtatur, qui ſubinde aſpergetur vino ſtillaticio.

APPENDIX
Ad prædicta pro curatione CEPHALALGIAE FRIGIDAE inſeruiens.

Digitized by Google

Omnium primò ventris regio expurganda est clysterio. Hinc incidentibus medicamentis, si materia mali lenta viscosáque fuerit, naturæ obediens reddetur. Postea humores è corpore deturbabimus, à capitéque eorum impetum auertemus. Quibus peractis caput roborabimus, reliquiásque consumemus. Quæ omnia nunc, anteáque dictis medicamentis felicissimo cum successu consequi poterimus, modò vniuersalia particularibus debita ratione accommodentur. Hîc quoque notandum, quòd prædicta medicamenta conueniunt in Cephalea & Homicrania, fortiora interim esse debent, & potissimum topica medicamenta, eò quòd contumaciora sint mala. Inter reliqua autem proderit cauterium aut actuale, aut potentiale. Dolorem capitis à morbo Gallico prouenientem suo loco tractabimus. Si ratione febris fiat, ea curanda primò erit. Si ex mora quam sub radiis solaribus fecit, dolorem contraxerit capitis, ex oleo rosaceo & aceto, necnon aqua rosacea fiat mixtura, in qua madefacti panni capiti dolenti applicentur actu frigidi. Somnus imperetur longus.

Methodus pro cognitione

PARALYSIS INSERVIENS.

PARALYSIS est sensus & motus priuatio, nõ quidem totius corporis, quemadmodum fit in apoplexia, sed vbi alterum latus, aut partes omnes corporis quæ sub capite, aut aliud aliquod membrum sensu motuq; destituitur, vti est maxilla, lingua, oculus, pes, manus, brachium, labrum. Sæpe quoque accidit partem aliquam sentiendi facultate priuari, illæsa motrice, & contrà, sensu integro permanẽte, motus perit. Subinde quoque contingit, nec sensum nec motum auferri omnino, sed tãtummodo hebescere, & torpore stuporéque corripi, háncque partem imperfecta paralysi laborare dicimus, estque

eſtque nuncius paralyſis. Cùm autem per vnum tantùm neruum motus & ſenſus diſtribuitur, contingit quidem motum auferri permanente ſenſu, eò quòd membris ſæpe duri inſerantur nerui, qui ſi paruam noxam perpetiantur, ſentient quidem, eò quòd parum facultatis portio ſufficiat, vt ſenſus perficiatur, tactionis enim ſenſus potius pati aliquid videtur quàm agere; vt motus verò perficiatur, plurima indiget animali facultate; vnde parua noxa motum citius abolebit, quàm ſenſum. Cur autem ſubinde ſenſus pereat, permanente motu, accidit propterea quòd aliquæ partes duplici genere neruorum participent. Familiare autem eſt hoc malum apoplexiæ, à debili enim apoplexia aliquando fit, diciturque tunc Paraplexia. Hac autem ratione differt ab Apoplexia: In hoc equidem malo omnes in vniuerſum corporis partes ſenſum & motum amittunt, etiam ipſum caput, in paralyſi verò contingit ipſum caput magna ex parte ſentiendi mouendique virtutem habere, reliquæ verò partes corporis, ſenſum motumque amittunt, idque diuerſimodè. Si enim principium ſpinalis medullæ afficiatur, omnes partes ſub facie conſtitutæ, ſenſu motúque deſtituentur. Si verò eiuſdem pars dimidia afficiatur, omnes annexæ partes eiuſdem lateris ſenſum motumque amittent. Si verò illæſis prædictis partibus, particularis alicuius partis neruus reſoluatur, pars ea quoque ſenſu motuque priuabitur, cui neruus ille implantatur, illi ſenſum motumq; conferens.

PARS AFFECTA. Sæpius hîc principium ſpinalis medullæ, omnium neruorum primaria origo grauiſſimè offenditur potius quàm cerebrum, tuncque facie illæſa, omnes capiti ſubiectæ corporis partes afficiuntur; alias verò apprehendit eiuſdem ſpinalis medullæ dextram vel ſiniſtram partem, vnde corporis partes dextræ vel ſiniſtræ ſenſu motúve deſtituuntur. Contingit autem vnius lateris aliquando omnes partes ſenſu motuq; priuari, illeſis alterius lateris partib', propterea quòd ſpinalis medulla, vt cerebrum in duas medietates diui-

ditur ſecundum totam longitudinem ſpinæ,vnde dextri nerui ſeparantur à ſiniſtris membranula quadam,interim obſcura ; ſicque prout obſtructio neruorum , in dextra aut ſiniſtra parte aut vtriſque fuerit ; ſic quoque paralyſis fiet lateris dextri aut ſiniſtri , aut vtriuſque. Subinde etiam cerebrum hîc afficitur, non quidem ſecundum totum , cùm ſic apoplexia excitaretur, ſed ſecundum eius aliquam partem dextram vel ſiniſtram, túncque faciei partes quoque reſoluentur dextræ vel ſiniſtræ,& cum eis reliquæ partes corporis eiuſdem lateris. Dum pars aliqua faciei ſenſu motúque priuatur, nerui qui à tertia coniugatione, cerebri oriuntur, afficiuntur. Aliquando verò aliqua determinata corporis pars ſenſu motúque deſtituitur,quod fit propter alicuius nerui,qui à cerebro, aut ab aliqua parte ipſius ſpinalis medullæ oritur, reſolutionem,à quo ſenſum motúmque ſuſcipit pars reſoluta. vnde diligenter in anatomicis laborandum ; vt cognoſcamus primam ſedem mali, neruorúmque omnium diſtributionem , & à qua ſpinalis medullæ parte neruos ſuos partes ſingulæ habeant.Eſt autem ſymptoma pertinens ad actionem læſam facultatis animalis motricis & ſenſitiuæ.

SIGNA. Pars reſoluta ſua grauitate relabitur ſi attollatur,faciléque refrigeſcit , mollis eſt,tempore quoque emarceſcit. Vrina in eis vt plurimùm eſt alba,quandoque tamen ad rubedinem tendit, eò quòd in regione renum dolor magnus ſit, vel eò quòd imbecilliores ſint quàm vt ſanguinem accuratè à ſeroſa humiditate ſecernant. Si latus alterum corripiatur , id ſæpe frigidum eſt,altero ardeſcente,oculus quoque lateris affecti minuitur. Si maxilla aliáve aliqua faciei pars reſoluatur,in aduerſam ſanam contorquetur. Pluribus indiciis ad huius affectus cognitionem non egemus , cùm nullus ignoret partem eam paralyſi laborare quæ motu priuata eſt.In hoc malo aliquando,vt antè diximus,ſenſus, integro motu,perit ; aliàs motus aboletur,ſenſu ſuperſtite ; frequenter vtrumque , dum ſcilicet conſumma-

tum

tum est malum, tunc pulsus languidus, tardus, paruus atque mollis est.

CAVSA. Magna ex parte fit ab intemperie frigida & humida, aliàs fit ab apostemate, alióve tumore comprimente neruum aut medullam. Sæpe quoque fit à vulnere, casu, fractura, vinculo arctiori, luxatione vertebrarum, percussione. Frequentissimè verò fit ab humoribus aquosis tenuibúsque à cerebro sæpe deriuatis, qui in neruorum substantiam porositatésque se facilè insinuant, sicque nerui nimium molles effecti resoluuntur & relaxantur, tantúmque humoris imbibunt, vt obstruant neruorum principia, ita vt impediatur transitus animali facultati, quæ à cerebro tamquam primo principio originem habet; & tamquam radius inde efflorescit, & in partes inferiores diffunditur, sensúmque partibus impartitur & motum, quo spiritu animali pars cùm destituitur, quasi flaccida concidit, immobilisque permanet: cuius signum erit, si subitaneus eius sit aduentus. Si autem pars à nimia copia tenuium humorum plurimùm intumescat, spasmus tunc excitabitur in parte ab huiusmodi humore. Æquè frequenter quoque fit à crassis humoribus, qui neruis impacti, obstructionem efficiunt, & sæpe quidem tantam, quòd spiritui animali transitus impediatur; vnde nerui quoque flaccidiores fiunt, & quasi concidunt. à spiritibus quoque crassis idem malum fit aliquando; qui id sæpe quoque efficiunt, eò quòd maligna aliqua qualitate perfundantur, siue occulta, siue manifesta ea fuerit.

PROGNOSTICA. Paralysis ex nerui incisione per transuersum, incurabilis est. Paralysis hiemali tempore sæpius concitatur, & in senibus vix aut numquam curatur, eò quòd natiuum calorem habent debilem admodum; vnde eam frigidi crassique in illis generantur humores. Paralysis autem quæ in partibus sit, numquam est acutus, sæpe verò longus morbus. Paralysis sæpe ex debili fit apoplexia, & ne in hanc rursus terminetur, periculum est. Plus tempore æstatis, & veris,

Digitized by Google

quàm hiemali aut autumnali ſperare licet, ſi rectè regatur æger. Si febris tremorve concurrat; pro valetudine eſt.

Methodus pro curatione

PARALYSIS INSERVIENS.

Perficitur autem ſequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr ſit calidus & ſiccus, luculentóque comparetur foco, ſi tempus anni requirat, aut ſuffitu ex caryophyllis, roremarino.

Cibus ſit calefaciens & ſiccans, carnibúſque vtatur aſſis pullorum, caponum, gallinarum, auiculatum. oua etiam conueniunt ſorbilia. A carne ſuilla, piſcibus, ſorbitionibus abſtineat, aut ſaltem arte corrigantur. Sit autem ad diem decimum quartum victus valdè tenuis: tolerare equidem famem & ſitire plurimum in hoc morbo adiumenti præſtat.

Potus ſit exiguus, vtatúrque aqua mulſa, aut aqua cinnamomi, vino hippocratico.

Exerceat partes reſolutas moderatè; maximè equidem proderit.

Somnus diurnus vitetur.

Aluus vt reſpondeat mediocriter, conandum.

Animi perturbationes fugiant.

PRAEPARANTIBVS.

Hydromel & oxymel ex decocto radicum ireos, ſaluiæ, ſtœchados, nucis muſcatæ, cinnamomi.

Syrupus ſtœchados, de hyſſopo, acetoſus ſimplex, Byzanthinus.

Mel roſatum, oxymel ſquilliticum.

Aqua ſaluiæ, roriſmarini, betonicæ, maioranæ, meliſſophyli, primulæ veris.

Potus

Digitized by Google

Potus ex decoctione saluiæ, betonicæ, hyssopi, nucis muscatæ, caryophyllorum, cinnamomi, florum stœchados, rorismarini, radice acori; syrupo prædicto aliquo addito.

Per quinque vel sex dies humores extenuabimus, incidemus, expulsioniqúe præparabimus, & primo lenioribus. Hinc vacuabimus, tunc rursus præparantibus vtemur validioribus. Acetum autem recipientia hîc non conueniunt, eò quòd acetum neruis sit inimicum, nisi alia permisceantur neruos corroborantia medicamenta.

VACVANTIBVS.

Venæ sectio fiet ipsius cephalicæ in latere sano, si à sanguine paralysis fiat, corpúsque sit plethoricum. Sanguinis autẽ mediocris educetur quãtitas, ne calor natiuus in frigido corpore frigidó q. morbo extinguatur.

Potus ex radicibus acori, ireos, saluia, roremarino, betonica, floribus stœchados, sena, agarico, turbith, zinzibere, nuce muscata, cinnamomo, melle, saccharo.

Pillulæ coccíæ, assaieret, de agarico, alephãginę fœtidæ, masticinæ, de sagapeno, de opopanace, euphorbio.

Hiera diacolocynthidos: Hiera picra Galeni; Hieralogodal.

Diacatholicum, agaricus trochiscatus.

Vomitus & clysteres in hoc malo maximè laudantur semel in septimana.

Pillulis potius quàm electuariis vtemur in hoc morbo, eò quòd à remotis partibus feliciùs materiam morbi attrahant. A lenioribus autem medicamentis purgantibus curam incipiemus, & porissimùm in graui paralysi; fortioribus enim non vtemur antequam ad decimum quartum diẽ peruenerimus; tũc enim si lenioribus parum profecerimus, ad fortiora transire licebit.

REVELLENTIBVS.

Clysteres ex saluia, betonica, stœchade, origano, malua, camomilla, maiorana centaurea, minori, althæa, ruta, mercuriali, electuario elescopi, hiera picra, benedicta

Digitized by Google

laxatiua, diacatholicone, oleo camomelino, liliorum, paulatimque validioribus vtemur.

Cucurbitulæ principio neruorum affigantur, sine scarificatione, sicque paulatim ad membrum resolutum transferantur, vt spiritus calórque natiuus ad ea trahatur, facultásque sopita excitetur.

Ne autem vires dissoluantur, sit cucurbitularum mora breuis.

Masticatoria ex nuce muscata.

Gargarismata.

Nasalia.

Sternutatoria.

Frictiones siccæ cum manibus vel panno calente, præstantissimæ sunt.

Emplastrum è sinapi nucæ apponatur.

Hisce reuellentibus medicamentis non vtemur antequam ter aut quater purgatus erit æger.

CORROBORANTIBVS *cerebrum & neruos, reliquásque digerentibus & intemperiem emendantibus.*

Theriacæ & mithridati vsus hîc plurimum iuuare constat. aurea Alexandrina, aqua theriacalis.

Diarhodum abbatis, pliris archonticum, diamuscum dulce, diambra, rosata nouella, confectio anacardina.

Acotus conditus. Zinziber conditum. Pyrethrum conditum. Diacastorium. aqua mensalis nostræ descrip. magnarum hîc est virium.

Conserua saluæ, betonicæ, anthos, florum stœchados, enulæ campanæ, galangæ; estque præstantior aliis.

Pillulæ fiant è castoreo, assa fœtida, nuce muscata. Columbrati j aër à proprietate occulta valet.

Nux muscata ore detineatur & masticetur. Cerebrum leporis assum.

Decoctum ligni guaiaci, sarsęparillę, cynę cum melle in contumaciori paralysi.

Decoctum radicis acori, ireos, zedoarię, zinziberis, stœchados, salu, ę exiccatę, hyssopi, maioranę, rorismarini, cha-

Digitized by Google

ni,chamępitys,nucis muſcatę,caryophyllorum, radicum cynę,ligni guaiaci,mellis.

Fomentario fiat partis cum decocto maioris tithymali; hincque decoctum totum ſuperponatur;vel ex oleo fiat calente.

Balneum fiat prò parte affecta ex decocto vulpis, cuius calente pars quoq cooperienda erit;antè tamen oleo vulpino inungatur , idque poſt vſum balnei fiat. aut huius loco vtatur balneo ſulfureo aut nitroſo; lutum autem horum balneorum magno cum commodo accommodabitur parti quę omnium primariò afficitur.

Hypocauſtum vel ſtufa ſicca fiat cum vaſculo idoneo, quod bis in die ingredietur, manè ſcilicet & veſperi, imponentúrque lapides igniti vino calido irrigati. Poſt exitum autem hypocauſti vel balnei , componat ſe in lecto vt ſudet. Quod vt maiori cum commodo fiat,ſumet ʒ j.theriacę veteris,& origo neruorum aliquo vnguẽto conuenienti vngatur. Poterit quoque balneum ſiccum fieri cum decocto aliquo conuenienti, quod in vaſculo ponatur , carbonibúſque circumdetur;hinc fiſtula in tinam conuenienter coopertam deducatur vapor.

Vnguentum Agrippę,Martiatum,de bdellio, Vnguentum ex oleo vulpino,de caſtoreo,nuce muſcata,oleo nardino,oleo ex piperibus, camomelino , liliorum, puluere lumbricorum,galanga,pipere,melle,oleo rutaceo philoſophorum,hypericonis,laurino, terebinthino,coſtino,bdellio,aqua vitæ,oleo ſulfuris.

Vſus calidorum medicamentorum nimius reſolutionem inducit. Vnde nec olea multum calentia exſiccantiáque admittentur cum commodo.Reſoluentibus autem medicamentis non vtetur antequam ſæpius purgatus fuerit , ad minimum quidem quater. Huic autem remediorum generi frictio peroptimè adnumerari poterit. Circa ea autem medicamenta quę exterius applicantur, animaduertendum eſt , quòd diligentiſſimè inquirere debemus partem primario affectam;illi enim

Digitized by Google

potissimùm adaptanda sunt medicamenta; non autem partibus secundario affectis.

THEORICA ET EMPIRICA MEdicamenta nobilia in PARALYSI sæpius cum summa salute plurimorum ægrotorum a Gualtero Bruel experta.

CVRATIO PARALYSIS.

℞ saluiæ, maioranæ, hyssopi, calaminthæ, centaurei minoris ana m.j. sem. agarici albi & leuis ʒ ß sem. florum camomillæ, meliloti, stœchados ana m.j. coquantur in sufficienti quantitate aquæ ad ℔. j. colaturæ addatur benedictæ laxatiuæ, electuarij elescopi ana ʒ vj. olei liliorum ʒ iij. vini maluatici ʒ iij. sem. salis communis ʒ ß sem. misceantur, fiat *Enema*, quo bis in septimana vtetur, donec sanitatem consequatur.

℞ syrupi stœmachados ʒ. ij. mellis rosati, syrupi de hyssopo ana ʒ j. decoctione saluiæ, aquarum hyssopi, rorismarini ana ʒ iij. fiat *Iuleb.*

℞ hyssopi m. iij. sem. saluiæ, rorismarini ana m. j. coquantur in aqua q. s. ad tertiæ partis consumptionem. colaturæ addatur mellis q. s. fiat aqua mellis; vtatur pro potu mense vno cum dimidio.

℞ radicum angelicæ ʒ ß sem. aristolochiæ rotundæ ʒ iij. acori ʒ j. saluiæ, maioranæ, betonicæ, ana m. j. sem. florum stœchados m. sem. senæ Alexandrinæ ʒ j. ß sem. agarici albi & leuis ʒ j. sem. cinnamomi, zinziberis ana ʒ j. coquantur in aqua q. s. ad ℔. j. sem. colaturæ addantur syrupi stœchados ʒ iij. fiat *Potio.*

℞ pillularum de euphorbio, fœtidarum ana ℈ sem. cochiarum, turbith electi ana ℈ j. castorei ℈ ß. diagridij grana tria. fiant *Pillulæ*, sub ingressum lecti sumantur.

℞ agarici trochiscati ℈ j. hieræ diacolocynthindos ʒ j. ß. nucis muscatæ ℈ ß. conseruæ anthos q. s. fiat *Bolus.*

℞ pillularum de opopanace ℈ ij. fætidarum, castorei ana gr.

ana gr.xij fiãt *Pillulæ*,ter in ſeptimana iis vtatur,aut bis.

℞ ſeminis ſinapi, ſtaphiſagriæ ana ʒ j.pyrethri ʒ j. ſe.turbith ℈ iiij.rutæ,ſaluiæ,hyſſopi ana m.ij.ſe.fiat decoctio in aqua q.ſ.ad ℔.j.ſe.addendo oxymellis ſimplicis,ſquillitici,mellis roſati ana ʒ j.fiat *Gagariſmus*.

℞ nigellæ Romanæ ʒ j. cyclaminis ʒ ſem. piperis albi,caſtorei ana ℈ j.miſceantur cum melle, cóque nares illinantur,vt ſternutamenta prouocentur.

℞ nucis muſcatæ, pyrethri, ſeminum ſtaphiſagriæ ana ʒ j.ſem.hyſſopi ʒ ij.piperis albi,vuarum paſſarum ana ʒ j.cum melle q.ſ. fiant *Paſtilli manſiles* ſeu *maſticatorium*.

℞ oxymellis ſquitillitici ʒ ii. decoctionis raphani & ſampſuchi ʒ vi. olei nardini ʒ i. ſem. miſcantur; fiat *Vomitorium* medicamentum; iuuetur æger cum pluma in oleo intincta,ſi opus erit.

℞ conſeruæ acori,roriſmarini ana ʒ j.diacaſtorei ʒ ii. theriacæ veteris ʒ ii.ſem confectionis anacardinæ,diamuſci dulcis ana ʒ iii.fiat *Mixtura*,ſumat manè,necnon ſub noctem alternis diebus quantitatem quæ nucem caſtaneam æquet.

℞ theriacæ ʒ i. aquæ vitæ, ſucci betonicæ ana ʒ i. ſumat bis in ſeptimana.

℞ conſeruæ florũ ſaluiæ,anthos ana ʒ i.radicis enulæ campanæ cõditæ,zinziberis cõditi ana ʒ ſe.theriacæ andromachi,mithridati ana ʒ i.ſe.nucis muſcatę ʒ i.ſyrupi ſtœchados q.ſ.fiat *Conditum*; doſis ʒ ſe.ſub ingreſſũ lecti.

℞ conſeruæ florum ſaluię ʒ i.roriſmarini,radicum acori ana ʒ ſem.nucis muſcatæ,piperis,caryophyllorum ana ℈ ii.ſyrupi ſtœchados q.ſ. fiat *Mixtura*; detur ʒ i. poſt prandium.

℞ mithridati ℈ i.theriacæ ʒ i.aquæ ſaluiæ ʒ iiii. fiat *Hauſtus*. ℞ olei terebinthinæ,petrolei, latericii, vulpini ana ʒ ſem.de caſtoreo,lumbricorum terræ ana ʒ iii.maſtichini ʒ i.ſe.pyrethri ʒ i.ſaluiæ,nucis muſcatæ ana ℈ i.ſe.gummi ammoniaci ʒ i.ſe.caſtorei ʒ ſe.diſſoluantur in vino,& cũ ſufficienti quantitate ceræ fiat *Un-*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

guentum molle;quo vnges membra reſoluta, & initium neruorum, poſteaquam eadem prius inunxeris aqua vitę,primóque fricentur partes dorſi & colli cum panno aſpero.Sequenti tamẽ vnguẽto omnium primò vti poterimus. ℞ olei camomelini,nardini ana ʒ vj.liliorum,terebinthinę,axungię vulpinę, olei lumbricorum terrę ana ʒ ſem.aquę vitę ʒ vj.cerę q.ſ.fiat *Vnguentum*; quo inungẽdę ſunt partes quę mouendi ſenſum amiſerunt;nec non eę quę iiſdẽ ſentiendi vim impartiuntur; hinc cooperturis à frigore defendantur quam optimè.

℞ olei camomelini ʒ iij.liliorum ʒ j. eo quoque ſolo origo neruorum inungetur corpore purgato,aqua etiam ardenti ſola,membra affecta inungi multum prodeſt,ſi validiuſculè illud fiat.

℞ granorum piperis, iuniperi, ſinapis ana ϑ ij.fructuum anacardini ʒ ſem.radicum pyrethri,ſalis ammoniaci ana ʒ j. ſem. in vini ardentis ʒ iiij. maluatici ʒ viij.olei terebinthini,laurini, petrolei ana ʒ ij.ad vini conſumptionem bulliant,addendo caſtorei,euphorbij, galbani, myrrhę, bdellij ana ʒ j.ſem.cerę q.ſ.fiat *Vnguentum* molle; poſtea pars operietur pelle vulpina. Omnium tamen primò fricabitur locus affectus ſingulis vicibus panno calente. Ex vulpe catuliſque exenteratis excoriatiſque balneum fiat pro partibus reſolutis, ſpinalique medulla,addendo ſaluiam,hyſſopum, lauri folia,ſtœchadem, roſmarinum, radices pyrethri,acori, ireos,enulę campanę,flores camomillę,meliloti.

℞ olei hypericonis,liliorum, camomillę ana ʒ ij.laureritij,terebinthini, vulpini ana ʒ j.ſem.lana carpta iis imbuatur, partéſque affectę iis foueantur, hinc contegantur;fiat autem inunctio ad ignem.

℞ foliorum lauri, ſaluiæ,hyſſopi ana m.ij. coquantur in vino: quo liquore lapides igniti in vaſculum aliquod idoneum immiſſi,conſpergantur, ſicque ęger in hypocauſto conuenienti aërem admittat quàm poterit diutiſſimè manè & veſperi. Sub exitum hypocauſti ſumat ʒ j. theriacę magnę, ſicque lectum calentem ingre-

Digitized by Google

ingrediatur vt ſudare poſſit. Poſt horas tres principium ſpinalis medullæ inungatur vnguento dicto.

℞ foliorum rutæ, lauri, hyſſopi, hyperici, ſaluiæ ana m. j. ß. florum ſtœchados, ſpicæ ana m ſs. caſtorei 3 j. nucis muſcatæ, caryophillorum, macis ana 3 ſs. omnibus in puluerem redactis, fiat *Sacculus*.

APENDIX AD PRAEDICTA.

Enemate clementiori aluus ſubducenda eſt omnium primò. Deinde per quinque vel ſex dies, ea quæ materiam præparare poſſunt, propinanda ſunt; deindè clementer purgantia præſcribantur antequam humores aliò deriuentur; hinc per aliquot dies abſtineat à præparantibis purgantibúſque medicamentis. Interim humores qui ad partem affectam ruunt, diſtrahantur clyſteribus, gargarismatibus, ſternutatoriis vomitoriiſque medicamentis. Poſtea iterum medicamenta quæ humores naturæ obedientes reddere, concoctóſque expellere poſſunt in vſum reuocabuntur; paulóque validioribus tunc vtemur medicamentis. Poſtea pars reſoluta corroborabitur, reliquiæque conſumentur. Hinc iterum ab aliis abſtineat medicamentis per aliquot dies, ſed hu in ſeptimana vacuetur enemate conuenienti; denuóque ad præparantia purgantiáque confugiendum erit. Interea quoque temporis cucurbitulæ principio ſpinalis medullæ affigendæ ſunt, ſic equidem ſenſus ad partem affectam reuocatur. Pro curatione particularis partis reſolutæ, obſeruandum vt topica medicamenta ponantur ſupra partem, à qua neruus reſolutus oritur, non toti ſpinæ, neque cerebro. Hoc quoque adiiciendum eſt, quòd ea quæ ſpiritus atque ſanguinem alicere poſſunt ad partem affectam. (vti ſunt dropaces ex pice ſale ſinapio) ſuperponẽda ſũt parti affectæ. Prædicto quoque modo curabimus ſtuporem ſi aliquam corporis partem opprimat, cùm quaſi diminuta quædam paralyſis ſit: leuioribus id interim debet fieri remediis. Si paralyſis fiat à mala complexione frigida ſine materia, purgantibus nequaquam vtemur medicamentis, ſed ſolummodò alterantibus calidis.

Digitized by Google

Methodus pro cognitione

MELANCHOLIÆ INSERVIENS.

MELANCHOLIA est delirium quoddam sine febre ex melancholico humore nascens, qui mentis sedem ita perturbat, vt loquantur & sæpe etiam efficiant longè à ratione abhorrentia, idque cum metu & mæstitia. Hoc autem nomen huic malo impositum est ab ipsa materia causaque à qua excitari solet. Vsus longus notauit tres esse melancholicorum differentias. Prima prouenit à melancholico sanguine crasso & feculento in ipso cerebro congesto, à calore enim interno cerebri melancholicus succus iusto plus exasſatur sæpe, reliquo sanguine corporis innoxio existente. Secunda prouenit, quotiescumque omnes venæ corporis melancholico perfusæ sunt sanguine, quod magna ex parte vitio iecoris fit, dum huiusmodi crassum feculentumque procreat sanguinem, vel lienis, cùm ipse ob imbecillitatem vel obstructionem iecur non expurgat ab eiusmodi fœce. Tertia hypochondriaca vocatur melancholia, de qua in sequentibus.

PARS AFFECTA. ipsum est cerebrum, quod innotescit, eò quod princeps facultas cerebri aliqua læditur, è cerebro enim omnes principes animæ facultates efflorescunt. Contingit autem cerebrum hîc læsi secundum quod est pars similaris, totius equidem cerebri temperies mutatur versus frigidum & siccum ab humore melancholico. Hoc autem constat ex eo quod neque subitò adueniat, neque subitò soluatur. Cerebrum autem subinde hîc læditur per essentiam, tunc-que signa nulla præcordiorum, hypochondriorum, ventriculi, alterius ve partis læsæ apparuerunt. Contingit etiam tunc melancholicorum symptomata esse auctiora,

Digitized by Google

ctiora, atque in facie quædam plerumque tunc liuedo apparet, aliàs sæpe per consensum læditur, idquæ sæpe ipsius ventriculi atque mirach, de quo pòst. Aliquando quoque fit vitio totius corporis, tuncque color faciei ad nigredinem vergit, retentio denique sanguinis menstrui hæmorrhoidúmve, aut alia aliqua consueta excretio substitit, superfluitates scilicet iecoris vel splenis, habitus corporis est gracilis, hirsutus, ad nigredinem vergens, venas latas habens. Cùm ex dictis intelligere liceat hunc affectum esse deprauatam quandam functionem ipsius principis facultatis, symptoma esse, non morbum, in confesso est. Imaginandi autem facultas non cogitandi, nec memorandi hîc læditur, eritque symptoma pertinens ad actionem læsam facultatis principis, imaginatricis scilicet.

SIGNA Melancholiæ cuiusuis, sunt metus & mæstitia; malè concurrunt cogitationes absque causa manifesta, vapores enim ab atra bile enati, eleuatique, tenebras mentis offundunt, eò quòd cerebrum tenebris simile est redditum, aut quasi tenebrosum sit effectum: haud aliter enim mentem mutare videntur quàm nocturnæ tenebræ, quæ timoris terroriſque non nihil mouent hominibus in iis ambulantibus. Item tædio vitæ, necnon malis intentisque animi cogitationibus afficiuntur, tandem etiam absque vllo ordine verba profundere incipiunt inania. Frequenter etiam in lacrymas prorumpunt, solitudinibusque nunc gaudent, easdemque rursus damnant, cogitabundi sunt, alij se semper decipi, insidiasque sibi strui credunt, somnus perbreuis est turbulentisque insomniis perturbantur. Præterea dictos autem affectus qui omnibus melancholicis communes sunt; aliqui quasi semper rident, vti contrà alij semper lacrymantur; lij vates se auguantes, de rebus futuris multa pollicentur; nonnulli se potentes esse putant; alij in nouam speciem se tranſformatos existimant, vnde alij cuculorum, alij gallorum aut aliorum animalium voces gestusque imitantur. Alij ñ-

Digitized by Google

ctilia vasa se esse autumant, eaque ratione ne ab occurrentibus lædantur, cedunt. Alij quamuis mortem pertimescant, hanc tamen exoptant, & aliquando conscisciunt sibi; alij se capite, nonnulli cruribus brachiisque destitui putant; alij etiam cibum recusant, nihil vitæ supereſſe existimantes, alij latrones adesse, aut præfectos qui ad vincula deducere velint, in domo esse suspicantur; nonnulli ne terra eos absorbeat verentur; alij aliis imaginationibus, prout fuit vitæ institutum, perturbantur. Nonnulli aut bello aut conrentionibus aut studiis aut precationibus aliisve vitæ institutis, quibus addicti fuerunt, toti occupati sunt, iisque vigilantibus id accidit, quod sanis sæpe dormientibus.

Causa Intemperies cerebri frigida siccaque sæpius in causa est, siue naturaliter, siue aliunde acciderit, ab humore nimirum melancholico, eiusdemque vaporibus in aliis partibus generatis, vel ibidem relictis, vnde vapores atri atque feculenti in mentis sedem repunt, à quibus cerebrum redditur simile tenebris. Fit etiam ob capitis calorem immodicum, ita vt sanguis aduratur, inde enim vapores quoque fiunt melancholici, quod aliquando obseruatur in febribus. Tristitia denique longa, vigiliæ superfluæ, solitudines, menstruorum hæmorrhoidumq. retentio hoc malum accersunt; mentem enim paulatim corrumpit vapor malignus à vitioso sanguine sublatus. Alimentorum quoque prauorum vsus, & potissimùm si non bene digerantur, dicti mali sæpe quoque causa est. In viduis, necnon iis qui amoribus inordinatè vruntur, hoc etiam accidit, eò quòd mens solicitudinibus mæroribusque conficiatur. Contingit sæpe etiam ob vitium iecoris, cùm ob intemperiem aliquam magnam, sanguinis melancholici copiam gignit. Aliàs etiam lienis fit vitio, cùm is magnam copiam huiusmodi sanguinis allicit, nec expellit; hinc enim vniuersum corpus sanguine melancholico perfunditur tempore.

Prognostica. Melancholia per essentiam cere-

bri

bri proueniens & inueterata & veluti in naturam conuerſa, incurabilis propemodùm euadit; circa initia verò facilior eius eſt curatio. Mæſtitia timórque immodicus longo tempore perſeuerans, melancholiam ſignificat. Verùm ſi ipſis melancholicis hæmorrhoides ſuperuenerint, bonum erit. Periculum autem eſt, ne vergat in apoplexiam, vel conuulſionem, aut furorem, aut epilepſiam, eámque ob cauſam mox curandum erit hoc malum. melancholia autem omnis familiarior viris & ſenioribus, deterior verò feminis eſt. Melancholia quæ fit vitio totius corporis, difficillimè curatur, vti & ea quæ vitio fit cerebri.

Methodus rationalis pro curatione MELANCHOLIÆ INSERVIENS.

Perficitur autem ſubſequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AER ſit lucidus, bene olens, humidus, in reliquis temperatus.

Cibus mediocriter corpus humectans, quique boni ſit ſucci, facilíſque digeſtionis, flatúſque minimè pariat, præſcribatur: vt ſunt oua ſorbilia, carnes gallinarum, caponum, pullorum, perdicum, piſces mollem habentes carnem, petroſelinum, vuæ paſſę, endiuia, borago, bugloſſa, lactuca, malua, ſpinachia, ex hiſce iuſcula fieri poterunt.

Potus ſit vinum album tenue.

Exercitium ſit mediocre, vt eſt deambulatio per amœna loca.

Somnus conſuetum tempus nonnihil ſuperet.

Digitized by Google

Excrementa alui arte prolectentur; si natura negligat ea propellere tempore conuenienti.

Animi perturbationes summæ fugiendæ sunt, potissimum metus & mœstitia, eorúmque loco animus demulcendus hilaritate, animi constantia, bona spe.

PRAEPARANTIBVS.

Syrupus de succo boraginis seu buglossæ, violarum.

De epithymo, de pomis.

Syrupus cidoniorum.

Syrupus de fumo terræ, lupulorum.

Oxymel simplex.

Aqua buglossæ, lupulorum, fumariæ, intubi vtriusque, melissophylli.

Decoctum radicum fœniculi, petroselini, capparorum, glycyrrhizæ, corticum tamarisci, epithymi, thymi, fumariæ, scolopendriæ, florum boraginis, buglossæ, violarum, vuarum passarum; syrupo de epithymo, glycyrrhizæ, fumariæ, buglossæ, violarum addito.

Quæ humectare possunt modicéque calefacere inter omnia conueniunt; humor equidem peccans frigidus est factus & siccus ratione adustionis.

VACVANTIBVS.

Decoctum prędictum; addendo Damascena pruna, polypodium, senam, myrobalanos empeliticos, Indos, diasenam, cassiam.

Dilutum foliorum senę atque epithymi mirificè conducunt.

Confectio hamech, hiera diacolocynthidos, logodali.

Diasena N. Pillulę Indę, de lapide Lazuli.

Lapis Armenus, cyaneus, polypodium, epithymus, sena, myrobalani, kebuli nigri, elleborus niger.

Elleborismus Matthioli.

Venę medianę sectio fiat ab initio si vniuersum corpus sanguine abundet melancholico, secundum viriũ tolerantiam. Si mediana non appareat, commodè malleoli talíve venam secabimus, potissimùm in mulieribus,

Digitized by Google

bus,in quib.menſtruaſuppreſſa ſunt,aut viris qui hęmorrhoidibus expurgari ſolebant.Si verò cerebri vitio fiat; non tam erit neceſſaria venæ ſectio, niſi fortaſſe aliis non curetur,tunc enim cephalica ſecabitur; quo facto,ſi adhuc perſiſtat malum,etiam vena frontis aperietur.

A lenioribus auſpicandum, rariúſque purgantibus medicamentis vtendum erit, cùm plus ęquo exſiccare calefaceréque poſſint; eritque per interualla vacuanda materia,vt natura releuetur,ídque duobus aut tribus diebus poſtquam ſanguinem ęger miſerit. Semper autem medicinis ſolutiuis humectantia permiſcebuntur, & quæ confortare poſſunt partes principes & ſpiritus.

AVERTENTIBVS.

Clyſteres ex decocto ſeminum aniſi, fœniculi, carthami, lupuli, thymi, epithymi, maluę, mercurialis, fumarię,bugloſſę,polypodij,ſenę,diaſena,confectione hamech, diacatholicone, hiera logodali, caſſia, oleo violarum,amygdalarum dulcium addito.

Suppoſitoria.

Frictiones extremarum partium, earundémque ligaturę,& fotus ex aqua calida.

Sternutamenta.

Maſticatoria.

Hęmorrhoidum menſiumque prouocatio fiat,ſi ex eorum ſuppreſſione ortum habuerit.

Cucurbitulę ſine ſcarificatione hypochondriis vtiliter apponentur.

Sanguiſugę fronti aliiſque locis apponantur.

Cauteria in ſutura coronali fiant,flueréque permittantur diu loca vicerata. Trepano etiam cranei denſitas imminui poterit, vt vaporibus fuliginoſis exitus pateat.

CORROBORANTIBVS *reſoluentibúſque reliquias, & temperiem emendantibus.*

Electuarium lętificans Galeni de gemmis. Diamarga-

Digitized by Google

ritum frigidum, dianthos.
Pleresarcoticum. Confectio de granis tinctoriis. Diagalanga, diacuminum, diabuglossatum, diaboraginatum.
Diambra, electuarium Conciliatoris. Diamuscum dulce & amarum.
Syr. cidoniorum, de pomis.
Conserua magna nostræ descriptionis, boraginis, buglossæ, violarum, rosarum, fumariæ. Cortices citri conditi. Conserua enulæ campanæ.
Conserua satyrionis.
Decoctum radicum Cynæ.
Lactis serum per decoctionem eiusdem temperatum.
Saccharum violatum, rosatum, manus Christi.
Odoramentum ex aqua rosacea, violacea.
Irrigatio capitis rasi ex decocto florum nymphææ, lactucæ, maluæ, stœchados, violarum, camomillæ, althææ, capitum veruecum; quo pluribus diebus manè vtetur.
Epithema pro corde ex aqua buglossæ, boraginis, nymphææ, violarum, vino odorifero, foliis melissophylli, nuce muscata, behen vtroque, caryophyllis, semine acetosæ.
Fomentatio fiat ventris ex oleo in quo cocta sint semina cumini, rutæ, dauci, anethi.
Vnguentum pro spina dorsi ex oleo violarum, amygdalarum dulcium, anethino, camomelino, nymphææ.
Balnea frequentia mirificè prosunt ex aqua dulci, in qua decocta sint folia maluę, violarum, rosarum, nymphææ, capita veruecum, semina lini, fœni Græci, flores buglossæ, camomillæ, meliloti.

CORRIGENTIBVS *accidentia.*

Syrupis de papauere, violarum cum aqua lactucæ.
Philonium Romanum. Triphera magna. Requies N. Pillulæ de cynoglossa.
Lotio capitis ex decocto florum nymphææ, violarum, folio-

Digitized by Google

foliorum & radicum mandragoræ, hyoſcyami, papaueris albi.

Vnguentum ex oleo anethino, nenupharino, populeonis, violarum, croco, opio.

Conciliantibus ſomnum ſtudiosè vtemur; hinc enim plurimùm alleuabitur æger; vti contrà vigiliis continuis malum incrementum ſumet. Opiata tamen non admittantur, niſi magna vrgeat neceſſitas.

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAMENTA nobilia in MELANCHOLIA, *ſæpius cum ſumma ſalute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruel experta.*

CVRATIO MELANCHOLIAE.

℞ foliorum betę, maluę, violarum, mercurialis, lupuli, ana m. j. ß. boraginis m. ij. epithymi ʒ ß. florum ſambuci m. j. ß. ſeminum aniſi, lini ana ʒ j. ſeminum carthami contuſi, polypodij quercini ana ʒ j. ß. ſenæ Alexandrinæ ʒ j. corticum ellebori nigri ʒ j. coquantur in ſero lactis q. ſ. ad ℔ j ſs. colaturæ addatur ſp. hieræ logod. ʒ ß. olei violarum, liliorum ana ʒ j. ß. ſalis ʒ j. fiat *Clyſtere*; eo bis in ſeptimana vtetur.

℞ ſyrupi de epithymo, ſyr. de pomis, violarum ana ʒ j. buglоſſæ, fumariæ ana ʒ ß. aquarum buglоſſæ, fumariæ, violarum ana ʒ iiij. fiat *Serapium*.

℞ ſeminum aniſi ʒ iij foliorum ſenę ʒ j. ß. epithymi ʒ ß. pruna damaſcena numero x. craſſiuſculè contundantur, macerentúrque die vno in ſero lactis caprini q. ſ. fiat *Hauſtus*.

℞ rad. fœniculi, graminis ana ʒ j. ß. florum boraginis, violarum, epithymi ana m. j. ß. lupulorum, fumariæ ana m. j. ſeminum aniſi ʒ ß. vuarum paſſarum enucleatarum, hordei mundi ana ʒ j. glycyrrhizæ raſæ ʒ iij. corticum tamariſci ʒ ß. ſenæ alexandrinæ ʒ j. ß. rhabarbari, myrobalan. Indorum ana ʒ ij. polypodij quercini ʒ x. coquantur in aqua q. ſ. ad ℔ j. ß. colaturæ ad-

Digitized by Google

datur syrupi de epithymo, de fumaria ana ʒ j. ß. fiat *Potio.*

℞ confectionis hamech ʒ v. pulueris sanct. ʒ j. syrupi de epithymo ʒ j. aquarum fumarię, boraginis ana ʒ j. ſs. fiat *Haustus.*

℞ confectionis hamech, diapruni compositi ana ʒ iiij. syrupi de cichoreo cum rhabarbaro ʒ j. decoctionis communis q. s. fiat *Haustus.*

℞ pillularum Indarum ϑ j. pul. hierę logod. ϑ j. trochisc. alhandal gr. iij. syrupi de epithymo q. s. fiant *Pillulæ.*

℞ massę pillularum de hiera composita ʒ ß. cochiarum ϑ j. trochiscorum alhandal gr. iiij syrupi stœchados, violarum ana q. s. fiant *Pillulæ.*

℞ pillularum de lapide lazuli, aggregatiuarum Indarum ϑ j. diagridi j, gr. iiij. syr. de epithymo q. s. fiant *Pillulæ.*

℞ hierę logod. ʒ j. hierę diacolo. ϑ j. senę Alexandrinę ϑ j. ſs. syr. violarum ʒ j. ſs. aquarum violarum ʒ iij. fiat *Haustus.*

℞ rad. raphani iustę magnitudinis, diuersis in locis perforetur, infigantúrque claui ellebori albi; post tertium diem vbi viribus ellebori perfusa erit radix raphani, coquatur raphanus in oxymelite squillitico, prius exemptis quàm diligentissimè partibus omnibus ellebori, huius ʒ ij. exhibeantur cum ʒ iiij. aquę calidæ; fiat *vomitorium medicamentum.*

℞ radicum ellebori albi ʒ iiij. infundantur in aquæ buglossæ ℔ ſs. in cineribus calentibus maceretur aliquamdiu, hinc coletur, & cum melle de punaro fiat syrupus. detur cochlear vnum cum iusculo parum pingui, cui addantur hieræ logod. ϑ ij. fiat *Vomitorium medicamentum.*

℞ conseruę violarum, buglossę ana ʒ j. ſs. sp. lętificantis Gal. ϑ ij. diantbos, diamusci dulcis, elect. de gemmis ana ʒ ij. diamargariti frigidi, diatragacāthi frigidi ana ʒ j. ſs. syr. violarum, pomorum ana q. s. fiat *Electuar.* detur ʒ j. duabus horis ante cibum. ℞ elc-

Digitized by Google

℞ electuarij lætificantis Gal. ʒ ſem. corticum citri conditorum ʒ ij. ſaacchari violarum, roſarum ana ʒ ſe. ſyr. de ſucco boraginis q.ſ. fiat *Electuar.* molle.

℞ pleriſarcho, lætificantis Gal. ana ʒ ij. ſacchari violacei & roſacei ana ʒ j. dentur ʒ iiij. cum vino aliquo generoſo.

℞ conſeruæ bugloſſæ ʒ j. ſem. ſp. lætificantis Gal. ℈ j. ſp. diarhodonis abbatis ſine moſco ℈ ſem. ſeminum cinamomi electi ana ℈ ſem. ſyr. violarum, bugloſſæ ana q. ſ. fiat *Conditum* in forma opiati.

℞ ſp. electuarij de gemmis ʒ j. ſem. dianthos, diambræ ana ℈ ij. ſacchari albiſſimi diſſoluti in aqua violarum & bugloſſæ q.ſ. fiat *Electuarium in Tabulis.*

℞ florum nenupharini, boraginis, bugloſſæ, violarū ana m. ij. camomillæ, meliloti ana m. iij. foliorum maluæ, althææ ana m. ij. ſeminum lini, fœni Græci, hordei ana ʒ iij. cucumeris, cucurbitæ ana ʒ ij. capita duo vel tria veruecum, coquantur omnia in aqua q.ſ. aliquamdiu; fiat *Balneum*, addendo lactis vaccini recenter mulcti libras aliquot, butyri recentis non ſaliti libras iij. eo repente corpus ſex horis ante cibum lauetur.

℞ florum camomillæ m. ij. ſem. ſtœchados, nymphęę ana m. j. lactucæ, maluę, violarū, althęę ana m. j. ſem. capita veruecum duo, coquãtur in aqua q.ſ. ad tertias, fiat *Embrocha*, qua per per multos dies caput madefiet ſpongiis raſum. Hinc pulmonem arietis adhuc calentem capiti applicabimus.

℞ olei violacei ʒ j. amygdalarum dulcium, camomelini ana ʒ ſem. anethini. olei de maceribus ana ʒ ij. fiat *Vnguentum:* quo caput poſt lotionem vngendum erit.

℞ olei violarum, liliorum ana ʒ. j. amygdalarum dulcium, pinguedinis gallinæ, axungiæ humanæ ana ʒ ſem. fiat *Vnguentum*; quo dorſum vngatur cùm balneum exibit.

℞ ſyr. de papauere ʒ j. ſem. violarum ʒ ſem. aquarum violarum, lactucæ ana ʒ j. ſem. fiat *Syrupus* ſomnum concilians.

Digitized by Google

℞ olei violarum, mandragoræ, nenupharini ana ʒ ſe. nucis muſcatæ ∋ ſem. croci gr. quinque, opij gr. iij. ceræ q.ſ. fiat *Vnguentum* pro ſomno; quo tempora, pulſus manuum, & volæ pedum iniugentur.

℞ foliorum vitis, violarum, lactucæ ana m. ij. ſalicis, florum violarum, bugloſſæ, nenupharini ana m. j. capita papaueris albi quatuor vel quinque; coquantur in aqua q.ſ. pro balneo manuum atque pedum ſomni cauſa commendatum.

APPENDIX
ad prædicta procuratione MELANCHOLIÆ inſeruiens.

Omnium primò aluus clyſteri emolliente, flatúſque diſcutiente, nec non humores concoquente, ſoluatur. Demum vena ſecabitur. Hinc humores naturæ obedientes reddentur. Tandémque purgantibus medicamentis, primò multum lenibus, (ne exiccemus calefaciamúſque corpus) excludentur è corpore. Demum paulò fortioribus vtemur, potiſſimùm ſi contumax malum fuerit: vti eſt hiera diacolocynthidos, logod. Potius autem potionibus purgantibus quàm pillulis vtemur, quòd magis ſiccent pillulæ liquidis medicamentis. Humores poſtea à cerebro auertemus ligaturis, frictionibus, clyſteribus fortioribus. ſuppoſitoriis, cucurbitulis, ſimilibúſque diuerſionum inſtrumentis. Mox corroborabimus principes corporis partes, cerebrum potiſſimùm atque cor, necnon reliquias reſoluemus. Somnum quoque quæ conciliare poſſunt, interea temporis adminiſtrabimus. Quæ omnia nunc anteáque dictis medicamentis feliciſſimo cum ſucceſſu conſequentur, modò vniuerſalia particularibus debita ratione adhibeantur. Omnibus autem medicamentis addemus ea quæ humectare poſſunt, cùm maiori ex parte ab intemperie ſicca hic morbus proueniat. Sunt ſubinde hoc morbo laborantes nonnulli, qui rem admodum ſeriò agunt, eò quòd ſerpentes aut ranas, aut ſpiritum, aliúdve ſimile ſe in viſceribus habere exiſtimant: quorum nonnulli ſanati ſunt, eò quòd in excre-

mentis

mentis eorum dum purgantia medicamenta oblata fuerunt, huiusmodi data opera insciis agris, immissa fuerint: iis enim visis falsam imaginationem deposuerunt.

Methodus pro Cognitione

MELANCHOLIÆ HYPOCHONDRIACAE INSERVIENS.

HYPOCHONDRIACA melancholiá vel flatuosa, fit quotiescúmque iuxta ventriculum aut hypochondria feculentus exaestatur sanguis, ex intemperie iecoris, ventriculi aut venarum mezeraicarum. Hinc enim contingit vapores crassos adustósque atque malignos ad arcem cerebri eleuari, eámque perturbare, & melancholica symptomata, vt antè diximus, excitare, ratione ferè símili qua in suffusione ab acribus fuliginosisque vaporibus ab inferioribus partibus transmissis, symptomata eius mali excitantur. Contingit enim hic ab atris vaporibus à ventriculo, iecore, mezenterio, aut partibus illis adiacentibus ad cerebrum transmissis, temperiem ipsius cerebri tempore mutari, vnde etiam imaginatrix facultas lædítur, memoria cogitationéque illæsa permanente. Materia huius mali, humor nimirum atrabilarius, magna ex parte principium suum habet partim à iecore, partim à liene. A iecore equidem frequenter, ob eiusdem intemperiem generatur humor huiusmodi melancholicus atque atrabilarius; cùm verò splen hunc non attrahit humorem propter aliquam eiusdem quoque visceris noxam, tunc humor hic in venis mezeraicis subsistit locisque vicinis.

Digitized by Google

PARS AFFECTA etiam hîc ipſum eſt cerebrum. afficitur autem aut per conſenſum ventriculi, aut hypochondriorum; illis enim in locis ſanguis ipſe melancholicus ſæpe quaſi in parte inflammata coaceruatur. Aliquando quoque ab aliis partibus véntriculo vicinis calentibus iuſto magis, tranſmittitur; hinc enim ſanguis vicinus quoque incaleſcit, & in melancholicum degenerat; contingitque cerebrum ab illis partibus in conſenſum rapi.

SIGNA, præter communia melancholicorum ſigna, ex humoris ardore, æſtus in præcordiis ſentitur, cibiſque frigidis iuuari videtur; ſæpe etiam ventriculi hypochondriorúmque concurrunt dolores, potiſſimùm ſumpto cibo concoctu difficili; hinc etiam cruditates multæ: & quo maiores fuerint cruditates, eò magis creſcit malum, & contrà, leuatur. Multa edunt, adſtrictam interim aluum habent. Flatus ructúſque acidi redduntur frequentes ab humoribus crudis melancholicíſve dictis in locis concluſis. Iiſdem in locis rugitus frequentes admodum ſeu quædam murmura oberrant, éſtque ſignum huic morbo maximè proprium. Frequenter etiam humeri ſcapulæque illis dolent, hypochondria ſurſum trahuntur, arteriæ moleſtè validéque pulſant. A vaporibus eleuatis, aurium ſonitus, venarum, oculorúmque inflammationes fiunt. Somnus tum breuis tum turbulentus fit. Vertigine infeſtantur. In plurimis partibus ſaltus quidam diuerſi frequenter eueniunt. Vomitus fit pituitæ crudæ, cui bilis aliquando permiſcetur. Leuantur poſtquam bene concoxerint aſſumpta, item poſt alui deiectionem, vomitionem atque ructus.

CAVSA frequenter fit ſplenis vitio, cùm vix attrahit ſanguinem melancholicum à iecoris intemperie factum. Alias contingit ſanguinem qui eſt in venis ipſius ventriculi, mezẽterij, ſplenis, abdominis, inteſtinorum, partibúſque adiacentibus, à calore nimio, quĩ ex obſtructione ſæpe fit, aſſari, aliáve aliqua ratione in

atrum

atrum ſuccum degenerari, pui ſępe diffunditur per mezenterium, ſplenem, partéſque ventris adiacentes: vnde magna ſequitur inteſtinorum caliditas, indéque vapores ad cerebrum transferuntur, vnde hęc iam dicta ſymptomata efflorescunt.

PROGNOSTICA. Longè eſt mitius hoc malum ſuperioribus dictis, tempore interim in illas ſpecies degenerare contingit, quemadmodum autem ex proba concoctione ſumptorum plurimum leuatur æger; ſic cruditatibus maximè exaſperatur morbus. Diuturno autem errore ſi altiùs radices agat hoc malum, furorem accerſit, aliquando quoque febrem hecticę non abſimilem. In principio mali curatur faciliùs, vix autem remediis tollitur ſi inueterauerit.

Methodus pro curatione

MELANCHOLIÆ HYPOCHONDRIACÆ INSERVIENS.

Perficitur autem ſubſequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr conuenit calidus atque humidus.

Victus ratio ad humidum vergeat. Carnes conueniunt gallinarum, pullorum, caponum, perdicum, vitulinę, phaſianorum. Iuſcula quoque carnium in parua quantitate data plurimùm conueniunt, cùm alioqui fluctuationem cruditatémque in ventriculo faciant. admittuntur vuę paſſę, ceraſa dulcia, pruna, poma aſſata, quibus parum ſacchari addatur, ſintque refrigerata: erúntque medicamenti alimentique loco.

Digitized by Google

Potus. Cremor ptisanæ cum parua cinnamomi semi-
númque anisi quantitate. Vinum album aquosum.
Serum lactis, caprinum autem potius expetitur.

Motus vitandus validus, & quidem conuenit equita-
tio, nauigatio, ambulatio, natatio in balneo artificia-
li dulci.

Somnus conciliandus arte, si parum dormiat, plurimùm
equidem confert.

Animi perturbationes procul relegandæ, musicisque
instrumentis, cantilenisque oblectantibus animus
reficiendus est.

PRAEPARANTIBVS.

Syr. de succo fumariæ, violarum, capillorum Veneris.

De pomis odoriferis, de succo boraginis, indiuiæ, de e-
pithymo.

De corticibus citri, de absinthio.

Syrupus Byzantinus absque aceto.

Aquæ lupulorum, buglossæ, fumariæ, melissophylli, bo-
raginis, violarum, endiuiæ, scabiosæ.

Decoctum radicum asari, fœniculi, petroselini, asparagi,
ruscí, graminis, valerianæ, ciperi, cichorei.

Decoctum pulegij & centaurei minoris, nec non ab-
sinthij, à multis felici cum successu sumitur.

Obstructionem quæ tollere possunt, ventriculúmq;
confortare, permiscebuntur hîc pręparantibus medica-
mentis.

VACVANTIBVS.

Confectio hamech, diacatholicon, diaphœnicum.

Diasena, puluis sanctus.

Elleborisimus Mathioli, hiera logod. diacolocyn-
thidos.

Pillulæ de lapide lazuli, fumariæ, Indæ.

Syr. de multiplici infusione rosarum.

Sena, polypodium, elleborus niger, epithymus.

Manna.

Vomitus plurimùm iuuat, si diuturnum fuerit malum,
potissimùm si facilè vomat, ventriculúsque crudis
opprima-

Digitized by Google

opprimatur humoribus. Post cibum autem excitabitur cum aqua tepidâ, oxymelite simplici, aut cum infusione radicum raphani & ellebori albi vel nigri.

Clystere ex decocto camomillæ, betonicæ, artemisiæ, centaurei minoris, betæ, cuscutæ, lupulorum, fumariæ, carthami, epithymi, polypodij, foliorum sennæ, addito melle, hiera picra, logod. ol. liliorum, violarum.

Venæ sectio fiat iecorariæ sinistri brachij, si plenitudo magna fuerit; aut saluatellæ, si menses hæmorrhoidésve subsistant. Et si pertinax morbus fuerit, secabitur quoque vena frontis.

Vti autem præparantia medicamenta, sic etiam purgantia sæpius reiterare conuenit, eò quòd humores hunc morbum facientes, secundum plurimum multum sunt terrestres, vnde morbi plurimum oriuntur contumaces.

AVERTENTIBVS.

Lotiones, frictionesque, necnon ligaturæ crurum.

Clysteres.

Hæmorrhoidarum mensiumque prouocatio.

Cucurbitulæ cum scarificatione hypochondriis apponantur si dolor nullus adsit, flatus enim validè educunt.

Multum hîc momenti habent ea quæ à capite auocare possunt humores caput grauantes.

CORROBORANTIBVS, *intemperiemq; membri emendantibus.*

Theriaca, diacuminum, aromaticum rosatum, diamargaritum frigidum.

Electuarium de gemmis, diamuscum dulce, diagalanga.

Conserua radicum & florum buglossæ, violarum, conserua magna.

Decoctum centaurei minoris, pulegij, absinthij, chamæpityos, chamædryos, seminum anisi, fœniculi, petroselini.

Digitized by Google

Syrupus fiat ex radice asari, boragine, buglossa, cichoreo, floribus rosarum, centaurei minoris, camomillæ, foliis fumariæ, absinthij, chamædryos, chamæpityos, scolopendrij, boraginis, lupulorum, hyssopi, betonicæ, seminis anisi, fœniculi, dauci, vuis passis, syrupo granatorum, pomorum dulcium & acidorum.

Vnguentum pro hypochondriis & ventre ex oleo capparorum, liliorum, camomillæ, rutæ, amygdalarum dulcium, floribus genistæ, seminibus nigellæ Romanę, cinnamomo, ammoniaco, aceto.

Odoramentum.

Fomentum fiat pro hypochondriis ex aqua & vino, in quibus sint decocta abrotanum, melilotus, ebulus, camomilla, epithymus, thymus, artemisia, sena, polypodium, aceti aliquid addendo.

Balneum aquæ dulcis mirificè iuuat ex maluis, violis, beta, camomilla, rosis siccis, fœniculo, butyro, lacte.

Medicamenta valenter calefacientia & exiccantia hîc non admittemus, vti est aurea Alexandrina, aliaque similia. Imò assignatis pulueribus cordialibus modicè admodum vtemur, cùm corpus humoresque siccent, eaque ratione morbum augeant.

CORRIGENTIBVS *accidentia.*

Cucurbitulæ sine scarificatione mirè flatus resoluunt.

Fomentatio hypochondriorum ex decocto pulegij, anethi, rutæ, absinthij, foliorum lauri, serpylli. Aut fiat ex aceto in quo decocta sint semina cumini, anisi, pulegium.

Sacculus ex floribus camomillæ, rosarum, seminibus anisi, cumini, fœniculi, fœnugræci, foliis lauri, serpylli, absinthij, rutæ, pulegij. Aceto irrigetur, caleatque dum apponitur ventriculo.

Vnguentum ex oleo nardino, absinthij, rutæ.

Cataplasma ex radice cyperi, floribus camomillæ, seminibus fœniculi, anisi, cumini, fœnugræci, foliis artemisiæ, ebuli, rorismarini, absinthij, oleo rutaceo, absinthij,

Irrigatio

Irrigatio fiat capitis, cum aqua dulci in balneo descripta; omnum equidem optimè allicit.

Dolorem horum nonnulla mitigant, nonnulla flatus discutiunt, aliqua sunt quæ somnum inuitare possunt.

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAMENTA nobilia in HYPOCHONDRIACA MELANCHOLIA, *sæpius cum summa salute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruel experta.*

CVRATIO MELANCHOLIAE HYPOCHONDRIACAE.

℞ foliorum mercurialis, maluæ, pulegij, florum sambuci, camomillæ, meliloti, centaurei minoris ana m. j. genistæ m. j. ß. foliorum betæ, brassicæ, lupulorum ana m. ß. cuscutæ m. j. seminum anisi, carthami, fœniculi ana ʒ vj. polypodij quercini ʒ j. ß. senæ Alexandrinæ ʒ j. epithymi ʒ v. coquantur in aqua q. s. ad ℔ j. ſs. colaturæ addatur sp. hierę logod, pul. sancti ana ʒ j. ſs. confectionis hamech ʒ iij. olei liliorum, violarum, anethini ana ʒ j. mellis violacei ʒ j. ſs. salis communis ʒ j. fiat *Clyſtere*, quo semel in septimana vtatur, & residuo clysteris poterit fieri cataplasma pro splenis regione. Reddito clysterio dentur sequenti die mithridati optimi, theriacæ magnæ ana ℈ ij. vini Hippocratici subiecti ʒ iiij. fiat *Hauſtus*.

℞ syrupi de epithymo, violarum ana ʒ j. de succo boraginis, byzantini absque aceto ana ʒ j. ß. aquarum violarum, boraginis, lupulorum ana ʒ iiij. fiat *Iuleb*.

℞ radicum fœniculi, graminis ana ʒ j. boraginis ʒ ij. foliorum betonicæ, pulegij, hyssopi, centaurei minoris ana m. ß. seminum anisi, fœniculi, dauci ana ʒ iij. fumariæ, capreolorum lupuli ana m. j. epithymi ʒ ß.

Digitized by Google

nucis muſcatæ 3 iij. corticum citri 3 v. vuarum paſſarum enucleatarum ʒ j. glycyrrhizę raſę drachmas quinque, ſeminis cucumeris 3 vj. florum cordialium ana m. j. coquantur in aqua q. ſ. ad tertiæ partis conſumptionem, colaturæ addatur ſyrupus granatorum, pomorum dulcium acetoſorúmque, de ſucco boraginis ana ʒ j. fiat *Potio*.

℞ rad. boraginis ʒ j. ß. centaurei minoris, pulegij ana m. j. ß. ſeminum aniſi, fœniculi ana 3 iij. vuarum paſſarum ʒ j. ß. foliorum ſenę, polypodij quercini ana ʒ j. epithymi ʒ ß. florum cordialium ana m. ß. coquantur in aqua q. ſ. ad ℔ j. ß. colaturę addatur diacatholiconis ʒ j. ſp. hierę logod. 3 j. ſyr. byzanthini, de epithymo ana ʒ j. ß. fiat *Potio*; qua frequenter vtetur.

℞ confectionis hamech 3 iij. pulueris ſancti 3 j. diacatholiconis 3 ij. fiat *Bolus*.

℞ pul. hierę logod. ℈ j. ß. ſp. hierę picrę Gal. ℈ ij. ſyr. de abſinthio q. ſ. fiant *Pillulæ*. Poſt horam bibat decocti hordei mundi, aut ptiſanę hauſtum, addendo aliquid ſacchari. Vomitus poſtea prouocetur cum vnciis ſex aquæ tepentis, in qua oxymellis ʒ ij. diſſolutę ſint. aut cum raphani ſucco, qui ellebori albi viribus perfuſus ſit, in quem finem dragma vna ellebori albi raphano paſſim inſeratur, & per triduum detineãtur partes, hinc ſuccus raphani expreſſus propinetur.

℞ conſeruę rad. bugloſſę ʒ j. ß. violarum ʒ ß diamuſci dulcis, roſatę nouellę ana 3 ij. lętificantis Galeni ʒ ij. ß. ſyrupi de ſucco borag. de corticibus citri ana q. ſ. ad *Electuarij* mollis conſiſtentiam.

℞ ſp. diarhod. abbatis ℈ ij. roſatę nouellę, aromatici roſati Gabri ana ℈ j. florum bugloſſę ℈ j. ſs. corticum citri ʒ j. ſeminum aniſi 3 iij. ſacchari violacei, roſacei, conſeruæ radicum bugloſſæ ana ʒ j. ſyr. de ſucco boraginis q. ſ. fiat *Electuarium* in forma opiati.

℞ radicum borag. ʒ ij. polypodij ʒ ſs. corticum radicum capparorum 3 ij. ſeminum aniſi, carui ana 3 iiij. florum violarum, bugloſſę ana m. j. ſs. coquantur in duab. libris

libris aquę ad medietatis consumptionem; sub finẽ coctura adde vini odorati libram, modicéque vnà bulliant, hinc colaturę adde nucis muscatæ, cinnamomi, rosatę nouellæ, ana 3 ſs. sacchari albi q.s. secundùm artem fiat *Potus Hippocraticus*.

℞ pulegij, abrotani ana m.j. ſs. florum camomillæ, meliloti ana m.j. seminum anisi, cumini ana ʒ j. epithymi, polypodij quercini ana 3 vj. centauri minoris, rutæ, ana m. ſs. coquantur in æquis portionibus aquæ & vini, ad tertiæ partis consumptionem; sub finem addatur aliquid aceti squillitici; fiat *Fomentatio* pro ventriculo.

℞ olei capparorum, liliorum, amygdal. dulcium ana ʒ ſs. seminum nigellæ, anethi, cinnamomi electi ana ℈ ſs. croci g.xij. ammoniaci 3 ij. cerę q.s. fiat *Vnguentũ* molle, quo post fomentationem partes ventriculo subiectę vngentur matutina vespertináque hora.

℞ olei rutacei, in quo semina anisi, cumini, centaurei minoris cocta sint, ʒ j. picis naualis ʒ ij. misceãtur ventríque accommodentur, si flatibus turbetur; stomachus autem cum oleo mastichino atque macis vngatur.

℞ rosarum rubrarum, florum camomillę ana m.j. foliorum centaurei minoris, pulegij, absinthij ana ℈ iiij. seminum rutę, anisi, fœniculi, cumini, fœni Græci ana ʒ j. ſs. crassiusculè contundantur; fiat *Sacculus* pro stomacho, cum aceto vinóque albo irroretur sæpius, ventriculóque applicetur calens.

℞ radicum ebuli ʒ j. foliorum rutę, sambuci, anethi ana m. ſs. seminum anisi, cumini, dauci ana ʒ j. cinnamomi 3 ſs. contusa coquantur in æqua portione vini odoriferi & aquę; fiat *Fomentatio* abdominis, in quo flatus obmurmurare solent.

℞ rad. ebuli ʒ ij. foliorum beręs, violarum, brassicæ, maluę, mercurialis ana m.ij. lupulorum, fumarię, cẽtaurei minoris ana m.j. ſs. florum camomillæ, meliloti ana m. ij. ſs. seminum lini, fœni Greci ana ʒ iiij. coquantur in aquę q.s. ad tertiæ partis consumptionem; in quo

Digitized by Google

lactis menſuræ aliquot infundantur, & butyri recentis ℔ iij. diſſoluantur, fiat *Balneum*. Cum ficubus, fermento, ſinapio, cantharidibus, aceto, fiat *Cauterium* potentiale; quod ſiniſtro hypochondrio ſuperponatur.

APPENDIX

Ad prædicta pro curatione MELANCHOLIAE FLATVLENTAE inſeruiens.

Beneficio clyſteris aluus primò ſubducatur, hinc vena aperiatur. Humor deinde melancholicus obediens naturæ reddatur. Humores demum noxij è corpore protrudantur. Mox quæ corroborare cerebrum, iecur atque ſplenem, & quæ relictam materiam diſsipare poſſunt, præſcribantur. Hinc rurſus propter pertinaciam mali humores prædicto modo concoquemus atque purgabimus; partéſque prædictas roborabimus; idque toties repetemus donec malum miteſcere videbimus. tandem etiam è loco affecto materiam peccantem aut ventoſis aut emplaſtris rubificantibus educemus. Quæ omnia nunc, anteáque dictis medicamentis felicissimo cum ſucceſſu conſequi poterimus, modò vniuerſalia particularibus debita ratione adhibeantur. Cauendum autem hîc diligenter à multum calefacientibus atque exiccantibus, ſiue alimenta hæc fuerint, ſiue medicamenta. Vnde nonnulli vt ventoſitates rugitúſque compeſcant, huiuſmodi vtentes medicamentis, nec non alimentis, plurimùm peccant, morbum ſic augentes. debent tamen medicamenta ſubinde declinare magis ad calidum, aliàs magis ad frigidum, ſecundùm exigentiam rerum circumſtantium, materiei nimirum accidentiúmque. Ea inſuper quæ flatus generare, aut in corpore exiſtentes retinere poſſunt, hîc quoque inhibenda ſunt.

Metho-

Digitized by Google

Methodus pro cognitione

VERTIGINIS IN-SERVIENS.

VERTIGO malum est in quo tum caput, tum alia omnia circumagi videntur, ita quidem cerebrum sensusque exagitans, vt sæpe laborans corruat, nisi propinquis nitatur adminiculis. Contingit enim hoc malo laborantes in terram subinde citra corporis rotationem in circuitum cadere, haud secus atque illi qui in circulum circumuertuntur; hócque si attentent, ab vna rotatione id illis accidit, quod aliis à pluribus contingit, cùm etiam citra circuitionem illud illis accidat quod aliis euenit cùm frequenter in circulo circumferuntur. Imò idem aliquando perpetiuntur, si alium aliquem, aut rotam, aut aliud aliquid circumagi viderint. Lædi-tur hinc virtus visiua, hinc sensus communis, necnon imaginatiua. Est autem hæc passio Epilepsiæ multum vicina, à qua differt in hoc, quòd sensibus vertigineosus non priuetur, neque ad modum spasmatis, diuerso raptu afficitur.

PARS AFFECTA est cerebrum; ex functionum oblæsione hoc euidenter constat; animalis enim functio oblæditur. In hoc malo cerebrum subinde primariò afficitur, túncque præcessit capitis dolor, eiusdémque grauitas, olfactus gustusque læsio, aurium quoque sonitus, nulliúsque partis subiectæ læsio obseruata fuit. Alias verò cerebrum ipsum afficitur, eò quòd ori ipsius ventriculi, præcordiis, aliísve partibus inferioribus consentiat; sæpe enim ibi praui humores aceruantur, aut alimenta corrupta continentur, cruditatésq; generantur noxiæ. Tunc precedit nausea, stomachíque morsus, prostratio appetitus, cordis erosio. Si ab alia aliqua corporis parte fiat, mensibúsve suppressis; id ex

propriis ſignis elucebit. Eſt autem vertigo ſymptoma pertinens ad actionem læſam facultatis viſiuæ & imaginatiuæ; vtraque enim deprauata eſt.

* SIGNA. Intuitum non ferunt eorum quæ velociter in gyrum mouentur. Fit viſio deprauata quoque, omnia enim circumagi videntur, oculiſque ſæpe tenebræ offunduntur. Adde quòd diſpoſitio fiat ad caſum. Sæpe etiam cadunt ſi vel parum admodum in circulum circumuertantur; animalis enim actio princeps & ſenſibilis læditur. Fit & imaginatio deprauata: concurritque prius capitis grauitas. Erunt autem huiuſmodi accidentia magis continua, ſi primario cerebri vitio fiat, nec alterius alicuius partis ſubiectæ affectio aliqua per propria ſigna adeſſe intelligatur.

CAVSA. Frequenter fit ab abundantia ſanguinis feruidi, multumque ſpirituoſi, ſi naribus non reiiciatur paratus vt effluat. Hoc frequenter in acutis obſeruamus morbis. Sæpe quoque ab humoribus fit crudis, ſubinde etiam malignis, qui aut in capite aut in ſubiecta corporis parte aliqua generantur, & vt plurimùm à ſtomacho, dum multæ cruditates in eo generantur, nec non à matrice ortum habet, propter communitatem quam dictæ partes cum cerebro obtinent. Præterea conſuetæ excretiones ſuppreſſæ; & vt in genere dicam, omnes humores à quibus generantur atque eleuantur multi vapores ſpirituſque ſtatuoſi, craſſi atque calidi, turbulenti, malignique; hi enim poſtea ſuo motu mouent ſpiritum animalem (qui animæ vehiculum eſt potiſſimùm in anterioribus ventriculis cerebri) in circuitum, aut alio quaſi ſimili motu inordinato, ita quidem ſeriò, vt homo idem exterius fieri exiſtimet quod interius accidit; ſicque imaginatricis facultatis iudicium peruertitur; ſeque homo verè circumagi, necnon prolabi ſubinde exiſtimat. Nec mirum, in orbem equidem ferantur dicti vapores haud ſecus atque flamma; necnon fumus in furno circumagi ſolet; dum iis exitus non patet per cerebri meatus obſtructos. Fit etiam ab in-

intemperie calida ipsius cerebri, quę multos vapores validè allicere potest, necnon humores extenuare, & in feruorem furorémque agere. Rursus omnia quæ cerebrum conturbare aut humores exagitare calefaceréque possunt, vti sunt exercitia immodica, solis calor, aliáque consimilia quę accessionem reuocare possunt, malum etiam hoc excitare solent.

PROGNOSTICA. Vertigo si diu durauerit, apoplexiæ & morbo comitiali proxima est, & quidem paruam Epilepsiam superior ætas vocauit; vnde negligenda nequaquam est, cùm in perniciosissimos iam dictos affectus facilè permutari possit.

Methodus pro Curatione
VERTIGINIS INSERVIENS.

Perficitur autem subsequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr sit temperatus, lucidus atque purus.
Cibus conuenit qui bonum succum generare possit, & qui facilè concoquitur, miniméque existat flatuosus; sit quoque stomacho gratus.
Tam autem hîc cauendum à fame quàm à satietate.
Potus sit vinum aquosum.
Motus atque exercitium conuenit temperatum. capiti tamen quies potiùs expedit.
Somnus conuenit mediocris.
Excreméta alui arte aut natura promouẽda sunt in dies.
Animi perturbationes non admittat, iram nimirum, mærorem tristitiámve.

VACVANTIBVS.

Syr. de multiplici infusione rosarum.

Digitized by Google

Diaprunum ſolutiuum.
Diacatholicum, electuarium de pſyllio, hiera logodij.
Hiera picra, diacolocynthidos.
Pillulę cocciæ, aureæ, arabicæ, maſtichinæ, aggregatiuæ, ſine quibus eſſe nolo, de quinque generibus myrobalanorum.
Tamarindi, rhabarbarum.
Manna, ſena, polypodium, epithymus, myrobalani citrini.
Agaricus trochiſcatus.
Vomitus confert dum à ventriculo ortum habet.

Humori peccanti conuenientia eligemus medicamenta; neque enim vnus eſt ſemper humor peccans; frequenter enim bilis aliis humorib. prauis in hoc malo permiſceri ſolet, & propterea quę bilem purgare poſſunt, aliis magna ex parte permiſcenda ſunt.

REVELLENTIBVS *diuertentibúſque.*

Vena cephalica ſecetur, idque repetitis vicibus, modò à ſanguine, vel à calidis humoribus malum fiat.
Clyſteres acres plurimùm hîc proſunt, potiſſimùm ſi ſanguinem educere non licet.
Frictiones extremitatum panno lineo calente fient; plurimùm enim laudantur: deſcendemus autem ſenſim, à brachiis collóque vſque ad pedes. Caput autem non attingemus; eius enim frictio nocet, niſi optimè purgatum fuerit anteà corpus vniuerſum, cùm caput potius repleat vaporibus humoribúſque.
Cucurbitulę cum ſcarificatione partibus diſtantioribus primò applicentur, hinc occipitio apponantur.
Hęmorrhoidarum venarum apertio fiat, menſtruorúmque prouocatio.
Sternutamenta.
Gargariſmi.
Apophlegmatiſmi.
Cauterium è fermento, cantharidibus, aceto; occipiti poſt aures apponentur. Vel eius loco fiat cauterium actua-

actuale in capitis ſummitate; optimè enim reſoluuntur vapores hac ratione.

Errhina è ſucco cyclaminis, aut anagallidis, qui naribus attrahetur. Aut nigella oleo veteri, intróque admiſto; prædicto modo naribus attrahatur; optimè enim caput per nares purgat.

SISTENTIBVS *ſpirituum motus turbulentos.*

Syrupus cidoniorum, granatorum, roſatus.
Saccharum roſaceum.
Succus berberorum, Ribes.
Dacidonium ſine ſpeciebus.
Aqua lactucæ roſacea, violarum, plantaginis, meliſſophylli.
Odoramentum cum camphora, toſis, acetóque fiat.
Oleum roſaceum.
Irrigatio capitis ex oleo roſaceo & aceto.

Poſtquam alimenta ſumpſerit æger, dentur præſentia in eum finem, ne vapores ad caput ferantur.

CONFORTANTIBVS *& reſoluentibus reliquis.*

Syrupus de pomis, ſtœchade, bugloſſa.
Conſerua boraginis, bugloſſæ.
Saccharum roſatum.
Diarhodum abbatis, aromaticum roſatum.
Diatragacanthum frigidum, diatrium ſandalorum.
Diamuſcum dulce.
Decoctum roriſmarini, betonici, euphraſiæ, menthæ, ſaluiæ, ſtœchados, centaurei minoris, galangæ, cinnamomi, ſeminum fœniculi, aniſi, glycyrrhizæ.
Odoramentum ex nigella, maiorana, caſtoreo.
Embrocha capitis fiat ex digerentium materia.
Balneum fiat ex iiſdem.
Cauterium prædictum.

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAmenta nobilia in VERTIGINE *ſæpius cum ſummæ ſalute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruele experta.*

Digitized by Google

CVRATIO VERTIGINIS.

℞ radicum acori, galangæ, angelicæ ana ʒ iiij saluiæ, origani, menthæ, ana m.j. sem. florum betonicæ, stœchados, centaurei minoris ana m.j. seminum anisi, fœniculi, carui ana ʒ j agarici albi & leuis ʒ ij. seminum carthami ʒ sem. polypodij, sennæ Alexandrinæ ana ʒ vj. coquantur in aqua q.s. ad ℔ j. sem. colaturæ adde puluerис diasennæ ʒ ij. hieræ diacolocynth. ʒ j. diacatho. ʒ j. fiat *Clysture.*

℞ syrupi de cichoreo cum rhabarbaro ʒ ij syrupi de succo endiuiæ ʒ j. sem. aquarum absinthij, cichorei, endiuiæ ana ʒ iij. fiat *Iuleb.*

℞ rad. graminis ʒ j. sem. foliorum endiuiæ, cichoreī ana m. j. sem. seminum anisi, fœniculi ana ʒ iij. glycyrrhizæ rasæ ʒ sem. polypodij quercini ʒ j. rhabarb. electi ʒ iij. coquantur in aqua q.s. ad ℔ j. sem. colaturæ addē syrupi rosarum solutiui ʒ iij. fiat *Potio.*

℞ pillul. hieræ picræ Galeni, aggregatiuarum ana ℈ j. sc. syrupi mentæ q.s. fiant *Pillulæ* quæ imperabuntur si à vētriculo mobiles vapores cerebri spiritus perturbent.

℞ pill. Arabicarum, sp. hieræ simp. Galeni ana ʒ. sem. rhabar. optimi, agarici trochiscati ana ℈ sem. diagridij gr. iiij. syrupi mentæ & stœchados q.s. fiant *Pillulæ*; ante cœnam sumat hora vna semel in septimana dragmam mediam.

℞ radicum betonicæ, asari ana ʒ j. hordei mundi ʒ ſe. seminum raphani ʒ j. coquantur in aqua q.s. ad tertiæ partis cōsumptionem. Huius colaturę sumātur ʒ v. quibus adde oxymel. squillitici ʒ ij. sumantur in aurora. Postea sumat iuscula gallinarum bonā quantitatē, paulō q. post ad vomendum se cōponat, & reiteret iuscula.

℞ syrupi granat. acetosi simplicis ana ʒ j. sem. decoctionis hordei ʒ vj. aquarum endiuiæ, plantaginis, lactucæ ana ʒ j. sc. fiat *Iuleb.* vapores ascendentes prohibet, sistitque spirituum motus.

℞ carnis cidoniorum ʒ ij. conseruæ rosarum ʒ j. anthos ʒ ſe. aromatici rosati Gabri. ʒ j. ſe. syrupi rosati ʒ j. ſe. mi-

Digitized by Google

ſe.miſceantur; fiat *Mixtura*; à cœna necnon à prandio detur dragma vna.

℞ foliorum ſaluiæ m.iij.ſeminum pæoniæ ʒ j. aniſi ʒ ſe.glycyrrhizæ raſæ ʒ vj.caſtorei ∋ j.coquantur in vini ſufficienti quantitate ad ℔ j.fiat *Potio*.

℞ radicum galangæ, zedoariæ ana ∋ iiij. ſaluiæ ʒ ij. ſe.zinziberis conditi ʒ j.nucis muſcatæ, cinnamomi ana ʒ j.ſeminum pæoniæ ʒ j.ſe.iuniperi ʒ j.mentæ ∋ j. ſe.ſyrupi roſati ſimplicis q.ſ.fiat *Electuarium* molle.

℞ aromatici roſati, diarhod.abbatis ſine moſcho ana ʒ j. ſacchari albiſſimi & aquarum abſinthij ana q.ſ. fiat *Electuarium in Tabulis*.

℞ ſeminum nigellæ Romanæ ʒ ij.nitri ʒ j.olei antiqui q.ſ.fiat *Caputpurgium*.

℞ ſucci betæ, maioranæ ana ʒ j.ſe.ſucci foliorum cucumeris ſilueſtris ʒ iiij. nigellæ Romanæ ʒ j. miſceantur; huius portio al qua naribus attrahatur.

℞ vuarum paſſarum enucleatarum ʒ ij. hyſſopi, origani ana ʒ j.acori conditi, ſeminum ſinapi ana ʒ j.ſe.piperis, maſtichis ana ʒ j.mellis q.ſ.fiat. *Maſticatorium*.

℞. radicum aſari ʒ ſe.foliorum betonicæ, ſaluiæ ana m.j.pyrethri, ſeminum ſinapi ana ʒ ſe.coquantur in aqua q.ſ. ad tertiæ partis conſumtionem; colaturæ adde oxymellis ʒ ij.fiat *Gargariſmus*.

℞ olei liliorum alborum ʒ j.ſem.de caſtoreo ʒ ſem. vini odoriferi ʒ iij. bulliant ad vini conſumptionem; hinc adde ceræ & aceti parum; fiat *Vnguentum*.

℞ foliorum betonicæ, florum camomillæ, roſarum ana m.j. ſeminum nigellæ ʒ ſem. coriandri præparati ʒ iij ſiccata modicè contundantur, & conſuantur in panno lineo ad *Pileoli* formam.

APPENDIX
ad prædicta pro curatione VERTIGINIS inſeruiens.

Omnium primò acri clyſterio excrementa quæ in inteſtinis ob-

hærent, à quibus vapores acres ad caput deferuntur, educemus. Demum venæ sectionem instituemus vt prædictum est: si nihil impediat. Hinc purgãte medicamẽto vacuabimus plenius humores peccantes, vaporúmque copiam generãtes. Post ea frictionibus, ventosis scarificationibus, clysteribus, reuellemus vaporum impetum in partẽ oppositam. Adstringẽtia, vaporúmque ascensum ad caput prohibentia, etiam mox à principio imperabũtur, cum aquæ nimirum rosatæ ʒ ij aceti ʒ iij Postremò veniriculum caputque roborabimus, reliquiásque discutiemus masticatoriis, nasi purgiis, aliísque huiusmodi ingeniis. Quæ omnia nunc anteáque dictis medicamentis felicissimo cũ successu cõsequi poterimus, modò vniuersalia particularibus debita ratione adhibeantur. Si à stomacho malum originẽ habeat, quod vt plurimum fit, vomitus prouocetur, vt prædictum est. Si à matrice aut aliis membris id fiat curetur vt in iis locis ostenditur, pòst confortetur cerebrum Si fiat à rebus velociter circumductis vel motis, à conspectu eorum ablegetur. Si ob diuturniam fiat inediam, crustam panis in vino generoso madefactam sumat Si ab humoribus subsistentibus fluerẽque solitis oriatur, eorum excretionem vsitatam sollicitabimus.

Methodus pro Cognitione

INCVBI INSERVIENS.

INCVBVS est passio, in qua homo à magna mole incũbẽte suffocari se in somno putat, loquẽdi respirandique cõcurrit magna difficultas, sensúsq. stupescũt, nõ autẽ adimũtur. Ab epilepsia differt in eo, quòd materia epilepsiã faciẽs sit venenata, nequaquã autẽ in incubo. Præterea hîc nulla sit conuulsio vti in epilepsia euenit.

PARS AFFECTA. Præcordia diaphragmatisque partes hîc affici contingit; id quod ex actione læsa constat; homo equidem se suffocari ab liqua re incumbente imaginatur; spiritus quoque cum difficultate magna ducitur. Cerebrum insuper in hoc malo lædi contingit, per con-

Digitized by Google

per consensum partium subiectarum; à fumis equidem ascendentibus contingit motrices sensibilésque functiones perturbari; sensus equidem fit torpidus, difficiliſque motus. male denique imaginantur.

SIGNA. Difficilis fit motus, atque ab aliqua re se inuadi aut opprimi homo credit; aliquid enim suo insidere pectori putat, torpidúsque fit in somno sensus, suffocationiſque fit imaginatio, ita vt vocem edere non possit etiamsi clamare laboret, aut saltem incerta maléque discreta editur vox, & aliquando quoque mugit vt flentes. Phantasia ita quoque offenditur, vt subinde spectrum sériò adesse existimet, vnde anxietas tandem etiam concurrit, clamandique desiderium enascitur, hincque sanguinem quasi ebullire contingit atque incalescere, sicque spiritibus attenuatis, meatibúsque apertis, perrupto somno, repentè homo excitatur.

CAVSA. A crassa frigidáque pituita, necnon à sanguine crasso atque melancholico circa præcordia venásque pectoris existente oritur, vnde vapores crassi eructantur; quibus quotiescunque vapores multi crudi à crapula enati permiscentur, tunc dictis in locis partes diaphragmatis premuntur, nec non pulmonis, vnde impeditè homo respirat, séque suffocari putat; hinc vbi in fauces se insinuat, vox supprimi videtur. In cerebrum denique si transmittantur, sensum ipsámque mentem perturbant tristibus quibusdam spectris. Tales vapores aliquando etiam eructant hæmorrhoides mensésque suppressi in illis in quibus fluere consueuerunt. Nequaquam autem ab insultante fit vetula, vt multis persuasum est etiam hodie.

PROGNOSTICA. Incubo diæta vtens tenui vix molestatur, multis autem cruditatibus oneratis familiare est. Rarius quoque irruit in illos qui in lateri incumbunt. Hic affectus si frequentius diutiúsque concurrat, apoplexiam tandem minatur, aut epilepsiam, necnon maniam, sæpius melancholiam hypochondriacam, vertiginem, paralysim, spasmum, neruorum distentionem,

Digitized by Google

aut ſubitam mortem: Neque enim rarum eſt multos fuiſſe è medio ablatos tempore ſomni in lecto. Pueris magis eſt frequens malum,& obeſis corporibus,necnon quibus concoctio impeditur.In hoc malo poſtquam experrecti fuerint, frigidi ſudores, cordiſve tremores ſi fiant,peſſimum eſt.

Methodus pro curatione
INCVBI
INSERVIENS.
Perficitur autem ſubſequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr moderatè ſit calidus atque lucidus. Frigora, ventos,ſolaréſque radios vitent.
Cibus ſit facilis concoctionis bonique ſucci, non ventoſus.Parúmque comedat,potiſſimùm tempore cęnę.
Potus ſit vinum album,aquoſum.
Somnus diurnus, & potiſſimùm qui ſtatim à cibo admittitur,noxius eſt.
Excrementa alui reſpondeant arte,aut natura.
Animi quies concilianda.

RRAEPARANTIBVS.

Syr.ſtœchados,menthæ,abſinthij.
Oxymel ſimplex.
Melicratum.
Aqua abſinthij,maioranę,bugloſſæ,betonicæ,fumarię.
Decoctum radicum fœniculi,petroſelini, roriſmarini, hyſſopi,endiuiæ,boraginis, bugloſſæ,fumariæ,cuſcutæ,ceterach,cichorei,ſummitatum lupulorum,capillorum Veneris,florum violarum, corticum capparorum, glycyrrhizæ, viuarum paſſarum, melle & ſaccharo addito.

Syrupus

Syrupus fumariæ, lupulorum, pomorum.

Prioribus dum pituita plus æquo redundat, posterioribus verò dum melancholia exuberat, vtemur. Idem in purgantium materia obseruetur.

VACVANTIBVS.

Venæ sectio fiet si corpus fuerit plethoricum, aut si menses aut hæmorrhoides retineantur præter consuetudinem, primò quidem saphenæ, postero die secetur humeraria, eoque liberius educatur quò sanguis crassior fuerit: tandem si præcedentium subsequentiumque vsu malum non profligatur, vena frontis, aut ea quæ sub lingua est, secetur.

Pillulæ cocciæ, de agarico, mastichinæ, stomaticæ.

Hiera picra Galeni, Hiera diacolocynthidos, logodij Ruffi.

Cassia fistula.

Pillulæ de lapide lazuli.

Diacatholicum, Diaphœnicum.

Diasena.

Sena.

REVELLENTIBVS *deriuantibusque.*

Clysteres acres.

Cucurbitulæ suris crurum appositæ.

Frictiones capitis in posteriori parte fiant, atque pectinationes.

Errhina leuia.

Gargarismi.

Sternutamentum cientia.

Apophlegmatismi leues.

PROHIBENTIBVS *vapores sursum ascendere.*

Diarhodum abbatis.

Caro cydoniorum sine speciebus.

Diamargaritum frigidum.

Sacchatum rosatum.

Corallum.

Digitized by Google

CORROBORANTIBVS, *digerentibus, resoluentibúsque reliquias.*

Theriaca, Diambra; Diamoscum dulce.
Aromaticum rosatum; Plirisarcoticum.
Dianthos.
Conserua anthos, buglossę, acori.
Pæoniæ semen nigrum & radix.
Nux muscata.
Vnctio capitis, pectoris, & ventriculi ex oleo camomelino, anethino, calido vino.
Fomentatio capitis ex oleo anethino calente.
Dropax tum capiti, tum hypochondriis aptari potest ex quinque partib. picis, & vna olei spicę, vel mastiches; modicè autem caleat dum applicatur, linteolóq; detrito implicetur, ne cuti pertinaciùs inhæreat.
Sacculus ex floribus buglossę, violarum, rosarum, foliis melissę, qúę vino albo & aqua melissæ irrorentur, cordíque applicentur; modicè autem caleant.
Cucupha fiat ex betonica, sampsucho, floribus anthos, stœchados, rosarum rubrarũ, cortice citri, caryophyllis, nuce muscata, radice cyperi, coriandro præparato, oleo anethino.

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAMENTA *nobilia in* INCVBO, *sæpius cum summa salute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruel experta.*

CVRATIO INCVBI.

℞ decocti subiecti ℔ j. in eo dissoluantur sp. hieræ logod. ʒ j. ß. pul. sancti ʒ ij. ß. ol. camomelini, anethini, rutacei ana ʒ j. vini maluatici ʒ iij, fiat *Clystere.*

℞ radicum acori ʒ ß. angelicę ʒ vj. foliorum betonicæ, chamęd. violarum ana m. j. rosarum rubrarum, camomillæ, meliloti ana m. ß. coquantur in iusculo car-

Digitized by Google

carniũ q.ſ.ad ℔ j.ſs.colaturę adde pul.diaſenę ʒ ij.hierę logod.ʒ j.diacatho ℥ ſs.olei rutacei, camomel. ana ℥ j. ſs. ſalis ʒ j. fiat *Enema.*

℞ ſyr.ſtœchados,abſinthij ana ℥ j.ſs oxymellis ſimpl. ſyr.menthę ana ℥ ſs.aquarum abſinthij,bugloſſę,lupulorum ana ℥ iiij.fiat *Iulepium:* dentur ℥ iiij.

℞ diaſenę ʒ j.ſs.diaturbith cum rhabar.ʒ vj.oxymellis ſimpl. ℥ j.aquarum lupulorum,fumarię ana ℥ j.ſs.fiat *Hauſtus.*

℞ pili.de agaric.cochiarum ana ℈ j. ſs. pul. hierę logod. ℈ ſs. ſyr. ſtœchados q.ſ.fiant *Pilulæ* viij. ſumantur poſt medium noctis.

℞ theriacę androm.ʒ j. mithrid.rad.angel. ana ℈ j. aquarum angelicæ,cardui benedicti ana ℥ j. ſs. fiat *Bolus:* detur poſtero die manè.

℞ oxymellis ſquillitici ℥ ij.decocti raphani ℥ vj.olei dulcis ℥ j. ſs. fiat *Vomitorium* medicamentum, quo cruditates ventriculi ex crapula enati propellantur.

℞ rad.acori,angelicę,pęoniæ ana ℥ ſs. fœniculi, graminis ana ℥ j. fumariæ, betonicę, cuſcutæ, ſcolopendrię,acetoſæ ana m. j. hyſſopi, praſſij, endiuiæ,boraginis ana m.ſs. ſem.aniſi, cumini ana ℥ ſs. vuatum paſſarum ℥ j. pruna Damaſcena numero viij. flor.cordial.ana m.ſs. ſenæ Alexan. polypodij quercini ana ℥ j. agarici albi & leuis,zinzib.ana ʒ j.ſs.nucis muſcatę ʒ ij. coquantur in aqua q.ſ.ad ℔ j.ſs colaturę adde mellis optimè deſpumati,ſacchari albiſſimi ana ℥ j. fiat *Potio;* qua vtetur vbi pleniùs concocti ex vrina obſeruabuntur humores:dentur ℥ iiij. in aurora per quatuor vel quinque dies.

℞ conſ.acori ℥ iij.detur ʒ j.ſingulis vicibus poſt ſumptum pharmacum.

℞ arom.roſ.Gabri.ʒ iij.theriacæ veteris ℥ j.ſs. plerefarcotici ℈ iiij. diamulci dulcis ℈ ij.ſs conſeruę anthos, acori ana ʒ iiij. ſeminum pæoniæ ℈ iiij. coriandri præparati ℈ ij. ſyrupi ſtœchados q.ſ. *ad Electuarij* conſiſtentiam:detur à cibo ʒ j.

Digitized by Google

℞ diacimi ʒ ij. seminum anisi, rad. enulæ campanæ, angelicę ana ʒ j. ß. aromat. rosati Gabrielis ʒ ij. ß. nucis muscatæ, cinnamomi ana ʒ j. corticum citri cond. ʒ j. ß. syr. de epithymo q. s. fiat *Elect.* ad formam opiati.

℞ olei anethini, amygdalarum dulcium ana ʒ j. camomelini ʒ ß. seminum pæonię ʒ ß. vini generosi nonnihil, & ceræ q. s. fiat *Vnguentum* pro thorace & ventriculo.

℞ betonicę siccę ʒ j. florum stœchados, rosarum rubrarum, flor. anthos ana ʒ ß. nucis muscatæ, caryophylli ana ʒ ij. rad. cyperi, corticum citrei mali ana ℈ iiij. fiat *Cucupha.*

℞ corticum citri sicci ʒ ß. cyperi, caryophyllorum ana ʒ ij. cocci infectorij ℈ iiij. coriandri præparati ʒ ij. ß. sampsuchi sicci, betonicę siccæ ana ʒ ß. stœchados Arabici, rosarum rubrarum ana ℈ ij. fiat *Pulvis* crassiuscule contusus pro *Sacculo*; qui capiti accommodatus, plurimum confortat cerebrum.

℞ seminum corticum citri, rad. galangæ ana ʒ. iij. foliorum melissę m. j. florum buglossæ, boraginis, stœchados, rorismarini ana m. j. electuarij de gemmis ʒ j. ß. fiat *Sacculus*, qui cordi applicetur cum vino maluatico irrigatus.

APPENDIX

Ad prædicta pro curatione INCVBI inseruiens.

Clysteri primò leni materiæ communes educantur; hinc sanguine abundante venæ sectio fiat, vt prædictum est. Demum humores peccantes naturæ obedientes reddantur; postea conuenientibus medicamentis è corpore excludantur. Hinc cerebrum vacuandum quoque erit gargarismate, aut apoflegmatismate, sternutatorióve medicamento conuenienti, aliisve ingeniis antè dictis. Postea quæ vaporum accensum ad cerebrum prohibere possunt præscribantur. Tandem corroborantibus, reliquiáque consumen-

Digitized by Google

ſumentibus locus erit. Quæ omnia nunc anteáque dictis medicamentis feliciſsimo cum ſucceſſu conſequi poterimus; modò uniuerſalia particularibus debita ratione adhibeantur.

Methodus pro cognitione

EPILEPSIÆ IN-SERVIENS.

EPILEPSIA, ſeu morbus caducus, eſt conuulſio omnium corporis partium, non perpetua, ſed quæ temporum accidit interuallis, cum mentis ac ſenſuum oblæſione. Noménque inditum eſt à ſymptomate ingenti quod in hoc malo hominẽ vigere ſolet. Statuuntur autem epilepſiæ differentiæ tres. Vel enim fit cùm cerebrum laborat per ſe, quòd fit cùm fomes mali ibi ortum habet: Vel oritur propter conſenſum oris ventriculi malè affecti, aut propter conſenſum cuiuſpiam alterius partis ſubiectę, à qua per occultos ductus in cerebrum ſerpit veneni labes: aliqui enim dicunt ſe laboraturos antequã paroxyſmus inuadat; ſentiunt enim cauſam mali ex ea parte corporis in qua mali fomes eſt, inſtar vaporis, frigidioríſq; auræ, in cerebrum traduci per partium continuitatem. Eſtque cauſa mali plerumque vapor quidã venenoſus ab inferiori aliqua corporis parte ad cerebrum delatus; tũncque homo ſubitò conuulſione concidit. Capite autem primaria affectione laborante, oculi obſcurantur & caligant, caput dolet, eiúſque concurrit grauitas. Tarditate ſenſuum atque mentis laborant, turbulentis inſomniis agitantur, ſubitóque fit acceſſio. Dum ab ore ventriculi malum originem habuerit, plerumque ægri deteriùs ſe habent, imò & paroxyſmus inuadit, cùm diu ieiuni permanẽt, aut cibum nullum ſumunt. Et antequàm acceſſio fit, nauſeam, eroſionem, atque perturbationem iuxta ſtomachum per-

Digitized by Google

cipiunt, necnon fluctuationem palpitationemque. Tandem etiam syncope succedit. Hinc pituitæ aut bilis vomitus concurrit cùm paroxysmus soluitur. Differt à spasmi speciebus, eò quòd in epilepsia non sit perpetua conuulsio, vti est in speciebus spasmi. Sensibiles denique operationes, necnon principes, in epilepsia laborant; in spasmo verò principes functiones illæsæ permanent. Est etiam leuior epilepsiæ species, in qua symptomata multo mitiora concurrunt, affinitatem magnam cum vertigine habens.

PARS AFFECTA est cerebrum, id quod patet ex functionibus oblæsis. Læduntur enim tam principes quàm motrices atque sensibiles facultates. Cerebrum autem hîc, vti dictum est, afficitur aut per se, aut per consensum oris ventriculi, aut per consensum alterius partis. Signa autem partis affectæ, ex prędictis patent. Cùm autem subitanea sit accessio, cerebrum vt instrumentalis pars, secundum ventriculos nimirum afficitur, tur, & potissimùm secundum medium, non ita secundum anteriores. Non autem afficitur, vt similaris, cùm id absque intemperie fieri haud possit. Est autem epilepsia symptoma pertinens ad actionem lęsam facultatum animalium, contingit enim motum, sensum, principesque facultates omnes oblędi, differenter tamen: motrix equidem facultas deprauata est, princeps autem & sensibilis, ablatè lęsa est.

SIGNA. Cum multa spuma fit accessio sępe subitò. Estq. prępipua seu peculiaris huius mali nota, spuma; quę in longum deduci potest si trahatur. In leuiori tamen epilepsia non apparet. Hinc sensibus orbatus vbi est, sequitur casus cum calida corporis concussione, contorta concurrit facies, oculi quoque inuertuntur, subinde pectori maxilla impingitur, aliquando verò in scapulas contorquetur. Sępe quoque seminis, subinde etiam stercoris, necnon vrinę inuoluntaria fit effusio, solutis musculis, hęcque fortis epilepsię signa sunt. Prętera stertunt, interdumque vociferantur; impotens

vox

vox ſæpe concurrit, qualis ſit angulatis pænè. Linguam ſæpe exerunt, quam ne dentibus vulnerent, periculum eſt. Aliàs ita arctè dentes inter ſe colliduntur, & ita arctè clauduntur, vt ne ſuffocetur quoque periculum ſit. Tempore aliquo interpoſito ad ſe redeunt, propriiſque viribus ſurgunt vbi remiſſio ſit mali. Præcedit autem frequenter ſpiratio impedita. Aliqui ab occipitio ad capitis verticem vaporem ſentiunt aſcendere frigidum. Venter præcordiaque flatibus tument, & ſæpe obmurmurant aliquibus. Faciei etiam præcedit pallor, inordinatuſque linguæ motus, capitiſque dolor atque grauitas, necnon obliuio, triſtitia, animique inconſtantia, ſomnia turbulenta, hinc vertigine agitantur. Obiiciunt ſe oculis aliquando tenebræ, aliàs ſplendores obſcuri variique.

CAVSA. Magna ex parte fit à copia humoris melancholici atque pituitoſi, vnde vapores corrupti, venenoſi, virulentique efflореſcunt, à quibus obſtructiones in meatibus cerebri fiunt, ſpirituumque hac ratione tranſitus impeditur; vnde cerebrum, principiumque neruorum, vt expellat id quod obluctatur, ſeipſum quaſi contrahit atque concutit, id quod noxium eſt vt propellat, ſiue vapor, ſiue humor fuerit.

PROGNOSTICA. Pueros maximè moleſtare ſolet hæc calamitas, eò quòd humidiore ſint cerebro; deinde adoleſcentes, poſt hos ætate conſiſtentes, minimè omnium ſenes. Magis etiam familiaris eſt viris quàm feminis. Longus autem ſolet eſſe morbus, qui niſi pubertatis tempore, vel menſtruorum initio tollatur, vſque ad mortis diem ſæpe prorogatur. Cùm enim magnæ alterationes fiant in pubertate, ſi tunc non ſoluatur, vſque in maturam ętatem comitabitur. Epilepſia inueterata incurabilis eſt, vti & ea quę ab ortu comitatur. Quemadmodum autem tempore. Veris magis irruit hic morbus, ſi eodem quoq. tempore magis eſt periculoſus. Rurſum cùm vniuersũ corpus afficitur, & derepente irruit, abſque eo quod ſenſum ipſius mali in aliqua cor-

Digitized by Google

poris parte à capite ſemota priùs percipiat, vix ſaneſcit. Si quoque morbus hic acutiſſimus fuerit, crebríſque acceſſionibus, & ſymptomatum magnitudine vrgeat, breui tempore ipſum iugulabit. Quartana aliáve febri diuturna ſi corripiatur, ſæpe pro valetudine eſt ipſi epileptico.

Methodus pro curatione

EPILEPSIÆ INSERVIENS.

Perficitur autem ſubſequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AER ſit calidus atque ſiccus.

Cibus. Carnes conueniunt auicularum montanarum, gallinarum. Vitentur piſces, legumina, carnes porcinæ, allium, ſinapi, cepe, daucus, nuces, palmulæ. Capparorum vſus plurimum hîc prodeſt. Incidentibus extenuantibúſque alimenta rebus condiantur, vti eſt ſerpyllum, hyſſopus, pulegium.

Potus. Vinum ſit aquoſum tenue, non vetuſtum. Mulſa.

Exercitationes corporis proderunt, capitiſque frictiones. Vti moderatus vſus Veneris iuuat, ſic immodicus plurimùm nocet.

Somnum fugiat quàm maximè diurnum; ſitque nocte mediocris.

Excrementa alui reſpondeant arte, aut natura.

Sollicitudines, timores, aliæque animi perturbationes vitentur.

PRAEPARANTIBVS.

Oxymel ſquilliticum, ſimplex.

Syr. de hyſſopo.

Syru-

Digitized by Google

Syrupus ſtœchados.
Syrupus de abſinthio, pomiſque.
Syrupus acetoſus ſimplex & compoſitus.
Decoctum betonicæ, hyſſopi, ſtœchados, radicum & ſeminum pæoniæ, maioranæ, roriſmarini, abſinthij, ſeminum fœniculi, aniſi, cinnamomi, glycyrrhizæ, oxymelle ſimplici addito.
Aqua beronicæ, pæoniæ, hyſſopi, primulæ veris, ſaluiæ, bugloſſæ, mel ſophylli.

VACVANTIBVS.

Venæ malleoli ſectio fiet; hinc cephalicæ in principio veris, ſi inueteratum ſit malum; & ſi per conſenſum fiat.
Diaphœnicum, electuarium Indum.
Agaricus trochiſcatus præſtans in hoc malo eſt medicamentum.
Hiera Galeni ſimplex, logodij, hiera diacolocynth. præſtans eſt & hoc medicamentum.
Pillulæ aureæ, ſine quibus eſſe nolo, alephanginæ, aſſaieret, & hermodactylis.
Pillulæ cocciæ, fœtidæ, maſtichinæ, de euphorbio.
Elleborus niger.
Decoctum radicum pæoniæ, foliorum ſaluiæ, hyſſopi, betonicæ, primulæ veris, meliſſophylli, ſtœchados, bugloſſæ, ſeminum aniſi, pæoniæ, glycyrrhizæ, cinnamomi, nucis muſcatæ, addito electuario Indo, agarico trochiſcato.

AVERTENTIBVS.

Clyſteribus ex decocto ariſtolochiæ, mercurialis, camomillæ, radicum pæoniæ, betonicæ, thymi, pulegij, centaurei minoris, agarici, calaminthæ, addita hiera picra, melle roſato, hiera diacolocynthidos, oleo rutaceo.
Suppoſitoria.
Apophlegmatiſmi ex ſeminibus pæoniæ, pyrethro, maſtiche.
Maſticatoria ex hypoſſo, nuce muſcata, caſtoreo, radice

Digitized by Google

pæoniæ,pyrethro,zinzibere, maſtiche, ſtaphiſagria, vuis paſſis.

Naſalia ex ſucco radicum pæoniæ , rutæ , mummia, melle.

Gargariſmus ex vino & aceto in quo coquantur flores ſtœchados, folia origani, hyſſopi,betonicæ, ſampſuchi,calaminthæ,ſinapi,pyrethrum, nigella Romana; addatúrque oxymel ſquilliticum.

Sternutatorium ex pipere , elleboro , caſtoreo , radice pæoniæ,nuce muſcata.

Cucurbitulæ cum ſcarificatione , ſcapulis atque hypochondriis,necnon poplitibus vel malleolis affigendę, ſi per conſenſum fiat.Hinc etiam occipitio. Maximè autem apponentur partibus extremis , ſi ab illis malum deriuetur,& potiſſimùm ſi pars ea ligari non poſſit,vt eſt matrix: hinc emplaſtra apponenda, aut mithridatum , aut theriaca, aut hęc eadem cum rubificantibus apponantur.

Ligaturæ partium extremarum fient , præſertim ſi ab iis malum oriri videatur , viáque ſic vapori præcludatur.

Frictiones fient à partibus ſupernis ad infernas tranſeundo.

Hæmorrhoides aperiantur ſanguiſugis.

Sanguiſugæ fronti apponantur , aut aliis conuenientibus locis ipſius capitis.

Cauteria in poſteriori capitis parte fiant, ſi per ſe laboret cerebrum.Nequaquam autem id fiat dum à parte diſtanti cerebro vapor venenoſus communicatur,niſi vbi temporis diuturnitate cerebrum per eſſentiam laborauerit.

Rubificantia medicamenta collo , necnon parti à qua vapor venenatus profunditur,adhiberi quoque poterunt,ex ſinapio,euphorbio, pipere, cantharidibus,aceto forti,fermentóque.

CORROBORANTIBVS, *reſoluentibúſque materiam reliquam,intemperiémque cerebri emendantibus.*

The-

Theriaca, mithridatum, horúmque ſit vſus longus. Conſerua magna noſtrę deſcriptionis mirabiles in hoc morbo ſępe vires exerit.

Pliriſarcoticum, diarhodum abbatis, diacorum, diamuſcum dulce & amarum.

Conſerua roriſmarini, acori, ſtœchados, ſaluię.

Cortices citri ſaccharo conditæ, pyrethrum conditum.

Aqua floribus tilię deſtillata, præſtans eſt. ſic & ſcobs eboris, necnon viſcus quercinus.

Cornu ceruinum, vngula aſinina, oſſa humana combuſta, aſſafœtida, pyrethrum, hyſſopus, herba paralyſis, enula campana, pęonię radix & ſemen, ruta, ſmaragdus, palmę Chriſti ſemen, agaricus, craneum humanum, pro femina maris, & contrà, ad albedinem vſtum. Ex eius vſu quotidiano malum in aliquibus ſanatur; doſis dragma vna. Veſica apri ab animali cum vrina calens exempta, ſiccatáque in furno donec in puluerem redigi poſſit. medicamentum ex ſquilla. Decoctum guaiaci, ſarſęparillę, cynę.

Oleum philoſophorum.

Vnguentum ex oleo rutaceo, euphorbij, de lateribus, vulpino.

Cataplaſma ex pane toſto, & tritico cum mithridato, radice pęonię, ſerpyllo, aqua mulſa.

Balneum.

Cauterium fiat in occipitio, aut in carnoſa brachij parte, ſi prioribus nihil profecerimus, aut in commiſſura capitis anteriori.

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAMENTA *nobilia in* EPILEPSIA, *ſæpius cum ſumma ſalute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruel experta.*

CVRATIO EPILEPSIAE.

℞ radicum pęonię ℈ j. acori, ariſtolochię ana ℈ ſem. rutę, centaurei minoris, abſinthij, ſaluię, hyſſopi, betonicę ana m.ſe. ſeminum aniſi ℈ j. pulpę colocynthidos ʒ j. coquantur in aqua q.ſ. ad ℔ j. ſem. colaturæ adde ſp. hieræ logod. ʒ j. diacatho. ℈ j. ſem. olei camomelini ℈ iij. mellis ℈ ij. ſalis communis ʒ j. fiat *Clyſtere*, detur ante prandium hora conuenienti, tum in acceſſione ſi diutiùs duret, tum extra.

℞ ſyrupi ſtœchados, hyſſopi, oxymellis ſquillitici ana ℈ j. ſem. decoctionis hyſſopi, ſtœchados, calaminthæ, ſaluiæ, betonicæ, roriſmarini ℈ x. fiat *Iuleb*; dentur vnciæ quatuor in aurora per quatuor vel quinque dies.

℞ oxymellis ſquillitici ℔ ſe. detur ℈ j. ſe. cum decocto ſaluiæ, pæoniæ, hyſſopi.

℞ pill. fœtidarum, alephanginarum, cocciarum ana ℈ j. ellebori nigri gr. vj. ſyrupi ſtœmachados q.ſ. fiant *Pillulæ* octo, dentur poſt medium noctis.

℞ radicum acori, angelicæ ana ʒ iij. corticũ radicum ſambuci ℈ ſe. ſeminis rutę ʒ ſe. radicis pęonię ℈. ſe. foliorum betonicæ, roriſmarini, hyſſopi, pulegij, abſinthij, thymi, ſaluię, meliſſę ana m. j. ſtœchados arabici, maioranę ana m. ſe. florum bugloſſę, boraginis ana m. j. ſe. ſeminum aniſi fœniculi ana ʒ iij. glycyrrhizę raſę ʒ v. vuarum paſſarum enuncleatarum ℈ j. agarici albi & leuis ʒ vj. ſeminum carthami contuſi ℈ ſem. polypodij quercini ℈ j. ſe. viſci quercini ʒ iij. ſenæ Alexandrinę ʒ vj. ellebori nigri ʒ i. zinziberis ℈ i. coquantur in aqua q.ſ. ad ℔ i. ſem. colaturę addatur nucis muſcatę, cinnamomi ana ʒ i. ſe. ſyr. de hyſſopo, oxymellis ſimplicis ana ℈ i. ſem. fiat *Potio*.

℞ hierę diacolocynthidos, pillul. fœtidarum, agarici trochiſcati ana ℈ i. caſtorei gr. vi. fiant *Pillulæ* octo, cum ſyrupo ſtœchados q.ſ.

℞ agarici troſchiſcati ℈ ii. ellebori nigri, nucis muſcatę, piperis ana ℈ ſem. caſtorei grana octo, ſyrupi ſtœchados q.ſ. fiant *Pillulæ*.

℞ mithridati ʒ i. theriacę ℈ ſe. caſtorei gr. iiii. detur in die

in die paroxysmi cum decocto hyssopi,vt antè.

℞ rad.betonicæ, raphani ana ℈ i.seminum nasturtii, atriplicis,raphani ana ʒ ii.coquantur in aqua q.s.ad tertiæ partis consumptionem, dentur ℈ vi.huius colaturæ, tempore paroxysmi,addendo olei nardini ℈ i.fiat *Vomitorium* medicamentum.

℞ nucis muscatę,radicũ pęonię ana ʒ i.ellebori nigri ℈ ij.pyrethri,piperis albi ana ℈ i.misceantur: fiat *Pulvis* sternutatorius,cuius portio calamo suffletur in nares.

℞ nucis muscatæ, radicum acori,pęonię, zinziberis conditi ana ʒ iiii. sinapi candidi, pyrethri ana ʒ i.sem. vuarum passarum, mastiches ana ʒ i. fiant *Pastilli Masticatorij*.

℞ corticum radicum sambuci ℈ i.pyrethri,galangę ana ʒ sem.foliorum betonicę,origani,melissophylli ana m.i.glycyrrhizę rasę ʒ iiii. seminum anisi ʒ iiii. cubebarum ʒ i.se. vuarum passarum enucleatarium m.i.coquantur ad ℔ i. sc.in sufficienti quantitate aquę.colaturæ adde oxymellis squillitici ℈ iiii.fiat *Gargarismus*.

℞ conserue roris marini, bugloss̃ę ana ℈ i. diamusci dulcis ʒ ii. theriacę veteris, mithridati optimi ana ʒ i.se.seminum pęonię & radicum ana ʒ ii.herbę paralysis,rhabarbari ana ʒ i.pyrethri,seminis sanctonici ana ℈ ii.se. saluię ℈ ii. visci quercini ʒ i. ossis caluarię ℈ ii, corticum citri conditorum ʒ ii.se.syrupi de hyssopo q.s.fiat *Mixtura*; postquam purgatus erit, detur ʒ i.quatuor horis ante prandium, superbibat aliquantulum post haustum decocti hyssopi.

℞ sp.diamusci dulcis ʒ se.nucis muscatę,myrrhę ana ℈ se.granorum pęonię ℈ ii.pulueris cranei humani vsti, rasurę eboris, cornu ceruini ana ℈ i. sacchati albissimi dissoluti in aqua rorisimarini & hyssopi q.s.fiat arte *Electuarium in Tabulis*, capiat morsellum vnum aliquando.

℞ pul.cranei humani vsti,pulueris radicum & seminum pęoniæ ana ʒ.i.se.castorei,opopanacis, mithridati optimi ana ʒ ii.fiat *Electuar.* cum syrupo facto cum decocto saluię,pęonię,rorismarini,betonicę,squinanthi.

Digitized by Google

℞ assæ fœtidæ,castorei ana ℈ ij.seminum & radicum pęonię ana ʒ j.nucis muscatę ℈ ij.diagalangę ʒ ij.cum iam dicto syrupo fiant *Pillulæ*;detur ℈ se.tępore somni.

℞ radicum ireos,pæoniæ , cyperi ana ʒ se.seminum pæoniæ,caluariæ humanæ ana ʒ ij.macis,nucis muscatæ ana ʒ j.se.florum camomillæ m.se.fiat *Cucupha*.

℞ visci quercini , radicis & seminis pæoniæ ana ʒ j. se.nucis muscatæ ʒ j.seminum anisi ʒ j.sem.sacchari buglossati dragmas septem;fiant *Pillulæ*;dosis ʒ j.

APPENDIX
ad prædicta pro curatione EPILEPSIÆ inseruiens.

Abstineat à rebus vaporosis,& ab iis quæ morbũ hunc à proprietate prouocare solent,vti est apium vulgi,caro caprina,lactuca,portulaca,omniáque refrigerantia. Tempore intermissionis in maioribus natu clysterio materiæ cõmunes educantur;hinc si plethoricum sit corpus,venæ sectio fiat. Demum humores peccantes conueniẽtibus medicamẽtis naturæ obediẽtes reddãtur,hinc è corpore perturbẽtur,idque fiat semel singulis septimanis. Humores postea ad cerebrũ ruentes,auertãtur frictionibus,clysteribus paulo fortioribus.Vinculis quoque vaporibus venenosis præcludatur via, si ab extrema aliqua parte ascendere videantur & ad cerebrum repere. Vincula autem parum supra locum vnde vapores eleuantur,applicabimus.Demũ quæ caput vniuersumque corpus corroborare possunt imperabimus Quæ omnia nũc,anteáque dictis medicamẽtis felicissimo cũ successu consequi poterimus , modò vniuersalia particularibus,debita ratione adhibeantur.Prædictis autẽ si parũ profecerimus, cauterium actuale aut eius loco potentiale profundum excitabimus,ex cantharidibus;fermẽto acetóque in commissura coronali,si à cerebro huiusmodi venenati vapores profundantur. In pueris autem fiet maximo cum commodo in posteriori parte capitis; vesiculæ autẽ acu pũgãtur:flueréq. per 60. dies permittãtur. Trepano quoque absque detrimento in eundem finem craneũ aperiri poterit,vt vapores scilicet atri exhalari,materiáque à qua illi eleuãtur,possit consumi.Prædicta cauteria locum etiã habebũt in partibus subiectis,à quibus huiusmodi vapores ascen-

res aſcendunt. Tempore autem paroxyſmi, ſi diu perſeueret, vt citius finiatur, vocetur ſonora voce, nares conſtringantur, digiti contorqueantur, ſternutamenta prouocentur, fiant ligaturæ frictionéſque partium dolorificæ, dentes deducantur mediante baculo; linguæ faucéſque fricentur: linguæ extremitati linteolum adaptetur, intingaturque in ſucco rutæ in quo theriaca ſit diſſoluta. Ruta quoque confricetur, caſtoreóque, necnon ſeminibus pæoniæ commiſceatur naribúſque indatur, plurimum enim abbreuiabit acceſſionem. Si per conſenſum oris ventriculi fiat; vomitus excitetur, deinde cum hiera purgetur; hinc vnguenta, emplaſtra, aliáque ſtomachum conformantia præſcribantur medicamenta.

Methodus pro Cognitione

SPASMI INSERVIENS.

SPASMVS, conuulſio, ſeu diſtenſio neruorum, eſt affectio quæ neruos muſculóſque ad eundem præter voluntatem cogit affectum, in quem ab animali facultate cùm naturalem habitum ſeruarent, ducebãtur; inuoluntarius equidem hic fit motus in parte quæ voluntate moueri ſolebat. Aliquando autem totum corpus conuulſione ſubitò corripitur; id quod in Epilepſia accidere diximus; in quo caſu neruorum principium læditur, cerebrúmque totum quaſi contrahitur in ſe, noxium vt expellat. Vnà autem hîc cum ſenſibus etiam mens ipſa vitiatur, propterea quòd ipſum cerebrũ hîc laboret. Per interualla quoque perturbat ægrum, quaſiéque recurrit malum; non autem continuò affligit, vti in reliquis neruorum diſtentionibus accidit. Interdum autẽ contingit omnes corporis partes, capite excepto, conuelli. Sępius quoque accidit vnam ſolummodo corporis partem diſtendi; oculum nimirum, linguam ſe-

Digitized by Google

cundum eius radicem, frontis cuticulam, ceruicem, crus, brachium. Motus autem iſte deprauatus qui in conuulſis partibus accidit, à motu naturali eiuſdem partis non aliter differt, quàm quòd muſculi neruique verſus ſuam originem trahantur vt in motu naturali, ſed hîc prẹter voluntatem illud fit, & etiam cum maximo dolore. Contingit equidem motum naturalem à voluntate procedere, quẹ iuxta principium neruorum reſidens in cerebro, primis neruis confert principium motionis, & hiſce mediantibus ipſis muſculis confertur; ſicque cõtingit muſculos tendi, & ad initia propria retrahi, corporiſque partes quibus implantantur, hac ratione ſecum etiam trahunt. Eſt quoque conuulſionis quędam ſpecies interim ſuperioribus multo leuior; quẹ à craſſis flatibus originem habet, dum in neruorum ſubſtantiam ſe inſinuant; dolorem autem & hi quidem validum excitant, interim perbreuem; ſæpius enim per ſe breuiſſimo temporis ſpatio ſoluitur; aliàs etiam frictione miteſcit. Per horæ autem ſpatium vix affligit; experimúrque hanc ſpeciem ſpaſmi frequenter in cruribus, aliàs in manuum pedúmque digitis. Nonnullis tamen ita arctè ex hac cauſa contrahuntur crura, brachiáque, & ſubinde etiam manus, vt vix magnis viribus ab aſtantibus exporrigi poſſint, priuſquam acceſſio finiatur.

PARS AFFECTA. Aliquando afficitur hîc cerebrum primariò, túncque concurrit conuulſio faciei cum toto corpore, nulláque affectio præcedit. Sæpius verò accidit conuulſio muſculis determinatæ partis, vnde partes affectæ muſculum affectum oſtendunt; ſemper enim affectio referri debet ad muſculum aut neruum qui author eſt iſtius motus qui iam lẹſus eſt in parte aliqua. Muſculis enim eſt proprium motionis inſtrumentum, qui ſi præter voluntatem ad ſuum principium contrahatur, læſus meritò dicitur; vt in oculi ſpaſmo, qui ſtrabiſmus dicitur, muſculi ipſum mouentes conuelluntur, ſicque de cæteris partibus; in omnibus enim huiuſmodi malis ſemper muſculus vnus, aliquãdo etiam

Digitized by Google

etiam plures ad sua ipsorum principia contrahuntur, partemque cui inseruntur secum adducunt, motuque priuant, ita vt aut recta videatur, aut inflexa aut contorta. Si labra conuellantur, musculus latus affectus, est, ex quo labiorum musculi oriuntur. Idem de aliis corporis partibus dicendum.

SIGNA. In omni neruorum distentione dolor plerumque concurrit vehementissimus, qui vires immodicè consumere potest, si persistat. Pars affecta sic versus suam originem attrahitur, mediantibus neruis musculisque; idque præter voluntatem, vt ad pristinum habitum reduci non possit. Dum autem partes omnes capiti subiectæ conuelluntur, contingit præter dicta, corpus aut nullo modo inflecti posse, aut in priora ita detorqueri, vt caput scapulis quasi comittatur. Facies rubore perfunditur doloreque molestatur. Ex oculis lacrymæ fluunt, qui etiam distorquentur, os ipsum vix aperiri potest. Dorsum, maxillæ, manus atque crura rigent. Hinc vbi malum incrementum sumit, dolorum magnitudine ita excarnificatur æger, vt è lecto exiliat pollicem pugno concludens, clamoribus vociferatur, quasique mente sit captus magnas profundit nugas, tandem etiam potum aliquando per nares reiicit.

CAVSA efficiens est aut repletio aut inanitio. Repletio autem fit vel à sanguine; tuncque accidit conuulsio repẽte etiam in corpore sano, præcesit vita otiosa, crapula, temulentia. Fit etiam simili ratione ab humore pituitoso, qui se vti sanguis in neruorum musculorumque substantiã insinuat; sic enim contingit ipsos aliquando intumescere & dilatari secundũ profunditatem atque latitudinem, & secundum longitudinem necessariò contrahuntur, sicque spasmum efficiunt. Dum verò pituitosus humor solidã substantiam ita penetrat vt non intumescat membrum, sed potiùs relaxetur ob madorẽ, tũc paralysis, vt antè diximus, fit. Diuersa itaque ratione & spasmum & paralysim humor pitui-

tosus efficere potest. Fit etiam ab apostemate, necnon ex suppressione alicuius vacuationis consuetæ. Aliquando etiam à vaporibus fit crassis, túncque vt subitò oritur, sic facilè etiam desinit. Inanitio quoque seu siccitas nerui, frequenter spasmi causa est, túncque longiori gignitur tempore, præcessitque labor vel vigilia immodica, febris ardens, fames, solicitudo, sudor immodicus, vomitus, alui deiectio, sanguinis immodicum profluuium, nimius coitus, inflammatio ardorque magnus partium neruosarum. Ex istis enim causis contingit corpus subinde, & etiam ipsos neruos ita exiccari proprio neruorum humido radicali exhausto, vt propterea haud secus atque coria iuxta ignem posita siccescant, ac in se contrahantur.

PROGNOSTICA. Conuulsio ex vulnere vti ex elleboro, lethalis est. Insanabile quoque malum ferè est si ex inanitione fiat, imò omnium pessima est conuulsio talis, solumque laborabimus ne fiat, causam auferendo. Difficulter quoque curabitur, si febris ardentis occasione enata sit, vnde febrem conuulsioni superuenire melius est, quàm febri conuulsionem; qui enim à conuulsione vel neruorum distentione tenetur, febre superueniente liberatur. Quicumque tetano corripiuntur, in quatuor diebus pereunt; si verò hos euaserint, sani fiunt. Sæpe nimiis doloribus excarnificatus æger, furibundo similis redditur: si tunc etiam vocis vsum amittat, viribusque destituatur, sudoribusque dissoluatur, potúmque per nares reiiciat, mortiferum est.

Metho-

Methodus pro Curatione

SPASMI INSERVIENS.

Perficitur autem subsequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr sit calidus & siccus.

Cibus. Conuenit cremor ptisanæ, ouum sorbile, caro caponum, gallinarum, pullorum; asseq autem potiùs sint quàm elixæ. Inter olera, maiorana, saluia, serpyllum, hyssopus. Inter fructus conueniunt amygdala, vuæ passæ.

Potus. A vini potu in principio mali abstineat; cuius loco bibat aquam mulsam, in qua nonnihil saluiæ aut cinnamomi decoctum sit.

Motus vitandus, quiésque imperanda. frictiones interim vertebrarum fiant atque colli.

Somnus sit mediocris.

Excrementa alui quotidie respondeant.

Animi perturbationes fugiendæ.

VACVANTIBVS.

Diaturbith cum rhabarbaro.

Hiera logodij, diaphœnicum,

Agaricus trochiscatus,

Infusum agarici.

Pillulæ cocciæ, fœtidę, de sagapeno, de opopanace. quibus castorei nonnihil addemus.

Venæ sectio ipsius medianæ præscribatur, si à sanguine conuulsio fiat, satisque tunc liberè educat: partitis tamen id fiat vicibus, eò quòd vires ratione morbi hîc admodùm resoluantur; feces alui tamen antè enemate leni emolliantur.

Digitized by Google

Præparantibus medicamentis vix vti conceditur, eò quòd peracutus sit morbus, non dans inducias, cùm vires breui temporis spatio omnino prosternantur, eáque ratione medicamentis purgantibus clementioribus vtemur à principio, etiamsi materia non sit concocta. Morbus autem periculum si non minetur, tunc vti licebit præparantibus medicamentis in paralysi dictis.

AVERTENTIBVS.

Clysteres ex decocto seminum fœniculi, anisi, radicum pæoniæ, saluiæ, betonicæ, maioranæ, hyssopi, pulegij, camomillæ, roristmarini, oleo communi addito.

Sternutamentum cientia.

Nasalia.

Masticatoria.

Gargarismata.

Frictiones cum pannis calentibus plurimùm prosunt, & potissimùm si à flatibus fiat.

Cucurbitulæ cum scarificatione musculorum principio aut medio, non fini apponentur, purgato corpore, morbóque progresso & cùm materia iam fluere desierit.

Vniuersum corpus hîc optimè purgandum erit, antequam ad præsentium vsum deueniamus.

MITIGANTIBVS *dolorem qui plerúmque intolerabilis est.*

Balneum ex decoctione seminum lini, fœnugræci, maluæ, althææ, camomillæ, saluiæ, betonicæ, stœchados, capitum veruecum aut vulpium, cui addetur olei vulpini bona quantitas; non diu tamen permittantur in balneo, eò quòd vires multùm resoluat, & propterea redeuntibus doloribus balneum rursus intret; aut si vires non admittant balneum, irrigationes fiant partium laborantium ex materia iam dicta.

Sacculus sale torrefacto refertus, plurimùm si neruis affectis

fectis apponatur, in doloris mitigatione valet.

Fotus fiat ceruicis partiumque vicinarum, cum lana in oleo emolliente tepido immersa, aut camomelino, vt natiuus partis calor conseruetur.

Vesica oleo tepente ex dimidio impleta, parti superponetur; natiuum enim calorem conseruat; simili enim calore natiuus noster calor gaudet.

Oleum liliorum, vulpinum, cyprinum.

Vnguentum ex oleo lumbricorum, ligni guaiaci, terebinthinæ, liliorum, camomillę, medulla cruris vaccę, axungia humana. Eo post exitum balnei vngetur tota ceruix & vertebræ dorsi. Si verò ab inanitione fiat post exitum balnei dulcis aquę atque tepidę, vngentur dictæ partes oleo rosaceo, violaceo, ne humiditas balneo acquisita exspiret.

Cataplasma ex lumbricis terrestribus, oleo vulpino.

Cùm sæpè dolor intolerabilis in hoc malo concurrat, statim confugiendum erit ad præsentium medicamentorum vsum, quæ emollire possunt vehementem neruorum contractionem. Nulla autem ratione admittemus ea quæ astringere possunt, siue linimenta siue fomenta fuerint, cùm morbus ex iis incrementum potiùs sumat quàm leuamen.

CORROBORANTIBVS, *reliquiásque digerentibus.*

Theriaca, confectio anacardina.

Mithridatum semel in septimana.

Conserua magna nostræ descriptionis nobile est in omnibus spasmi speciebus medicamentum.

Diacorum, diamuscum dulce.

Acorus conditus. Castoreum cum mulsa præstans est hîc quoque medicamentum.

Opopanax.

Syrupus de calamintha.

Aqua cardui benedicti data in potu plurimùm iuuat.

Vnguentum ex oleo vulpino, liliorum, bdellio adipe gallinæ, axungia humana, anseris, pinguedine ca-

Digitized by Google

tuli, oleo philoſophorum, de euphorbio, de piperibus.

Catuli viui per medium ſecti, vel

Pulmones è viuis animalibus exempti, parti diſtentæ circumponantur quamdiu calebunt poſt vnctiones prædictas; maximo enim id fiet cum commodo.

Pelles felium, vulpium, veruecum, lupulorum, quibus partes conuulſæ veſtiri debẽt mox ab vnctione conuenienti; quæ poſtquam refrixerint, iterum in oleo calente immergendę ſunt vt recaleſcant, iterumque ſuperponi poſſint.

Vnguentum ex oleo terebinthino, amygdalino, liliorum, de caſtoreo, guaiaci.

Succus malorum ſilueſtrium, locis affectis accommodatus debitè.

Suffitus ſub papilione fiant ex decocto materiarum proclyſteri inſeruientium, ignitíque lapides coctiles iniiciantur in cacabum ſub papilione ita compoſitum, vt calor vapórque non exſpirent.

Balnea naturalia, ſulfurea, ſalſa aut aluminoſa. hiſce ſi deſtituamur, arte fiant ex ſulfure, ſale, alumine, aut ex ſaluia, betonica, malua, hypericone, foliis lauri, abſinthio, ruta, abrotano, maiorana, pulegio, meliloto, camomilla, radicibus liliorum, ireos, ſemine lini, fœnugræci. Plurimùm ſæpe profuere huiuſmodi balnea poſt diligentem corporis purgationem, cùm ab omnibus partibus æqualiter reliquias reſoluant, bis térve autem in die illis vtetur.

Cucurbitulæ conuenient tandem cum ſcarificatione collo occipitíque applicatæ; à quibus abſtinendum quamdiu cacochymia corporíſque plenitudo affuerit; periculum enim eſt ne maior excrementorum copia in partem diſtentam illabatur.

THEO-

Digitized by Google

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAMENTA *nobilia in* SPASMO, *sæpius cum summa salute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruel experta.*

CVRATIO SPASMI.

℞ radicum liliorum alborum ʒ j. aristolochiæ rotundæ ʒ iij. foliorum saluiæ, betonicæ ana m. j. ß. florum cardui benedicti, camomillæ, mercurialis, centaurei minoris ana m. j. furfuris m. ij. agarici albi & leuis ʒß. coquantur in aqua q. s. ad ℔ j. ß. colaturæ addantur sp. hieræ picræ simplicis ʒ j. ß. benedictę laxatiuæ ʒ j. mellis rosati ʒ j. olei liliorum alborum ʒ iij. salis parum; fiat *Clysture*. Omnium primò tamen ex decocto hordei, liliorum, foliorum maluæ, althęę, seminum lini, fœnugræci, oleo liliaceo communi; fiat *Enema* emolliens.

℞ syrupi de calamintha ʒ ij. oxymellis squillitici, syrupi de hyssopo, stœchade ana ʒ ß. aquarum cardui benedicti ʒ vj. decoctionis cicerum, betonicę, cardui benedicti ℔ ß. fiat *Iuleb*.

℞ florum anthos, stœchados, foliorum saluię, betonicę, origani ana m. j. hyssopi m. j. ß. fiat decoctio in aqua q. s. ad tertię partis consumptionem; colatura iterum coquatur cum mellis sufficienti quantitate ad syrupi consistentiam: detur ʒ j. ß. cum decocti foliorum saluię, betonicæ, cardui benedicti ʒ iij.

℞ cassię recenter extractę ʒ j. terebinthinę ʒ ß. nucis muscatę ∋ j. fiat *Bolus*.

℞ theriacæ veteris ʒ j. castorei ∋ j. ß. olei amygdalarum dulcium, liliorum alborum ana ʒ j. misceantur; fiat *Hausstus*: detur tempore matutino.

℞ conseruę acori ʒ iij. granorum iuniperi ʒ j. ß. castorei, assę fœtidę ana ∋ j. ß. syrupi de calamintha, stœchados ana q. s. fiat *Electuarium*.

Digitized by Google

℞ conſeruę anthos, betonicæ ana ʒ vj. confectionis anacardinæ ʒ ij. diamuſci dulcis ʒ iij. mithridati optimi ʒ j. ß. caſtorei ℈ ij. ſyrupi ſtœchados q. ſ. fiat *Mixtura.*

℞ nucis muſcatę, maceris ana ʒ j. pyrethri, ſeminum ſtaphiſagriæ ana ʒ j. ß. maſtiches ʒ ij. acori conditi, zinziberis conditi ana ℈ ij. ß. ſucci betæ q. ſ. fiant *Paſtilli manſiles.*

℞ betonicæ ʒ j. ſeminis naſturtij, erucæ ana ʒ ij. ſeminis raphani ʒ j. ß. coquantur ad tertias; decocti colati ſumantur ʒ v. oxymellis ſquillitici, olei liliorum alborum ana ʒ j. ß. miſceantur; fiat *Potus* vomitum prouocans: detur à comeſtione.

℞ foliorum ſaluiæ, rutæ ana m. iij. ſeminum fœnugræci ℔ ß. olei communis & aquæ q. ſ. fiat *Fomentatio.*

℔ radicum maluę, liliorum, narciſſi ana ʒ vj. foliorum ſaluię m. iij. abſinthij, origani ana m. ij. florum camomillæ, meliloti, ſtœchados ana m. ij. ß. ſeminum lini, fœnugræci ana ℔ j. coquantur in aqua q. ſ. pro balneo in mali principio; demùm addatur olei liliorum aut communis ℔ j. Eo ter aut quater in die vtatur. Cum prædictis quoque magno cum commodo vulpes coqui poterit.

℞ olei nucis muſcatæ ʒ ij. terebinthinæ, liliorum, nardini ana ʒ ß. caſtorei, vermium terreſtrium, hypericonis ana ʒ ij. fiat *Vnguentum.*

℞ olei liliorum alborum, terebinthinæ ana ʒ j. ß. itini ʒ iij. axungiæ vulpis, humanæ, vnguenti Agrippę ana ʒ ß. fiat *Linimentum*; eo molliter poſterior pars capitis, nucha nimirum, ac tota ſpina dorſi, parſque ſpaſmatica iniungenda erit atque fouenda, lanáque iis immerſa erit contegenda.

℞ florum roriſmarini, ſtœchados, ſerpilli, ſampſuchi, hyſſopi ana m. j. maceris, cinnamomi, nucis muſcatæ, caryophyllorum ana ʒ ß. caſtorei ℈ j. coquantur in oleo liliorum, irino; fiat *Vnguentum*, quo vtetur

Digitized by Google

tur à balneo; hinc lana ſuccida inuoluantur partes vnctæ.

℞ ſalis torrefacti adhuc calentis, furfuris frixi, florum camomillæ ana m. j. ſeminum lini ʒ iij. miſceantur, fiat *Sacculus*.

℞ artemiſię, rutę, camomillæ ana m. ſs. nucis muſcatę, granorum iuniperi ana ℈ ij. coquantur in oleo communi q.ſ. addendo farinam ſeminum lini, fœnigręci ana ʒ ij. hordei ʒ j. galbani ʒ ij. mellis, terebinthinę ana q.ſ. fiat *Cataplaſma*.

Ab inanitione ſi fiat: ℞ conſeruæ bugloſſę, violarum ana ʒ j. manus Chriſti ʒ ſs. diamargariti frigidi ʒ v. nucleorum pini ʒ ſs. ſyrupi ſtœchados q.ſ. fiat *Electuarium* molle. Clyſtere fiat ex decocto caponis, foliorum violarum, maluæ, hordei, capitum agnorum, veruecum; addantúrque olei violarum vnciæ tres.

℞ foliorum maluæ m. iiij. capita quatuor aut quinque veruecum, coquantur aliquandiu in ſufficienti quantitate aquæ, addendo lactis recenter mulcti ℔. vij. butyri non ſaliti ℔. ij. fiat *Balneum*.

℞ olei violacei ʒ iij. liliorum ʒ ij. amygdalorum dulcium, maſtichini, roſacei ana ʒ j. Spinalis medulla eo inungatur vnguento atque locus affectus. Aut totum etiam corpus inungi eo poterit poſt exitum balnei, poſtquam autem vnctæ fuerint partes, pelle vulpina veſtientur.

APPENDIX
ad prædicta pro curatione SPASMI inſeruiens.

A repletione frigidorũ potiſſimùm humorum dum fiat ſpaſmus, primò clyſterio aluum ſoluemus, deinde clementioribus medicamentis humores præparabimus, modò malum inducias admittat. Hos demum euacuabimus, hinc quæ auertere, necnon

Digitized by Google

euacuare è parte affecta humores possunt, præscribantur; vti sunt frictiones, ligaturæ cucurbitulæ, sternutatoria medicamenta, gargarismata, clysteres, apophlegmatismi. Postremò quæ reliquias dissoluere, partésque neruosas corroborare possunt, ex vsu erunt; siue intrò sumantur, siue extrinsecus adhibeantur. Quæ omnia nunc anteàque dictis medicamentis felicissimo cum successu consequi poterimus, modò vniuersalia particularibus debita ratione accommodentur. Obseruandum autem est in hoc malo, vt vnguenta, emplastra, cataplasmata, aliaque quæ extrinsecus admouentur, in principio sint moderatè calida, hincque paulatim calidiora admittentur, vt est castorium. Præterea vnà quoque emolliant, digerant, resoluant oportet. A flatibus si fiat, cum pannis calentibus partes fricentur placidè. Si fiat à venenosorum animalium morsibus conuulsio, contundatur scabiosa, cui theriacæ aliquid cum oui vitello permisceatur, partique affectæ superponatur. A punctura verò nerui si fiat, cùm plerumque dolor validissimus concurrat, oleo rosato aliquid terebinthinæ permisceatur, neruóque læso accommodetur, dolorem enim mirè compescit. Aut in oleo terebinthinæ aut lumbricorum terræ lumbrici incoquantur, ex quibus tam fotus, quàm cataplasma fiet efficacissimum.

Methodus pro Cognitione

APOPLEXIÆ INSERVIENS.

APOPLEXIA est totius corporis, sensus & motus priuatio cum principis animę functionum noxa. Nomen habet inditum à maximo symptomate quod in hoc malo accidit. Morbus attonitus vocari potest, eò quòd vnà cum corpore etiam mens stupeat: periculosissimumque est malum, à quo perpauci liberantur; aut etiam si superuiuant, in paralysim tamen frequenter transeunt.

Digitized by Google

tranſeunt,túncque mens ipſa reſtituitur homini. Affectionis autem ſeu periculi magnitudinem metiemur commodiſſimè ex anhelitus magnitudine. anhelitus enim inter omnes animales functiones maximè neceſſarius eſt;vita equidé aufertur, vbi ille omnino ablatus fuerit; in apoplexia enim & in omnibus aliis ſimilibus affectibus licet ſenſus motúſque auferatur, ſola tamen reſpiratio ſeruatur, contingitque apoplecticos mori,eò quòd reſpirare non poſſint. Periculoſiſſimam itaque dicimus eſſe apoplexiam, maximámque in cerebro eſſe noxam, cùm ægrum ſpirare non percipimus; omnino enim aliquando mortuo eſt apoplecticus ſimilis,túncque an adhuc viuat ſignis à reſpiratione ſumptis eſt perquirendum; quod fieri commodè poterit, ſi vaſculum aliquod aqua impleatur,pectoriqueſuperponatur; ex motu equidem aquę certum vitę erit indicium,cùm hominem adhuc reſpirare nobis ſignificare poſſit; reſpiratio enim à vita ſeparari non poteſt,quemadmodum nec vita à reſpiratione. Idem lana molliter carpta, aut ſpeculo terſo,aut candela cerea ardente addiſci poterit, ſi ori admoueantur; ſi enim viuat, continget flammam nonnihil moueri,ſpeculúmque caligine obduci. Dum autem ſpiritus omnino intermittitur, aut cùm eos ſpirare percipimus magna interim violentia, illos magno morbo & graui, fortique apoplexia laborare dicimus. Qui autem ſpiritum ducunt, prioribus minus violenter,etiam ſi inæqualiter inordinatéque id fiat, non ita fortiter tamen laborant,mitioriqueapoplexia affliguntur;atq. in hac aliquando ſenſus eſt,ſubindeetiam motus,ſed multũ ſtupidus,vt paralyſis alterius partis plerúmque etiam relinquatur. Affine multum hoc malum eſt cum præfocatione forti vteri, vti ex eius tractu facilè conſtat;differt tamen ab eo malo,eò quòd in apoplexia ſemper ferè ſpiritus difficulter trahitur,in vteri verò ſtrangulatu reſpiratio ſatis facilis liberáque ſit.

PARS AFFECTA. Cerebrum quod eſt neruorum principium, in hoc malo oblæſum eſſe conſtat, eò

Digitized by Google

quòd præter ſenſibiles & motrices animæ functiones, ipſæ etiam principes animæ facultates lædantur, quarum fons ac commune principium ipſum eſt cerebrum. Ipſis ergo omnibus oblæſis facultatibus, neceſſariò & cerebrum oblæſum erit. Potiſſimùm autem in ipſius cerebri ventriculis præcipuis impedimentum erit, potiùs quàm cerebri corpore, eò quòd ſubitanea eius eſt generatio. Eſt autem apoplexia ſymptoma pertinens ad actionem læſam omnium functionum, cùm ſenſus, motus, principéſque functiones non tantùm minuantur, ſed auferantur. Sequitur autem morbum in via, conſtipationem nimirum aut aſtrictionem aut obſtructionem ventriculorum cerebri.

SIGNA. In apoplexia non fortiſſima ſubitus fit in terram lapſus cum clamore, tantáque mox oritur ſpiritus difficultas, vt ſenſum quaſi effugiat, iaceátque vt ſuffocatus æger, pectore ita ſe habente, ac ſi vinculo ligatum attolli prohiberetur. Subitò quoque animales actiones è medio tolluntur, fitque motus ac ſenſus priuatio, ita vt etiam rectrix anima quaſi extincta videatur: dormientium inſtar eorum oculi occludantur, ſoláque reſpiratione à mortuis diſſident; quæ mox etiam admodum fit difficilis, vti diximus. Capitis dolor ſubitò adueniens, vertigo, extremarum partium totiúſque corporis frigus apoplexiam ſæpe præcedunt, validiſſima tamen apoplexia ſubitò inuadit nullis præcurrentibus ſignis prædictis.

CAVSA. Frenquetiſſimè à pituita lenta, craſſa, frigidáque excitatur apoplexia; ab ea enim contingit cerebri ventriculos arteriáſque retis admirabilis, per quas ſpiritus ex corde in cerebri ventriculos influunt, impleri affatim, vnde ſpiritus ipſi, facultatéſque animales etiam impediuntur ne in ſenſuum motuúmque inſtrumenta diffundantur, vnde contingit ſenſu motúque hominem priuari. Ob ſimilem cauſam quoque malum iſtud à cruditatibus, crebriſque ebrietatibus, à vini generoſioris plurimo vſu, ab aëre ambiente admodum frigido,

gido, à victus ratione quoque frigida excitatur. Rursus casus, capitisque ictus, humorum fluxus promouet ad ipsum cerebrum; qui si principaliores ventriculos cerebri impleant, apoplexiam excitant; contingit aliquando copiam prædictorum humorum esse minorem quàm vt fortem apoplexiam excitare possit. Concidunt quoque nonnulli apoplecticorum morte ex obstructione leui, quæ fit subinde à vaporibus crassis, aut ab humoribus paucis impactis in cerebri ventriculis.

PROGNOSTICA. Apoplexiæ exponuntur crapulæ addicti maximéque senes, item qui frequenter grauisopore tentatur, corporisque pigritia magna corripiuntur, ex quibus frequenter tenebræ oculis offunduntur, qui breuẽ anguſtámque habent ceruicẽ. Morbus attonitus si magnus fuerit, vix sanatur, vnde remedia non sunt adhibenda, cùm suapte natura exitialis sit. debilis autem difficulter sanatur. Quamuis autem perpauci ab hoc malo liberantur, ij tamen qui periculum mortis effugiunt, in diuturnum plerumque morbum incidunt, paralysim nimirum aliquarum partium, subinde etiam totius corporis, aut memoriæ iacturam faciunt: senes autem potissimùm si temperamento pituitosiores, modóque simili victus ratione vsi fuerint, huic morbo maxime obnoxij sunt, pauciſſimique euadunt, propter morbi magnitudinem ætatisque grauamen. Dum hieme perfrigidi venti spirant, densæque nebulæ cælum obsident, hic morbus potissimùm insultare solet. Fortiter sternutamentum prouocantibus si æger non sternutet, neque impressionem sentiat, mortale.

Digitized by Google

Methodus pro curatione

APOPLEXIÆ DEBILIS INSERVIENS.

Perficitur autem subsequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AER sit calidus.

Cibus, vbi malum remiserit nonnihil, conuenit paucus, sit calidus, concoctu facilis, & qui facilè quoque distribuatur; vt sunt pulli, gallinæ, capi. Poterunt alimenta condiri cum saluia, thymo, hyssopo, toremarimo, maiorana.

Potus, aqua mulsa. A vino abstineat.

Exercitij loco frictiones validæ, extremarúmque partium ligaturæ fiant, cucurbitulæque humeris affigantur, commodè quoque pensili lecto gestabuntur, aut curriculo vehentur: balneum quoque post duas aut tres septimanas conuenit.

VACVANTIBVS.

Electuarium Indum maius, diaphœnicum.

Trochisci de agarico, alhandal.

Pillulæ fœtidæ, cocciæ, de fumo terræ, Arabicæ, de lapide lazuli, de euphorbio.

Hiera diacolocynthidos, picra, logodij, pacchij.

Vomitoriis medicamentis in morbi progressu vtetur commodiùs quàm in principio.

Clysteria.

Venæ sectio fiat in corpore plethorico, cùm meliùs nonnihil spirabit, & postquam clysteri aluus soluta fuerit, ipsius cephalicæ in vtroq; brachio, non vnica autẽ vice, sed sensim educatur sanguis, repetendo venæ se-

Digitized by Google

næ ſectionem ſi prima vice non ſatis euacuaueris.

Si paululum ad ſe redeat æger, & loqui incipiat, viréſque recolligat, iſtis purgantibus vtemur medicamentis. A mitioribus autem clyſteribus primùm auſpicabimur. Præparantibus autem medicamentis hic non vtemur, eò quòd morbus non dat inducias; verſus declinationem tamen præſcribi poterunt.

AVERTENTIBVS.

Clyſtere ex betonica, ſaluia, roremarino, ſtœchade, hyſſopo, foliis lauri, maioranæ, ruta, centaurea minori, pulegio, ſeminibus fœniculi, aniſi, colocynthide, hiera diacolocynthidos, hiera picra, logodij, polypodio, ſena, ſale, oleo rutaceo, laurino, camomelino.

Venæ ſectio.

Suppoſitorio aluus ſubducatur interea temporis quo clyſtere paratur, quo etiam vtetur ſi clyſtere non reiiciatur, ex hiera Galeni, logodij, agarico, elleboro.

Ligaturæ dolorificæ arctiſſimæque fiant partium extremarum, vt facultas conſopita excitetur, vtque horum dolorum vehementia natura irritata expellantur ea quæ parant obſtructionem in cerebro.

Frictiones duræ multæque cum linteolo aſperiori, necnon corporis agitationes concuſſionéſque fiant validæ circa collum, vbi arteriarum venarúmque congeries eſt. Vniuerſũ etiã agitabitur corpus, cùm aliquid ſubinde cõcidãt apoplecticorũ more, propter obſtructiones leues; túncque ſperandũ eſt, quòd hę obſtructiones potiſſimũ leues, ex corporis ipſius agitationibus diſcutiẽtur, naturaliſq. vis excitabitur. ſáguisquoq. atque humores fundẽtur, cõgelarique prohibebũtur.

Pilorum vellicatio fiet tum barbæ tum pubis.

Cucurbitulę quoque lumbis, ſcapulis, natibus, venis iugularibus, inferioribúſque partibus, hypochõdriis exceptis (ne muſculis abdominis impedimẽto ſimus, qui reſpirationi inſeruiunt) applicentur, aliquando leues, ſubinde etiam cũ ſcarificatione, modò venæ ſectionẽ vires non patiantur, aut venæ ita lateant, vt admini-

ſtrari non poſſit. Maiori autem cum commodo iugularibus affigẽtur venis,eò quòd maioribus viribus auertantibi hærétes quã aliis locis dictis,ſi apponãtur.
Sanguiſugæ dictis quoque locis,necnon hæmorrhoidibus apponentur etiam cum ſcarificatione.
Errhina,gargariſmata.
Sternutamentum ſcientia ex caſtoreo,pipere,elleboro, euphorbio,quod potentiſſimè ſternutamentum mouet, pérque nares cerebrum purgat: non admittendum tamen antequam bene purgatum erit corpus.
Apophleſgmatiſmus ex pipere, pyrethro, caſtoreo per palatum materiam obſtruentem viſcoſam educit. Palatum autem, reliquáſque oris partes internas digitis fricabimus pul.prædicto.
Sinapiſmus ex ſinapio, ficubus decoctis in aqua ad formam emplaſtri.

EXCITANTIBVS *cerebri vim ſopitam.*

Odoramentum ex galbano,caſtoreo,opopanace.
Vnguentum ex dictorum materia.
Sartago candens capiti à longè applicetur,prius autem capilli abradantur. calor enim ſic capiti conciliatur, humores craſſi imminuuntur,& in vapores vertuntur.
Sinapi comminutum ſaliq́ue permixtum & in aqua vitæ maceratum,ori iniiciatur,naribúſque illinatur.

CORROBORANTIBVS, *intemperiémque cerebri emendantibus.*

Aurea Alexandrina,anacardina confectio,theriaca,mithridatum,diamuſcum dulce.
Diacorum,diambra,acorus conditus.
Conſerua betonicæ,maioranæ,acori,ſaluiæ.
Aqua vitæ,in qua prædictorum nonnulla macerari poterunt,aut nux muſcata, caſtoreum, radix acori,ſaluia,maſtix aut propinentur cum aqua vitæ.
Caſtoreum magnarum eſt virium in hoc malo.
Irrigatio lotióque fiat capitis raſi ex oleo aut aqua, in qua decocta ſint flores ſtœchados,folia origani,lauri, roriſmarini,ſaluię,camomillę,meliloti,pulegij,ſaturegiæ,nux muſcata,ruta Empla-

Emplaſtrum veſicatorium rubificans ex oleo euphorbij, caſtorei, ſinapio, ſagapeno, euphorbio, caſtoreo.

Vnguentum cum oleo caſtorei, aqua vitæ.

Vnguentum ex oleo liliorum, irino, nardino, rutæ, ſpicę, nuce muſcata, euphorbio, caſtoreo, pipere, ſinapio, pyrethro, aceto, cera, ſitque raſum caput.

Balneum tandem conuenit poſt tres ſeptimanas.

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAMENTA *nobilia in* APOPLEXIA *cum ſumma ſalute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruel experta.*

CVRATIO APOPLEXIAE.

℞ radicum angelicæ ʒ vj. ſaluiæ, rutæ, mercurialis, betonicæ, hyſſopi, ana m. j. florum ſtœchados, centaurei minoris ana p. j. ſeminum aniſi, vrticæ, cumini, fœniculi, lauri ana ʒ iiij. agarici albi & leuis ʒ ß. colocynthidos ʒ ij ß. fiat decoctio in ſufficienti quantitate aquæ ad ℔ j ß colaturæ addatur hiera logodij, diacolocynthid. ana ʒ j. ß. benedictæ laxatiuę, diaturbith cum rhabarb. ana ʒ iiij. opopanacis ʒ ij. mellis roſati ʒ ij. olei de caſtoreo, laurini ana ʒ j. ſs. ſalis ʒ ij ſs. fiat *Enema*; quo paulatim & per interualla vacuabimus humores è toto corpore, donec pharmacum ſolutiuum per os ſumere poterit. Hoc autem clyſterio vti poterimus, ſi ſummum impendere periculum videatur; alioqui præſtat prima vice omittere colocynthidem, necnon hieram diacolocynthid. Tertia verò vice aſſignatum iniicietur enema: poſtquam equidem prima corporis regio inanita fuerit ex parte, tunc attrahere licebit à partibus ſuperioribus validioribus medicamentis. bis autem aut ter iniici licebit lene clyſiſtere, vt fiat euacuatio auerſióque.

Digitized by Google

℞ nucis muſcatę ʒ j. ellebori albi, pyrethri, caſtorei ana ℈ j. nigellę, piperis albi ana ʒ j. fiat *Puluis ſternutatorius*, inſumetur in nares pauxillum eius calamo.

℞ oxymellis ſquillitici, decoctionis raphani ana ʒ iij. olei liliorum ʒ ij. fiat *Vomitorium medicamentum.* aut ſic:

℞ radicum aſari ʒ j. ſ. radicum raphani ʒ j. coquantur in aqua communi q. ſ. ad medietatis conſumptionem; huius colaturę ʒ vj. addantur oxymellis ſquillitici ʒ ij. ſ. olei liliorum alborum ʒ ij. fiat *Vomitorium medicamentum.*

℞ mithridati ʒ ij. theriacæ antiquæ, confectionis anacardinæ ana ʒ j. ſ. caſtorei ℈ ſ. aquæ vitæ in qua infuſa fuit nux muſcata, ſaluia ʒ j. oxymellis ſquillitici ʒ ij. aut decocti nucis muſcatæ, acori ʒ ij. fiat *Hauſtus.*

℞ hieræ logodij, hierę diacolocynthidos ana ʒ j. caſtore ℈ ſ. theriacę veteris ℈ ij. decocti ſaluiæ, roriſmarini, calendulę, betonicę, centaurei minoris q. ſ. fiat *Potus:* detur poſtquam clyſterio leuatus erit; ſyphone autem poterit dimitti iugulam. Si clyſtere non reddatur tempore expectato;

℞ hierę logodij ʒ j. colocynthidos ʒ ſ. ſalis gemmę, caſtorei ana ʒ j. mellis cocti & concreti q. ſ. fiat *Suppoſitorium* longum; filóque alligatum immittatur, aut,

℞ ellebori nigri, hierę diacolocynthidos ana ℈ j. ſ. ſalis communis ℈ ſ. mellis cocti & concreti q. ſ. fiat *Suppoſitorium.*

℞ mithridati, theriachæ magnę ana ℈ ij. hieræ diacolocynthidos ʒ ij. caſtorei ʒ j. vini generoſi ʒ iiij. fiat *Potus.*

℞ pillularum de agarico Meſuę, de euphorbio ana ℈ j. cochiarum ℈ j. ſ. caſtorei ℈ j. diagrid. gr. iij. decocti ſaluiæ, nucis muſcatę, betonicę, angelicę, ʒ iij. aquę vitæ ʒ j. fiat *Hauſtus.*

℞ pillularum fœtidarum, cochiarum turearum ana ℈ j.

Digitized by Google

℈ j. diagrid. gr. v. caſtorei ℈ j. fiant *Pillulæ*, quæ dum deglutire poteſt imperabuntur, alioqui prędicto modo ſoluantur.

℞ hyſſopi, ſaluiæ, ana m. j. ſſ. florum roriſmarini m.iij. nucis muſcatæ ʒ j. ſſ. in aquæ vitæ ℔ ſſ. macerentur viginti quatuor horis aqua calente, hinc coletur abiectíſque prioribus noua imponantur, dictóque modo aqua calente macerentur, idque aliquoties repetatur, fiátque *Potus* præſtans atque generoſus.

℞ conſeruę betonicę, maioranę, acori ana ℥ j. confectionis anacardinę ʒ vj. diamuſci dulcis, diambrę ana ʒ ij. ſſ. mithridati electiſſimi, theriacæ veteris ana ʒ iij. ſſ. nucis muſcatę, zinziberis ana ʒ j. ſyrupi ſtœchados q. ſ. fiat *Conditum* in forma opiati; poſt horam ſi bibat hauſtum decocti hyſſopi, multum proderit.

℞ foliorum lauri, hyſſopi, ſaluię, betonicæ, roriſmarini ana m. ij. florum camomillę, meliloti, ſtœchados, betonicę, calaminthę, maioranę, ana m. j. coquantur in æquali quantitate aquę & vini ad tertiæ partis conſumptionem; fiat *Embrocha*; qua caput irroretur atque madefiat mediante ſpongia, ab alto decidente liquore.

℞ radicum liliorum alborum ℥ ij. florum camomillę, meliloti ana m. j. ſſ. foliorum maioranæ, pulegij, meliſſę, rutę, origani ana m. j. ſemin. aniſi ℥ j. coquantur in aqua q. ſ. ad tertię partis conſumptionem; fiat *Fomentatio* pro capite. Prędictis ſi addatur olei rutacei ℥ j. olei liliorum alborum q. ſ. poterit fieri *Cataplaſma* quod capiti accommodabitur.

℞ olei nardini, petrolei ana ℥ j. caſtorei ʒ ij. euphorbij ʒ ſſ. fiat *Vnguentum*, quo caput abraſum vngatur.

℞ olei lateritii, de caſtoreo, laurini, iuniperi ana ℥ ſſ. in his diſſoluatur euphorbij ℈ ſſ. ceræ & aceti parum, fiat *Vnguentum* molle pro capite ſpinalique medulla, ciuſque potiſſimùm principio. Interiora

Digitized by Google

rò narium vngantur oleo nardino rutaceóque ; in quibus aliquid caſtorei nuciſque muſcatæ diſſolutum ſit.

℞ olei nucis muſcatę, nardini ana ʒ ij. rutacei ʒ j. de caſtoreo ʒ vj. fiat *Linimentum* molle cum pauca cera, quo tota ſpina dorſi inungatur, incipiendo ab eius principio ; hinc inſpergatur puluis ex radice pyrethri, ſeminibus ſinapi, ſtaphiſagriæ, euphorbij, caſtorei. os aperiatur, & palatum linguáque confricetur cum mithridato, confectione anacardina, theriaca veteri, aut confectionis anacardinę ʒ j. ſs. in ore ponatur ægroti.

℞ olei liliorum alborum ʒ ij. caſtorei ʒ ſs. euphorbij ℈ ij. olei nardini ʒ iij. fiat *Vnguentum* pro capite ſpináque dorſi; quo vtemur ſi prioribus lenioribus parum profecerimus.

℞ olei maſtichini, nucis muſcatę, abſinthii ana ʒ vj. menthę ʒ ſs. macis, nucis muſcatę, cinnamomi ana ℈ j. fiat *Vnguentum* pro ſtomacho. Cauterium potentiale commiſurę coronali applicetur, veſiculę acu perforentur, granumque ciceris ſic paulatim imprimatur, vt veſtigium eius relinquatur æquale; apertumque ſeruetur per duos aut tres menſes. aut eius loco actuale fiat cauterium candente ferro, quod apertum ſeruabitur eodem modo, cruſta vbi ablata erit. Licebit etiam cauterij loco ſartaginem, aut æream patellam candente foco ignire ita vt rubeſcat, ſicque capiti accommodabitur vt cutis incaleſcat, capillique quaſi exurantur, idque repetendum donec excitetur.

℞ caſtorei ʒ vj. euphorbij ʒ ſs. ſeminis ſinapi ʒ ij. vrticę ʒ ſs. ficuum pinguium molliter coctarum, caricarum ana xij. numero; fiat *Emplaſtrum*, quod capiti raſo imponetur, vt materia foras euocetur.

APPEN-

Digitized by Google

APPENDIX

ad prædicta pro curatione APOPLEXIAE debilis, & in qua respiratio non ita intercipitur, inseruiens.

Fortis enim incurabilis est, cùm sit morbus acutus, celerrimèque hominem occidat. validis autem vtcúmque debemus hîc vti medicamentis, omniúmque maximè statim à principio fortes conueniunt clysteres. Huiusmodi autem permiscenda sunt medicamenta quibus totum corpus incalescere possit, obstructionésque tolli. Omnium autem primò agitandus atque concutiendus est æger, ligneóque bacillo os apertum seruabitur. Extremarum quoque partium vinculis, frictionibus dolorificis, cucurbitulis, suppositoriis, clysteribus, venæque sectione humores à capite auertemus. Demum medicamentis sternutamentum cientibus, necnon apophlegmatismis, gargarismatibus caput vacuabimus, & quæ vniuersum corpus purgare possunt eodem quasi tempore offeremus. Tandem quæ caput vniuersúmque corpus corroborare, necnon reliquias digerere possunt, imperabimus. Si vena iugularis aperiatur, emplastrum fiat è bolo Armena, aloë, pilis leporinis, albumine oui, superponatúrque foramini ne sanguis immodicè profundatur.

Methodus pro cognitione

LETHARGIÆ SEV VETERNI INSERVIENS.

LETHARGIA seu Veternus, est cùm inexpugnabilis dormiendi necessitas vrget, seu morbus est obliuiosus ab apostemate proueniens cerebri frigido. Magnam affinitatem cum isto malo Caros habet; à quo tamen differt in hoc, quòd febri non laboret Caro correptus. Maior quoque & profundior dormiendi necessitas

Digitized by Google

vrget in Caro; ſtimulati enim vix excitantur, interrogatique non reſpondent. A phrenitide differt in eo, quòd illi inſomnes permanent, cuius contrarium in lethargia accidit. Ab apoplexia Caros ſeu Veternus grauis vix dicernitur, cùm hîc eodem modo non ſolum ſenſus & motus, ſed etiam mentis functio concidat. Differt tamen, quòd ille qui Caro laborat, liberè faciléque reſpiret, cuius contrarium accidit in apoplexia: ſenſim enim reſpiratio hîc opprimitur, ita vt tandem ſtertat æger.

PARS AFFECTA, eſt ipſius cerebri ſubſtantia, & maximè quidem poſterior eius pars, non autem eius ventriculi, id quod ex functionibus cerebri oblæſis conſtat: in hoc enim malo experimur potiſſimùm memoriam atque rationem lædi, quæ præcipua ipſius cerebri munia ſunt. Eſtque ſymptoma pertinens ad actionem læſam facultatis memoratiuæ potiſſimùm, necnon ratiocinatricis, imaginatricis, ſenſuſque communis.

SIGNA. Inexpugnabilis pænè dormiendi neceſſitas vrget, cumque obliuione, febris concurrit lenta continuaque; plerumque tamen vix perſentitur febris, dum leuiter ſcilicet phlegma putreſcit. Tardè reſpondent etiamſi vrgeantur. Oculis plerumque iacẽt clauſis, ſubinde tamen aperiunt ſi altius voce compellantur, quibus occluſis, mox ad priſtinum ſomnum redeunt, aliquando ita pertinaciter, vt æger capillis fortiter tractus non doleat, ita ſtupore oppreſſus eſt; id quod potiſſimùm fit cùm in ſubſtantia cerebri ipſum apoſtema fuerit factum. Quo caſu oculi quoque magis eminent. Maior quoque fit difficultas motus, necnon linguæ adeſt albedo. Obliuio aliquando hîc concurrit tanta, vt omnium veluti amentes obliuiſcantur; matulam enim expètentes meiendi cauſa, mingere tamen nonnulli obliuiſcuntur, vnde memoriam rationemque abolitam eſſe, dicere licebit, imaginationemque deficere, oſcitant frequenter, cumque lenta febri concurrit pulſus lentus, vndoſus, languidus atque tardus. Excrementa alui liquidiora ſunt nonnullis, aliis verò compteſſa eſt aluus; ſic quo-

quoque & vrinæ fluor, fiuntque iumentorum vrinis similes, magnámque spirituum perturbationem in venis significant. Sudor aliquibus vnà cum tremore occurrit. Spiratio magna, rara, & imbecilla est. Magna est vniuersi corporis segnities grauitásque, potissimùm tamen ipsius capitis. Etiamsi in latus ab astantibus conuertatur æger, in dorsum tamen vltrò reuoluitur.

CAVSA. Ex intemperie cerebri frigida humidáque oritur. Hanc autem intemperiem cerebri frigidam efficit pituitosi humoris putrefacti, ita vt febrem accersere possit, magna copia in cerebri corpore redundans, frigidúmq; tumorem efficiens: vnde mirum non est, etiamsi difficultas mouendi atque insensibilitas quædam hominem opprimat, cùm ex calore motus, ex frigore verò segnities proueniat.

PROGNOSTICA. Hic affectus celerrimè iugulat, nisi celeriter occurratur; in septem enim diebus occidit; hos verò si effugerint, sæpe sani euadunt. Vti autem lethargia vera vt plurimum est mortalis, sic quoque maximi periculi in hoc malo, nuncius tremor est, itémque frigidus circum caput sudor. Conualescentibus quoque ex hoc malo, suppuratio frequenter in pectore nascitur. Optimum autem est abscessum in lethargo post aures fieri; malum equidem tunc soluitur. Ea quæ aluo excluduntur, magna ex parte liquida sunt, periculúmque minantur si multa sint atque liquida quæ deiiciuntur.

Digitized by Google

Methodus pro curatione

LETHARGIÆ INSERVIENS.

Perficitur autem ſubſequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr ſit lucidus calidus atque ſiccus; rectificetúrque cum lignis iuniperi, roremarino, foliis lauri.

Cibus ſit extenuans. Caro caponum, gallinarum, perdicum, pullorum, auicularum montanarum, phaſianorum; condiantúrque cinnamomo, caryophyllis. Iuſcula quoque conueniunt carnium, in quibus nonnihil cinnamomi aut piperis detorquetur.

Potus ſit vinum tenue, ptiſana, fiatq; cum thymo, hyſſopo, aqua mellis ſeu hydromel. à potu aquę ſibi caueat.

Somnus impediatur, quoad fieri poteſt, punctione, pilorúmque euulſione, aut fumo è ſulfure, caſtoreo, galbano, ſagapeno; atque ita naribus ſubiiciatur, vt attrahere per nares fumum cogatur. acerrimo quoque aceto nares irritabimus in eundem finem.

Excrementa alui ſubducantur clyſteti aut glande.

Exercitij loco, frictiones ligaturęque partium extremarum fiant, pedum nimirum manuumque.

PRÆPARANTIBVS.

Decoctũ ſaluię, hyſſopi, thymi, maioranę, betonicæ, pulegij, fœniculi, apii, adiãthi, meliſſæ, radicũ ruſci, graminis; colaturæ mel roſaceum aut oxymel addatur.

Syrupus ſtœchados, betonicæ, boraginis.

Mellicratum, hydromel.

Oxymel ſimplex, compoſitum.

Aqua maioranæ, roriſmarini, betonicæ, ſaluiæ, ſtœchados.

Præ-

Præparantibus hiſce medicamentis primò vtemur, modò diuturnum malum eſſe cœperit, alioqui purgantibus potiùs malum oppugnabimus medicamentis. Per fiſtulam autem conuenientem medicamenta vt ſumat laborabimus ſi negligat ſumere.

VACVANTIBVS.

Clyſtere è malua, camomilla, ſaluia, calamintha, maiorana, origano, centaurea minori, roremarino, betonica, ſemine fœniculi, colocynthide, agarico, hiera ſimplici, hiera logod. Archigenis, electuario Indo, diaphœnicone, oleo camomelino, rutaceo, melle roſato.

Hiera diacolocynthidos, logodij, picra.

Diaphœnicum.

Electuarium Indum maius.

Agaricus trochiſcatus, agaricus.

Suppoſitorium ex hiera picra, benedicta laxatiua, colocynthide, melle, & ſale communi.

Vomitus cum decocto raphani, atriplicis, anethi, oxymelle ſquillitico.

Venæ ſectio fiat ipſius cephalicæ ſtatim ab initio, eò quòd magna ex parte concurrat repletio corporis. Deinde frontis quoque vena ſecabitur, feces tamen prius clyſteri leni educentur.

Repetendus eſt horum medicamentorum ordo. potiuſque hîc conueniunt clyſteres acres, ſuppoſitoriaque fortia quàm medicamenta per os ſumpta.

AVERTENTIBVS, *ægrúmque excitantibus.*

Venæ ſectio. Clyſtere. Suppoſitorium.

Frictio palati atque linguæ fiet cum melle, aceto; quibus pyrethrum, ſinapi, theriaca, mithridatum, aurea Alexandrina permiſcebitur. Extremæ corporis partes fricabuntur abſque intermiſſione donec rubeſcant, doleantque.

Vellicationes & punctiones partium extremarum fient, capitiſque capilli validiùs trahendi ſubinde, vt excitetur, & vt materia reuellatur.

Digitized by Google

Cucurbitulæ occipitio capitis, necnon primæ ſecundæque vertebræ apponendæ; Item clunibus cruribuſque: nonnullæ earum cum ſcarificatione. aliæ abſque ea, plurima tamen cum flamma.

Errhina ex aceto fiant, in quo decoquantur origanum, thymus, pulegium. Eius vapor naribus exceptus, craſſitudinem humorum diſſecat aliqualiter.

Suffumigium è galbano, & cornu ceruino, hoc malo correptum excitat.

Gargariſmus, apophlegmatiſmi.

Epithema fiat è ruta in vino cocta.

Sternutamentum cientia ex elleboro albo, pipere, caſtoreo.

Irrigatio & fomentatio capitis prius raſi, & potiſſimùm ſincipitis, ex decocto rutæ, origani, ſatureiæ, ſerpylli, hyſſopi, caſtoreo in oleo communi diſſoluto.

Sinapiſmus ſinapi, caricis, columbarum ſtercore, cantharidibus, quibus addi poterit piper, euphorbium, ſi validius expetatur. Poſtquam autem mediocriter vires exercuerit hoc medicamentum, tunc loca ipſa calido oleo ſunt fouenda; dolorque ſedandus erit decocto roſarum, maluæ, camomillæ, ſi res ita dictet.

Crura cum vrtica fricentur.

REPELLENTIBVS.

Vnguentum pro capite ex oxyrhodino, minuta aceti quantitate addita.

Vnguentum ex oleo roſaceo, camomelino, paruaque quantitate aceti.

Primo die medicamento hoc ex oxyrhodino vtemur, verſus augmentum verò eo vnguento quod ſequitur. Aut eius loco priori incoquentur thymus, calamintha, pulegium, radices liliorum alborum, necnon aliquid caſtorei, coronali autem commiſſuræ admouenda ſunt hæc medicamenta.

CORROBORANTIBVS, *intemperiemque relictam emendantibus.*

Therica, mithridatum cum aqua vitæ: Diamuſcum dulce, diambra Conſer-

Digitized by Google

Conſerua ſaluiæ, betonicæ, maioranæ.

Caſtoreum cum oxymelite detur, magnarum enim eſt virium in cura huius mali.

Odoramentum fiat è ſucco laſerpitij, pulegio, abrotano, thymo, origano, galbano, ſagapeno, caſtoreo, cornu ceruino, aceto, ruta.

Balneum ex aqua dulci præſtans eſt.

Vnguentum fiat ex caſtoreo pro capite, aut ex oleo laurino, itino, philoſophorum, de piperibus, coſtino, nardino, aceto ſquillitico.

Embroca è betonica, ſaluia, ſerpyllo, maiorana.

Sacculus capiti raſo imponendus è milio, ſaléque toſto.

Hîc opus eſt fortibus reſoluentibus præter morem aliorum apoſtematum, eò quòd reſolutio apoſtematis aliter vix fieri poterit, propterea quòd in cranei parte interna obhæreat.

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAMENTA nobilia in LETARGIA, ſæpius cum ſumma ſalute plurimorum ægrotorum a Gualtero Bruel experta.

CVRATIO LETHARGIAE.

℞ radicis lilij albi ʒ j. foliorum rutæ, ſaluiæ, maioranæ, maluæ ana m. j. florum roriſmarini, camomillæ, melliloti, centaurei minoris, betonicæ ana m. ſem. ſeminum lini, aniſi ana ʒ ſem. agarici albi & leuis ʒ iij. polypodij quercini ʒ j. colocynthid. ʒ j. ſe. coquantur in aqua q. ſ. ad ℔ j. ſem. colaturæ addatur hieræ logod. ʒ ſe. electuarij Indi ʒ v. mellis roſacei ʒ j. ſem. olei rutacei ʒ iij. caſtorei ʒ j. ſe. fiat *Clyſtere*. Aut eius loco ſuppoſitorium fiat ex mellis ʒ j. ſe. hieræ logod. ʒ ſe. ſalis communis ʒ j.

℞ ſyrupi ſtœchados, betonicæ ana ʒ j. boraginis, oxymellis ſimplicis ana ʒ ſe. aquarum roriſmarini, hyſſopi, betonicæ, maioranæ, ana ʒ iij. fiat *Iuleb.* dentur ʒ iij. hora matutina.

Digitized by Google

℞ radicum fœniculi, petroſelini, graminis, angelicæ ana ʒ vj. hyſſopi, thymi, pulegij, meliſſæ, ana m. j. ſaluiæ m. ſe. florum betonicæ, roriſmarini ana m. j. boraginis, bugloſſæ, ana m. ſe. ſeminum aniſi, fœniculi, apij ana ʒ iij. glycyrrhizæ raſæ ℥ ſe. coquantur in aqua q. ſ. ad ℔ j. ſe. colaturæ addatur mellis roſacei, oxymellis ſimplicis ana ℥ j ſe. miſceantur, fiat *Potio:* dentur ℥ iiij. in aurora.

℔ elect. Indi maioris ʒ ij. diacatholiconis ʒ iiij. diaphœniconis, diaturbith cum rhabarbaro ana ʒ j. ſyr. ſtœchados ℥ j. aquarum betonicæ, ſaluiæ, ana ℥ j. ſem. miſceantur, fiat *Hauſtus.*

℞ pillularum hieræ picræ Galeni ℈ ij. hieræ diacolocynthidos, pillularum cochiarum, caſtorei ana ℈. ſem. cum ſyrupi ſtœchados q. ſ. fiant *Pillulæ* octo. aut ſi deuorare illas non poſſit, diſſoluantur ℥ iij. aqua betonicæ, mellis roſati ℥ j. fiat *Hauſtus*; ita enim ſtupet hîc ſentiendi facultas, vt amaris parum admodũ moleſtetur.

℞ hieræ logod. ℈ j. ſem. hieræ diacolocynthidos ℈ ij. decocti ſerpylli, pulegij, betonicæ, calendulæ ℥ iij. ſyrupi ſtœchados ℥ j. fiat *Hauſtus.*

℞ decocti raphani ℥ v. oxymellis ſimplicis, ſquillitici ana ℥ ſe. olei communis ℥ ij. miſceantur, fiat *Vomitorium* medicamentum, quod tepidum bibet, aliquamdiu autem poſt ſi vltrò non vomat, penna in oxymelite ſquillitico intincta, cui nonnihil permiſtum ſit ſinapij, fauces atque palatum irritet.

℞ confectionis anacardinæ, mithridati, theriacæ ana ʒ ſe. nucis muſcatæ, caſtorei ana ℈ ſe. aquæ vitæ, calendulæ ana ℥ j. ſe. fiat *Potio.*

℞ conſeruæ anthos ℥ j. aromatici roſati Gabrielis ʒ j. ſem. theriacæ veteris ℈ ij. mithridati ℈ j. ſyrupi ſtœchados q. ſ. fiat *Conditum* in forma opiati.

℞ radicum angelicæ ℥ ſe. ſatureiæ m. iij. thymi, pulegij ana m. j. coquantur in vino albo q. ſ. fiat *Potus*; dentur in aurora ℥ iij. per aliquot dies.

℞ origani, betonicæ, ſatureiæ, ſerpylli, pulegij, rutæ, ana m. j. florum ſtœchados m. j. ſe. coquantur in æquali

portione

portione vini & olei camomelini, ad consumptionem vini, fiat *Fomentum* pro capite.

℞ nucis muscatæ, piperis ana ℈ ij. elleborí albi, euphorbij ana gr. vj. castorei, pyrethri, nigellæ ana ℈ ſe. fiat *Sternutatorium* medicamentum, cuius portiunculam per nares attrahát, postquam commodè purgatus erit; non autem in principio; periculum enim est ne noxia materia nimirum exagitetur.

℞ hyssopi ʒ j nucis muscatæ ʒ ſe. pyrethri, sinapi ana ʒ j. sem. staphisagriæ ℈ iiij. linteolo tenui insuantur contusa, fiatque apophlegmatismus.

℞ confectionis anacardinæ, mithridati ana ʒ j. aureæ Alexandrinæ ℈ ij. sinapi, rodicum pyrethri ana ℈ j. hieræ picræ Galeni ʒ j. mellis parum; fiat *Mixtura*, qua palati, linguæque fiet illinitio atque frictio. Id quod cum solo quoque sinapi contuso, melli acetóque permixto fieri potest.

℞ gummi ammoniaci, assæ fœtidæ ana ʒ j. cornu ceruim ʒ ij. galbani, castorei ana ʒ ſe. thuris ʒ j. ſe. fiat *Suffumigium*.

℞ olei de lateribus ℥ j. de euphorbio ʒ iij. irini, laurini ana ʒ vj. castorei ℈ j. sem. euphorbij gr. x. nucis muscatæ ℈ j. fiat *Vnguentum*.

℞ olei lateritij, laurini, liliorum ana ʒ iiij. nucis muscatæ ʒ j. ſe. castorei ℈ ij. theriacæ ʒ j. sem. ceræ q. s. fiat *Ceratum*.

℞ seminum sinapi ʒ ſe. cantharid. alis, capitibúsque ablatis numero vj. fermenti, stercoris columbarum ana ℥ j. euphorbij ℈ ſe. cepæ crudæ ℥ ſe. emplastri apostolorum ʒ iij. aceti parum, fiat *Emplastrum* rubificatorium, quod posteriori capitis parti accommodabitur abrasis capillis.

℞ olei irini, aceti squillitici, ana ℥ iij. in quibus coquatur nonnihil thymi, pulegij, origani, addendo colaturæ castorei parum, capillorum hominis combustorum ʒ ſe. misceantur, naribus frontique accommodetur totum.

Digitized by Google

APPENDIX
ad prædicta pro curatione LETHARGIAE atque cari inseruiens.

Omnium primò ipsius cephalicæ sectio fiat: clystere interim emolliens atque lene præmitti poterit. Secta autem vena, encmate fortiori materia grauans euocabitur, idque aliquoties repetetur eò quòd humores hîc vscidi crassique sint, viriúsque sopita. Interea autem temporis etiam statim à principio repellentibus vtemur medicamentis quamdiu materia ad cerebrum ruit in eum finem, vt repellant materiam à cerebro, oleo nimirum rosaceo & aceto, quæ commissuræ coronali applicabimus. Post quartum autem diem resoluentia addemus prædicto vnguento, vt est oleum liliorum, castoreum, oleum rutaceum, camomelinum, teláque lineæ prædictis imbuta, commissuræ coronali accommodabitur. Quæ verò retrahere diuerteréq possunt materiam mali ægrotúmque excitare, maximè hîc necessaria sunt: id quod fit clysteribus, ligaturis frictionibus, cucurbitulis, quæ humeris admouebuntur cum scarificatione in principio potissimũ mali. Versus autẽ statum occipiti accõmodabuntur Purgantibus deinde medicamẽtis locus erit. Cùm autẽ morbus acutus sit statímque occidat, diligẽti cura prædicta medicamenta administrabuntur, etiam si concoctionis signa non appareãt. Postremò quæ corroborare intẽperiémque relictam emendare possunt, præscribantur. Hæc autem omnia nunc anteáque dictis medicamentis felicissimo cũ successu cõsequi poterimus, modò vniuersalia particularibus debita ratione accommodentur.

Methodus pro Cognitione
CATALEPSIS SEV CONGELATIONIS
INSERVIENS.

CATALEPSIS seu congelatio, est subita quædam detentio, tum animæ, tum corporis, qua qui corripitur, eam partium corporis retinet figuram quam habebat

bebat cùm corriperetur; ſedens equidem aut iacens permanet, ſi iacebat aut ſedebat dum corriperetur; vnde ſtupor vigilans ab aliquibus dicitur, eò quòd hoc morbo correptus, ſenſus expers redditur, & motum in toto corpore amittit. Cum apoplexia conuenit in hoc, quòd quemadmodum hîc, ſic etiam in catalepſi ſenſus & motus voluntarius perit. Differt autem in eo, quòd hîc ipſi ſpiritus etiam afficiantur, nam congelantur quaſi quietique manent, in quacunque corporis parte intercepti fuerint, partéſque permanent rigidæ; hoc autem nequaquam in apoplexia fit, tantummodo enim propter obſtructionem impediuntur quò minus ad partes corporis diffundantur, vnde partes relinquuntur quaſi reſolutæ atque laxæ, non frigidæ neque rigidæ, vt in catalepſi. Priorem quoque figuram commutare poſſunt in apoplexia ipſa membra cum ſpiritus ſint integri. Oculi apoplecticis quoque clauduntur.

PARS AFFECTA. Cerebrum hîc quoque affectum eſſe indicat actionis animalis, tam imaginatiuæ quàm ſenſitiuæ atque motiuæ, læſio. Læditur autem cerebrum hîc ſecundum poſteriorem eius partem.

SIGNA. Statim obmuteſcit æger; interrogatus enim reſpondet, motu denique atque ſenſu corpus priuatur, & licet vigilantis formam retineat, adeò tamen mens & omnes ſenſus conſopiuntur, & quidem ſubitò, vt admiratione ſuſpenſos reddat æger intuentes, ita quidem vehementer, vt nonnulli eos raptos eſſe exiſtiment in quod neſcio cælum potius quàm mortuos; tam enim mens validè detinetur, vt in eadem figura permaneant in qua erant cùm percellerentur; nam ne oculi quidem clauduntur, ſi prius aperti erant, ſed attentè aſtantium iudicio rem aliquam intuentur, fixæ equidem permanent palpebræ. Si ſedebat, ſedens permanet; ſi cubuerit, in eadem quoque figura permanet. Alui & vrinæ fit ſuppreſſio propter ſenſuum torporem; ſenſus enim ſtupidus eſt effectus. Pulſus eſt paruus, languidus, multúmque denſus, interim æqualis.

Digitized by Google

CAVSA huius mali, eſt intemperies valdè frigida atque ſicca cerebri, vnde contingit tum cerebrum, tum ſpiritus animales congelari arefierique; non tantùm autem refrigerari. Hanc autem intemperiem frequenter materia frigida & ſicca introducit, qualis eſt melancholia. Aër quoque valdè frigidus & ſiccus eius cauſa eſt. Commiſtio quoque pituitæ cum flaua bile, cùm ſimul immodicè exuperant, eandem intemperiem proferunt. Prędictę hę cauſę cerebrũ ſpiritúſq. animales non tantùm refrigerant, ſed etiam arefaciũt & quaſi congelant.

PROGNOSTICA. Frigidioribus regionibus malum hoc magis familiare eſt quàm calidis. Laborant autem periculoſiſſimè qui catalepſi corripiuntur; quare confeſtim medicandi erunt; niſi enim maturè curentur, ſtupidi ac veluti quodam frigore enecti, moriuntur. Si tamen congelatio fuerit fortis, vix aut numquam curabitur.

Methodus pro curatione

CATALEPSIS INSERVIENS.

Perficitur autem ſubſequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr ſit calidus atque humidus.
Cibus. Ptiſanæ conuenit ſuccus.
Potus. Vinum album, tenue, ſubaſtringens.

PRAEPARANTIBVS.

Syrupus de epithymo.
De ſucco fumariæ.
Stœchados, bugloſſæ.
Aqua bugloſſæ, fumariæ, meliſſophylli, lupulorum, betonicæ.

Deco-

Digitized by Google

Decoctum apij,fœniculi,calaminthæ,anethi.

VACVANTIBVS.

Decoctum fumariç,lupulorum, boraginis, polypodij, ſenæ,epithymi,in quo diaſena diſſoluatur.
Confectio hamech.
Diacatholicum.
Diaſena.
Hiera logodij,Hermetis,hiera diacolocynthidos.
Sena,polypodium quercinum.
Vomitus prouocetur.
Clyſtere ſatis acutum fiat è ſtœchade, ſaluia,beta,calaminthа, pulegio, epithymo, camomilla, mercuriali, boragine,bugloſſa, thymo, polypodio, ſena,elleboro nigro,hiera logodii, confectione hamech, Indo maiori,oleo camomillæ. In phlegmate vitreo purgantium iam dictorum loco, ponatur agaricus, colocynthis,electuarium de baccis lauri.

AVERTENTIBVS.

Venæ ſectio fiet cephalicç, dum à magna ſit copia ſanguinis & vires conſtant ; educemuſque ſanguinem liberaliter.
Clyſtere ſuperiùs commemoratum.
Frictiones,ligaturçque fiant brachiorum,dorſi,crurum, pedúmque.
Hæmorrhoides, potiſſimum ſi antè fluxerint, prouocentur.
Clamores fortes fiant.
Sternutatoria medicamenta cum elleboro nigro.

CORROBORANTIBVS, *reſoluentibus, intemperiémque relictam emendantibus.*

Theriaca,mithridatum.
Confectio anacardina,diamuſcum dulce.
Lætificans Galeni.
Pliriſarcoticum.
Diambra.
Conſerua radicum bugloſſæ.
Vinum maluaticum,hypocraticum.

Fomentum pro posteriori capitis parte ex aqua vitæ.
Vnguentum martiatum & dialthææ.
Decoctum pro fomento fiat ex maiorana, stœchade, saluia, betonica, floribus camomillæ, meliloti in vino.
Fomentatio ex oleo liliorum, camomelino, amygdalorum dulcium, sesamino. Tempore verò vti licebit fortioribus; laurino nimirum, rutaceo, euphorbii, spicato, aut prędictis aliquid euphorbii addetur.
Vnguentum pro capitis parte posteriori ex oleo liliorum, camomillæ, sambuci, anethi, rutę, castoreo addito. In prędictis quoque coquere licebit hyssopum, thymum, serpyllum, epithymum, fumum terræ, flores buglossæ, boraginis; linteolis excipiantur & apponantur.

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAMENTA *nobilia in* CATALEPSI *cum summa salute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruel experta.*

CVRATIO CATALEPSIS.

℞ florum camomillæ, meliloti ana m. ij. mercurialis m. j. ſs. saluiæ, thymi, pulegii, epithymi ana m. j. polypodii quercini, sennæ Alexandrinæ ana ʒ v. epithymi ʒ ij. ellebori nigri ʒ j. coquantur in aqua q. s. ad ℔ j. ſs. colaturæ addantur confectionis hamech ʒ iij. hierę logodij ʒ vij. ß. mellis rosati, olei communis ana ʒ ij. salis communis ʒ j. ſs. misceantur; fiat *Clyſtere.*

℞ Theriacæ præstantioris ʒ j. ß. mithridati ℈ j. aquarum cardui benedicti ʒ iij. fiat *Hauſtus:* detur statim vbi enemate purgatus fuerit.

℞ hieræ logodii ℈ ij. hieræ diacolocynthidos ℈ j. diagridii grana sex, salis communis ʒ j. mellis coctura concreti q. s. fiat *Suppoſitorium*, quod filo alligatum immittatur, si clyſtere non retineatur, aut præter expectatio-

tionem diutius in corpore obhæreat.

℞ ſyrupi de epithymo, ſtœchados ana ʒ j. ſyrupi de fumoterræ, bugloſſæ ana ʒ ß. aquarum lupulorum, boraginis, betonicæ ana ʒ iij. fiat *Iulcb.*

℞ diaſenæ ʒ iij. confectionis hamech ij. ſyrupi de epithymo ʒ j. aquarum betonicæ, cardui benedicti ana ʒ j. ß. fiat *Hauſtus:* detur in aurora.

℞ radicum bugloſſæ, boraginis ana ʒ j. ß. florum ſtœchados, bugloſſæ, cardui benedicti, epithymi ana m. j. ſeminum fœniculi ʒ v. hordei mundati ʒ ij. vuarum paſſarum enucleatarum ʒ j. ß. coquantur in aqua bugloſſę & betonicæ q. ſ. ad ℔ j. addatur ſub finem coctura vini albi & tenuis parum in quo nux muſcata duodecim horarum ſpatio infuſa fuerit, colaturæ expreſſæ permiſceantur ſyrupi ſtœchados ʒ iij. ſyrupi de epithymo ʒ j. ß. fiat *Potio.*

℞ foliorum ſenæ ʒ ß. rhabarbari electi ʒ j. polydodii quercini ʒ iiij. florum ſtœchados m. ß. nucis muſcatæ ʒ ij. ſs. infundantur in prædicti decocti ℔ j. horis duodecim, colaturæ addantur ſyrupi ſtœchados ʒ iij. fiat *Potio.*

℞ ſpecierum lætificantis Galeni ℈ ij. conſeruæ radicum bugloſſæ ʒ j. nucis muſcatæ ℈ j. ſs. omnia infundantur in vini malvatici libra vna & media duodecim horarum ſpatio, detur *Hauſtus* vnus ter in die.

℞ Diamuſci dulcis, lætificantis Galeni, trochiſcorum de eupatorio ana ℈ ij. radicum angelicæ ℈ ſs. aquarum cardui benedicti, angelicæ & ſacchari albiſſimi q. ſ. fiat *Electuarium* in tabulis. Sumat morſellum vnum donec convaluerit manè & veſperi.

℞ theriacæ veteris ʒ j. diamuſci dulcis, lætificantis Galeni ana ʒ j. ſs. conſeruæ bugloſſæ, anthos ana ʒ ſs. ſyrupi bugloſſati q. ſ. ad electuarii mollis conſiſtentiam.

℞ foliorum betonicæ, ſalviæ ana m. iij. fumariæ, epithymi, meliſſophylli ana m. j. radicum liliorum albo-rum ʒ ij. florum ſtœchados, cardui benedicti, camomil-

Digitized by Google

læ ana m. j. ſs. coquantur in æquis portionibus vini & aquæ, fiat capitis lotio ipſa colatura; reliqua vero ſaccu-lo concludantur calentia, podicíque ſubiiciantur propius, panníſque calentibus calor conſeruetur.

℞ radicum bugloſſæ, boraginis ana ʒ ij. ſpecierum diamuſci dulcis, lætificantia Galeni ana ℈ iiii. florum cardui benedicti m. iii. vna ebullitione facta in vini maluatici ſufficienti quantitate, fiat pro cordis confortatione *Epithema*.

℞ olei anethini, camomelini, liliorum ana ʒ j. ſs. coquantur in iis hyſſopi, thymi, & ſerpylli aliquid: poſtea addatur colaturæ caſtorei ℈ i. ſs. fiat *Vnguentum* pro capitis parte poſteriori, quo etiam à principio vti poterimus.

℞ olei liliacei, ſambucini ana ʒ i. caſtorei ʒ ii. euphorbii ℈ i. aquæ vitæ ʒ ſs. fiat *Vnguentum* cum cera mediocriter molle.

APPENDIX
ad prædicta pro curatione CATALEPSIS inſeruiens.

Pro curatione huius grauiſsimi mali iis quæ modicè calida atque humida ſunt, egemus. Omnium autem primò aluus eluenda eſt prædicto clyſterio. Hinc clamoribus, ligaturis, frictionibúſque partium extremarum doloríficis ægrum excitabimus. In eundem etiam finem ſternutatoria medicamenta præſcribantur. Venæ quoque ſectionem eodem tempore inſtituemus, vt prædictum eſt, ſi res ipſa patiatur. Vnguentis denique confortantibus, reſoluentibúſque malum remittemus. Poſteriori autem capitis parti ea potiſsimum accommodabimus. Balneum quoque ex oleo tepente communi, in eundem finem præſcribetur. Vbi autem nonnihil ad ſe redierit æger, iis commodè vtemur quæ humores naturæ obedientes reddere poſſunt, ídque per quatuor aut quinque fiat dies. Demum eoſdem è corpore annexis medicamentis propellemus. Poſtea quæ corroborare, reliquiáſque conſumere poſſunt, præſcribantur. Quæ omnia nunc, anteáque

Digitized by Google

que dictis medicamentis feliciſsimo cum ſucceſſu conſequi poterimus, modò vniuerſalia particularibus debita ratione adhibeantur. A mitioribus autem medicamentis reſoluendi vim habentibus auſpicabimur, hinc ad validiora ſenſim tranſitio fiet. A principio quoque cum pannis calentibus frictiones vniuerſales inſtituemus. Ab acetoſis hîc diligenter abſtinendum, aliiſque multum ſiccantibus medicamentis.

Methodus pro Cognitione

MANIÆ INSERVIENS.

MANIA, furor ſeu inſania, eſt intentio melancholiæ ad maiorem feritatem, alienationémque mentis ſine febre, timore, & mæſtitia. Inſtar ferarum quaſi furere aliquando videntur hoc malo laborantes: cùm enim calidus ſit hic humor peccans, grauia admodùm deliramenta excitat, qui humor quamdiu abſque putredine in corpore hęret, ſine febre hominem vrget. Differt autem à phrenitide in hoc, quòd in phrenitide ſemper febris concurrat, furor autem ſemper à febri immunis eſt. Denique phrenitici ſemper primaria affectione cerebri laborant; maniaci verò etiam per conſenſum aliarum partium. A melancholia autẽ differt, quòd ex calida cerebri intẽperie mania excitetur, melancholia verò fit à frigida. Prętera melancholia fit cũ metu & męſtitia, mania nequaquam. In melancholia quoque imaginatio ſolùm lędítur, in furore autem lędítur cum imaginatione ipſa etiam cogitatio ſeu ratiocinatio.

PARS AFFECTA eſt ipſum cerebrum, quod patet ex principalibus animæ functionibus obleſis. Contingit autem cerebrum hîc ſubinde laborare per ſe, aliàs verò per conſenſum aliarum partium; atra enim bilis à qua hoc malum fit, aliquando in capite oritur,

Digitized by Google

aliàs in toto corpore hæret, aliàs quoque in ipsis generatur præcordiis. Est autem symptoma pertinens ad actionem læsam principum facultatum, quæ depraua tè lædunturnon autem ablatè, neque diminutè.

SIGNA. Proni sunt magna ex parte nunc in risum hilaritatemque, nunc in mœrorem, interdum etiam (rariùs tamen) in timorem inanium rerum labuntur. Subitò etiam temerarii, iracundi, clamosi & minaces fiunt. Aliquando saltant, inordinataque corporis agitatione feruntur. Nonnunquam verò ita seriò rem agunt, vt amicos atque astantes, aut verberibus, aut morsibus, aut aliis iniuriis lædant, moréque quasi ferinos exprimunt. Toruos, intrepidos, attentosque habent oculos, semperque aliquid mali meditantur. Tantum etiam subinde insaniunt, vt sibi ipsis iniurientur, tuncque vinculis detinendi sunt. Vigiliæ etiam immodicæ concurrunt, à febri tamen pro maiori parte sunt immunes. Excauantur oculi tempore. Præcedit plerumque insaniam iracundia præter consuetudinem. Oculis splendores, auribus autem sonitus extranei obuersantur. In Venerem pronitas oritur, necnon curæ de rebus extraneis, quæ paulatim omnia augentur.

CAVSA. Oritur ex calida cerebri intemperie, quæ subinde sola est. Aliàs ex humorum calidorum mordaciumque præsentia fit, & subinde quidem ex melancholico humore plurimùm exusto, ita vt in atram bilem degeneret, fit; tuncque semper ferè cum metu deliranr, taciturnique per interualla fiunt, qui, cùm loqui incipiunt, silere nequeunt, ita vt admodum loquaces rursus fiant. Aliàs etiam fit ex præassata bile flaua, atque tunc ferina deliramenta excitantur, ita vt admodum fiant temerarii; plerumque etiam fortitudo aliena comitatur, ita vt violento corporis impetu formidabiles fiant. sæpè tunc obuiis, etiam domesticis frequenter vim inferunt, percussores equidem & iniurioli euadunt. Aliquando etiam ex copia feruentis sanguinis exusti, in atramque bilem mutati, generatur, si ad ca-

put

put impetum fecerit, tunc plerumque cum risu atque cantu immodico insanire solent. Hæc autem victus ratio, temperamentum, aliáque similia indicabunt. Aliàs etiam oritur insania ex immodicis vigiliis, solicitudinibus, nimiis cerebri excalfactionibus.

PROGNOSTICA. Magis est frequens iuuenibus ac mediæ ætatis hominibus hoc malum. Desipientiæ quę cum risu fiunt minus periculosæ sunt iis quæ cum studio accidunt, eóque periculosiores sunt quo maior concurrit temeritas. Omnium verò periculosissimę sunt desipientiæ quæ superassatione flauæ bilis fiunt. Menses autem hęmorrhoidésque hîc si fluant, bonum est. Malum est appetitum prostratum esse, viceráque in facie, ano, pedibúsve enata esse.

Methodus pro Curatione

MANIÆ INSERVIENS.

Perficitur autem subsequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr sit temperatus, ad humiditatem nonnihil vergens.

Cibus sit liquidus, sorbilis, corpúsque humectans in principio, vti est ptisana. Iusculum colaticium, gallinarum, perdicum, pullorum. Minimè sint flatuosa quæ offeruntur, bilémve gignentia.

Potus sit aqua hordei. Vinum non admittatur. Interim si ob metum aut melancholiam adustam hoc malum originem habuerit, vinum proderit tenue.

Exercitium conuenit moderatum.

Somnus hîc quoque conuenit consueto tempore diu-

Digitized by Google

turnior,qui prouocandus omnino erit,tum sumptis tum admotis medicamentis.

Excrementa alui arte, si non reddantur natura,prouocanda sunt , aluum enim necessum est habeat humidam.

Amicorum admittatur præsentia,ignotorum verò,quiquibusque iratus est,ingressus prohibeatur,

PRAEPARANTIBVS.

Syrupus violarum,fumariæ,nenupharinus.

Acetosus simplex.

Syrupus buglossæ,boraginis.

Syrupus de cichoreo cum rhabarbaro.

Aquæ violarum, lupulorum , buglossæ, nymphææ,cichorei,endiuiæ,acetosæ.

VACVANTIBVS.

Venæ sectio fiat si ex abundantia feruentis sanguinis insania excitetur,& quidem copiosè tunc educatur. Primò autem saphenæ sectio fiet,sequenti autem die secabitur mediana humeraria. Postea secabimus etiam venam in fronte , si malum non leuetur. Nequaquam autem vena secabitur , si malum hoc à cholera fiat adusta absque sanguinis plenitudine, cùm sanguis sit frenum choleræ.

Syrupus de multiplici infusione rosarum.

Confectio hamech,diacatholicum.

Diasena Nicolai,hiera logodii.

Hiera picra,hiera diacolocynthidos.

Pillulæ Indę,de lapide Armeno.

Potus ex violis , cichoreo , fumaria,intubo,buglossa, chamedri, floribus nymphęę,seminibus frigidis maioribus , fumaria , glycyrriza, vuis passis, epithymo, manna,casia,polypodio,sena,myrobalanis citrinis.

Clystere ex foliis violarum,lactucæ,althææ,maluarum, seminibus frigidis maioribus,oleo violarum.

AVERTENTIBVS.

Venæ saphenę sectio fiet primò,vti prædictum est.

Hirudines sincipiti aliisque partibus capitis per ambitum admouebimus. Hæ-

Digitized by Google

Hæmorrhoides aperiantur.
Menſes vt fluant, procuretur.

REPELLENTIBVS.

Irrigatio capitis fiet cum roſaceo, ſucco polygonij, aceto; quæ ſincipiti cum linteolo apponentur, frequentiuſque mutabuntur.
Fomentatio capitis fiet cum decocto florum ſtœchados, camomillæ, violarum, roſarum, foliis lactucæ, capitibus papaueris albi; aceto addito.

ROBORANTIBVS *cerebrum, intemperiémque emendantibus.*

Diamargaritum frigidum, electuarium de gemmis diarhodum abbatis.
Diatrion ſandali, manus Chriſti.
Conſerua roſarum, buglоſſæ, nymphææ, adianthi, boraginis, violarum.
Epithema pro hepate ex aqua intubi, roſarum, acetoſæ, ſeminibus portulacæ, camphora, ſpica nardi.
Epithema pro corde ex aqua buglоſſæ, roſarum, nymphææ, aceto, trochiſcis de camphora, diamargarito frigido.
Balneum ex aqua in qua decoquantur flores camomillæ, meliloti, violarum, folia lactucæ, ſalicis, nymphææ, maluæ, buglоſſæ, quo caput quoque irrigabitur quamdiu balneo inſidebit.
Vnguentum pro ſpinali medulla atque pectore ex oleo nymphææ, amygdalarum dulcium, roſarum, violarum, eo poſt exitum balnei vtetur.
Cauteria coronali commiſſuræ applicentur.

PROVOCANTIBVS *ſomnum.*

Diarhodum cum ſyrupo nymphææ.
Embrocatio capitis ex ſeminibus papaueris, floribus nymphææ, roſarum, violarum lactuca.
Vnguentum pro temporibus atque fronte ex oleo violarum, mandragoræ, mulieris lacte.

Digitized by Google

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAMENTA nobilia in MANIA, ſæpius cùm ſumma ſalute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruel experta.

CVRATIO MANIAE.

℞ foliorum maluæ, lactucæ, violarum, florum violarum, boraginis, endiuiæ, ana m. j. hordei ʒ j. coquantur in iuſculo carnium q.ſ. ad ℔ j ß. colaturæ addantur hieræ picræ ſimplicis ʒ j. ß. caſſiæ recenter extractæ ʒ j. olei violarum ʒ iij. fiat *Clyſtere* emolliens.

℞ ſyr. endiuiæ, acetoſi ſimplicis, violarum, bugloſſæ ana ʒ j. ſyrupi fumariæ ʒ ß. aquarum endiuiæ, bugloſſæ, violarum, boraginis ana ʒ iij. fiat *Iuleb*; dentur ʒ iij. in aurora.

℞ radicis bugloſſæ ʒ j. ß. foliorum intubi, cichorei, fumariæ, lupulorum ana m. j. ß. florum boraginis, bugloſſæ, violarum ana m. j. ſeminum melonum, cucumeris, cucurbitæ, ana ʒ ij. ß. ſenæ Alexandrinæ, polypodij quercini ana ʒ j. epithymi ʒ ß. rhabarbari ʒ j. ß. glycyrrhizæ raſæ ʒ iij. vuarum paſſarum enucleatarum ʒ j. tamarindorum ʒ ß. coquantur in aqua q.ſ. ad ℔ j. ß. colaturæ adde diaſenæ ʒ vj. caſſiæ recenter extractæ ʒ j. ſyr. roſarum ſolutiui ʒ ij. fiat *Potio*, ſumet ʒ iiij. in aurora per quinque vel ſex dies.

℞ confectionis hamech ʒ ij. ß. electuarij de ſucco roſarum ʒ ij. diacatholici ʒ ij. ſyrupi violarum ʒ. j. aquæ violarum, bugloſſæ ana ʒ j. ß. fiat *Hauſtus*, detur hora quinta manè.

℞ pillularum de lapide lazuli, Armeno, indarum ana ℈ j. cum ſyrupo de epithymo q.ſ. formentur *Pillulæ* ſeptem vel octo, ſumantur poſt primum ſomnum.

℞ diarhod. abbatis ſine moſcho ʒ iij. ſp. diatrion ſandali ʒ j. ß. ſacchati roſacei, ſyrupi violarum ana ʒ j. ß. fiat *Electuarium* molle, aut

℞ ſp.

Digitized by Google

℞ ſp. diamargariti frigidi ʒ ij. conſeruæ violarum, bugloſſæ ana ʒ vj. conſeruæ roſarum ℈ ſem. lohoch de papauere ʒ iij. ſem. ſyr. violarum, pomorum ana ℈ j. miſceantur, fiat *Electuarium* molle: detur duabus vel tribus horis ante prandium & cœnam ℈ ſe.

℞ olei violarum, roſarum ana ℈ j. olei amygdalarum dulcium, nenupharini ana ℈ ſe. eo caput à principio mali vngatur, hinc ſpinalis medulla & pectus poſt exitum balnei.

℞ aquæ bugloſſæ, roſarum, nymphææ ana ℈ v. aceti ℈ ſe. ſp. diatrion ſandali, diatrag. frigidi ana ℈ ij j croci ℈ ſe. fiat pro cordis regione *Epithema*, quo cor bis in die refocilletur ante cibum.

℞ foliorum violarum, lactucæ, nymphææ, maluæ ana m. iij. foliorum ſalicis, vitis, florum camomillæ, meliloti ana m. ij. coquantur in aqua q. ſ. pro *Balneo*, cui poſt purgationem æger committetur; ſit autem calidum modicè, plurimum equidem confert. Caput etiam eo poteſt irrigari raſum, vtetúrq. eo ante cibum, poſt exitum autem ita lecto committatur vt non ſudet.

℞ folia lactucæ, violarum, ſalicis, florum nenuphari-ni, roſarum ana m. j. ſe. florum camomillæ p. j. ſeminum lactucæ ℈ ſe. papaueris albi ʒ j. ſe. capita veruecum numero duo, fiat *Embrochæ*, quo quater vel quinies in die vtetur.

℞ Syrupi violarum, paupauerini, diacodij ana ℈ ſem. aquæ lactucæ, ſucci ptiſanæ ana ℈ ij. fiat *Potus* pro ſomno, detur hora ſomni.

℞ olei violarum, mandragoræ, ana ʒ iij. cum peplo temporibus atque fronti admoueantur.

℞ olei amygdalarum dulcium, camomelini ana ʒ j. ſe. olei violarum ℈ ij. fiat *Vnguentum* pro capite; quo poſt principium vbi materia reſoluenda eſt, vti poterimus. In eundem quoque finem catuli aut pulli per medium diſſecentur, aut pulmo arietis adhuc calens capiti accommodetur; roborant enim hæc cerebum, vaporéſque relictos reſoluunt ſuo temperato calore, & humectant

APPENDIX
ad prædicta pro curatione MANIAE seu furoris inseruiens.

Omnium primò aluus subducatur clysterio: Demum vena secatur cum cautela prædicta. Humores hinc peccantes naturæ obedientes reddantur, necnon purgentur. Interea quoque temporis humores auertemus iis quæ hæmorrhoides aut menses prouocant; id quod etiam fieri potest sectione ipsius saphenæ. Demum ea quæ cerebrum necnon corrobare possunt offerantur & quæ materiam reliquam dissipare possunt. Quæ omnia nunc, anteáque dictis medicamentis felicissimo cum successu consequi poterimus, modò vniuersalia particularibus debita ratione adhibeantur. Cauterio quoque actuali aut potentiali locus erit, dum prædictis non cedit remediis; anteriori autem parti capitis apponemus, vbi commissura est coronalis cum sagittali. Imprimemus autem ita aliè, donec ossis denudationem consecuti fuerimus, de quo portiunculam etiam auferemus, sicque apertum quasi per mensem seruabimus, hoc enim medicamento maniam tandem superare solemus. In eo autem differt cura maniæ à melancholia, quòd in mania debeat esse maior intentio remittendi acrimoniam humoris, quod humectantibus, modicéque sit refrigerantibus.

Methodus pro Cognitione
PHRENITIDIS INSERVIENS.

PHRENITIS vera, est cerebri aut membranarum eius inflammatio febrem acutam, delirium mentisque alienationem inducens. Insaniæ genus admodum horrendum periculosúmque, cùm in ea parte generetur morbus in qua princeps animæ facultas residet. Cum autem magna ex parte phrenitis vera è non vera oriatur, ideo de hac etiam hîc tractabimus. Est itaque phrenitis

Digitized by Google

phrenitis non vera, mentis alienatio, cum inquietudine ſine cerebri apoſtemate. Sequitur autem febrem ſanguineam aut bilioſam. Deliria autem non ſunt hîc ita notabilia, nec perpetuò affligunt, augentur equidem & minuũtur, prout febris intenditur vel minuitur. Potiſſimùm autem fit hora criſis, quam interdum præuenit, vnáque cum morbo incrementum ſumit, & hac quoque ratione vehementior erit hora & die exacerbationis quàm quietis, in iſtis enim febribus contingit vapores aridos ad arcem cerebri aſcendere, vnde ſpiritus animales perturbantur haud leuiter. Sequitur etiam ſubinde apoſtemata & abſceſſus, ex quibus graues febres oriuntur. non itaque morbus, ſed morbi alterius eſt ſymptoma. Frequentiùs autem multò quàm vera phrenitis accidit, hæc enim rarius.

Pars affecta, eſt cerebri pia aut dura mater, id quod conſtat ex læſione functionum inde prodeuntium; ſæpiùs autem fit in hac, túncque minus eſt perniciosa. Laborat autem ſemper propria primariáque affectione, & æger continuò moleſtatur, eſtque phrenitis vera, morbus in compoſitione, in magnitudine equidem peccat, & in intemperie, calida nimirum.

Signa. Febris adeſt continua atque arida, vigiliæque fiunt moleſtæ, & ſomnus difficilis, vnde plurimum turbantur, è lectóque ſubitò interrupta quiete exiliunt, ſpiratio fit ex interuallis, ſeu rara & magna, oculis rubedo, ſqualidáq. ſiccitas molitáq. mobilitas accidit; ex altero tamen oculo ſæpe etiam fluit lacryma acris, oculorum venę ſanguine turgẽt, pulſus frequens, celer & magnus eſt. Adeſt deliriũ mentiſque alienatio, ita vt nihil reſpondeant quod ad prudentiam attinet interrogati, imò propter abolitã memoriã, non ſunt memores eorũ quæ dicunt aut faciunt, vnde verba nullo ordine ſenſúque proferunt, & varia imaginantur, modò plorant, modò cantant, aliàs vociferantur, aliàs quoque ferociter in omnem audaciam proclines fiunt, variáque nugantur. Lingua fit quaſi aſpera, ſquallida atq. nigra, admodum

Digitized by Google

fitiunt,floccos & feſtucas digitis colligunt, manus tremunt,altè ſpirãt;vrina tenuis flammeáque eſt,aliquando quoq. alba eſt & tenuis,eſtq. maioris perniciei nota.

CAVSA. Magna ex parte ex ſanguine exuperante originem habet, & hi ſæpe cum riſu inſaniunt, delirant minus,nec ita febricitant. Dum verò à bile aduſta & efferata fit,tunc admodum immaniter inſaniunt,& neceſſum eſt illos ſubinde vinculis cohibere; fortiſſimos enim motus edunt phrenitici, quod contingit propter ſiccitatem. Maxima comitatur febris quoque.

PROGNOSTICA. Acutiſſimus periculoſiſſimúſque eſt affectus,breuiq. hominem occidit, niſi ſuccurratur. vniuerſum enim phrenitidis genus eſt exitiale,eò quòd in loco in quo princeps animæ pars reſidet, generetur. Interim deſipientiæ quæ cum riſu fiunt, minus periculoſæ:quæ verò cum ſtudio,periculoſiores ſunt:omnium autem grauiſſima cenſetur, quæ ex aduſta bile generatur. Vbi deſipientiam ſomnus ſedat,bonum:ſi non,malum. Continua autem vigilia atque dementia mortiferum.

Methodus pro Curatione

PHRENITIDIS INSERVIENS.

Perficitur autem ſubſequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr temperatus concilietur & luminoſus mediocriter,varie:áque picturarum abſit.

Cibus. ea quæ humectare refrigeraréque corpus poſſunt præſcribantur,vt eſt ptiſanæ cremor. Moderatus autem admodum debet eſſe alimentorum vſus; vti enim

enim immodica copia malum auget, sic inedia nimia vires plurimùm prosternit. Olera fiant è lactuca, malua, intubo. Versus declinationem morbi offerri poterunt pisces saxatiles, squamosique.

Potus sit aqua hordei in principio: cui vtile erit addere aliquid syrupi violacei, nymphææ, rosacei. Subinde quoque decoctum cinnamomi imperabitur.

Motus inordinatus vitandus, potiúsque quies imperanda. Frictiones tamen partium infernarum fiant eo potissimùm tempore quo symptomata magis erunt propitia.

Somnus conciliandus est tum localibus, tum sumptis medicamentis.

Excremẽta alui mouẽda: detenta enim morbũ augent.

Animi perturbationes hîc plurimùm incommodant: quare gratissimi amici aduocandi, qui aliàs blandè illum conueniant, subinde etiam acerbiùs obiurgent.

VACVANTIBVS.

Venæ sectio fiat protinus ab initio, modò vires constent: in mora enim periculũ est: vix enim aliud salubrius atque magis præsens remediũ est huic malo destinatũ: in mitioribus autẽ morbis priùs aluus eluenda arte est: secabimus autem primò venam humeralem: hinc cephalicam aut medianam, si prior non appareat. tãdem vbi materia iam fluxa est, etiam in fronte venam secabimus. idque vt rectè fiat, constringemus collũ artificiosè aliqua fascia, vt vena attollatur.

Clysteres primò clementiores ex decocto maluarum, betæ violarum, lactucæ hordei, seminum cucumeris, cucurbitæ, cassia fistula, electuario de succo rosarum, diapruno solutiuo, diacatholicone, hiera picra: oleo violarum, melle rosato.

Electuarium Indũ, de succo rosarũ, electuariũ rosatum.

Diaprunum solutiuum. Syrupus rosarum laxatiuus.

Pillulæ aggregatiuæ, aureæ. Trochisci de rhabarbaro.

Cassia recenter extracta. Manna, myrobalani, rhabarbarum in aqua endiuiæ infundatur.

Digitized by Google

Materia bilioſa vacuanda erit etiam in principio mali, interim leue præſcribatur deiectorium medicamentum, ne humores potiùs exagitentur quàm purgentur. Clyſteres emollientes & alterantes dentur tertio quoque die.

AVERTENTIBVS.

Venæ ſectio inſtituatur, vt prædictum.

Clyſteres leues fiant primò, hinc validiores.

Purgãtia prędicta medicamẽta: auertẽdi enim cauſa maximè etiã proderũt, ne ſcilicet abſoluatur ereſypelas.

Cucurbitulæ cum ſcarificatione ſpinæ, occipitio, humeris, natibúſque admouendæ erunt, ſi vena cubiti ſecta non fuerit ob aliquam cauſam: ſine ſcarificatione autem applicentur, ſi vena ſecta fuerit.

Sanguiſugas fronti temporibúſque admouere poterimus, cum morbus ad ſtatum tendit.

Vincula, ligaturæque, necnon frictiones extremarum partium dolorificæ, non parum conferunt ad humorum à capite auerſionem, cùm motum humorum ſiſtant atque reuellant.

Lotiones pedum manuúmq. fiant ex decocto lactucę, violarum, hordei, capitum papaueris: quo decocto cerebrum etiam humectandũ mediante ſpongia erit.

REPELLENTIBVS.

Oxyrhodum ex aqua roſacea, aceto, oleo roſato: hæc panno excepta ſincipiti, collo, capitique admouebuntur frigida, ſæpiúſque repetantur: hinc tempore oleum camomelinum admiſcebimus.

Aqua roſacea, plantaginis, acetum, oleum roſatum.

Embrocatio fiat ex decocto ſeminis papaueris albi, hyoſcyami, florum nymphææ, violarum, roſarum, ſucco plantaginis, lactucæ addito: petitæ laneæ iis infundantur, ſincipitique admoueantur, collóque circumponantur: vapores enim humoréſque incraſſant: ineptioréſque ad motum reddunt, cùm eorum virtute, meatus corporis per quos humores ad cerebri arcem repunt, contrahantur.

Sucqus

Succus lactucæ,rosarum,plantaginis, nymphęę, cucurbitæ.

Odoramentum ex aqua plantaginis, rosarum, semperuiui,acetolę, camphora, floribus rosarum, nymphęę; pane aliqualiter torrefacto.

Vnguentum populeonis non ita pridem factum.

Mox ab initio hisce vti licebit medicamentis absque vllis resoluentibus, quæ versus incrementum, statum atque declinationem permiscemus secundum plus & minus, prout ratio scilicet dictabit. vti autem in augmento repellentia debent superare resoluentia; sic in declinatione resoluentia debent superare repellentia; in statu autem par sit pondo vtriusque, vnde serò vitandus est continuus horum vsus;materias enim incrassant,resoluíque prohibent.vnde ex continuo eorum vsu lethargia accersiri potest;quare versus statum omnino à repellentibus abstinebimus,cùm tunc maximè expediat apertionem meatuum, humorúmque discussionem procurare.

CORROBORANTIBVS, *resoluentibúsque morbi reliquias.*

Diamargaritum frigidum,castoreum.

Syr. granatorum, rosarum, cum aqua rosarum, buglossæ, plantaginis: detur postquam alimentum sumpserit; sic enim ad caput eorum vis melius transfertur.

Conserua rosarum, violarum, florum nymphææ, buglossæ.

Irrigatio fiet capitis ex violis, rosis, floribus nymphææ, lactuca, papauere, camomilla, meliloto, althæa.

Balneum aquæ dulcis tepidum conuenit.

Pulmo arietis, aut eiusdem hepar, aut catulus, capo, gallina,glutúsve, aliáve huiusmodi animalia exenterata,per medium spinę secabuntur,sicque adhuc calentia capiti admouebuntur magno cum cerebri commodo.

turnior,qui prouocandus omnino erit,tum sumptis tum admotis medicamentis.

Excrementa alui arte, si non reddantur natura,prouocanda sunt , aluum enim necessum est habeat humidam.

Amicorum admittatur præsentia,ignotorum verò,quiquibusque iratus est,ingressus prohibeatur,

PRAEPARANTIBVS.

Syrupus violarum,fumariæ,nenupharinus.

Acetosus simplex.

Syrupus buglossæ,boraginis.

Syrupus de cichoreo cum rhabarbaro.

Aquæ violarum, lupulorum , buglossæ, nymphææ,cichorei,endiuiæ,acetosæ.

VACVANTIBVS.

Venæ sectio fiat si ex abundantia feruentis sanguinis insania excitetur,& quidem copiosè tunc educatur. Primò autem saphenæ sectio fiet,sequenti autem die secabitur mediana humeraria. Postea secabimus etiam venam in fronte , si malum non leuetur. Nequaquam autem vena secabitur , si malum hoc à cholera fiat adusta absque sanguinis plenitudine, cùm sanguis sit frenum choleræ.

Syrupus de multiplici infusione rosarum.

Confectio hamech,diacatholicum.

Diasena Nicolai,hiera logodii.

Hiera picra,hiera diacolocynthidos.

Pillulæ Indę,de lapide Armeno.

Potus ex violis , cichoreo , fumaria,intubo,buglossa, chamedri, floribus nymphęę,seminibus frigidis maioribus , fumaria , glycyrriza, vuis passis, epithymo, manna,casia,polypodio,sena,myrobalanis citrinis.

Clystere ex foliis violarum,lactucæ,althææ,maluarum, seminibus frigidis maioribus,oleo violarum.

AVERTENTIBVS.

Venæ saphenę sectio fiet primò,vti prædictum est.

Hirudines sincipiti aliisque partibus capitis per ambitum admouebimus.

Hæ-

Digitized by Google

Hæmorrhoides aperiantur.
Menſes vt fluant, procuretur.

REPELLENTIBVS.

Irrigatio capitis fiet cum roſaceo, ſucco polygonij, aceto; quæ ſincipiti cum linteolo apponentur, frequentiuſque mutabuntur.
Fomentatio capitis fiet cum decocto florum ſtœchados, camomillæ, violarum, roſarum, foliis lactucæ, capitibus papaueris albi; aceto addito.

ROBORANTIBVS *cerebrum, intemperiémque emendantibus.*

Diamargaritum frigidum, electuarium de gemmis diarhodum abbatis.
Diatrion ſandali, manus Chriſti.
Conſerua roſarum, buglоſſæ, nymphææ, adianthi, boraginis, violarum.
Epithema pro hepate ex aqua intubi, roſarum, acetoſæ, ſeminibus portulacæ, camphora, ſpica nardi.
Epithema pro corde ex aqua buglоſſæ, roſarum, nymphææ, aceto, trochiſcis de camphora, diamargarito frigido.
Balneum ex aqua in qua decoquantur flores camomillæ, meliloti, violarum, folia lactucæ, ſalicis, nymphææ, maluæ, buglоſſæ, quo caput quoque irrigabitur quamdiu balneo inſidebit.
Vnguentum pro ſpinali medulla atque pectore ex oleo nymphææ, amygdalarum dulcium, roſarum, violarum, eo poſt exitum balnei vtetur.
Cauteria coronali commiſſuræ applicentur.

PROVOCANTIBVS *ſomnum.*

Diarhodum cum ſyrupo nymphææ.
Embrocatio capitis ex ſeminibus papaueris, floribus nymphææ, roſarum, violarum lactuca.
Vnguentum pro temporibus atque fronte ex oleo violarum, mandragoræ, mulieris lacte.

Digitized by Google

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAMENTA *nobilia in* MANIA, *ſæpius cùm ſumma ſalute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruel experta.*

CVRATIO MANIAE.

℞ foliorum maluæ, lactucæ, violarum, florum violarum, boraginis, endiuiæ, ana m. j. horde ʒ j. coquantur in iuſculo carnium q.ſ. ad ℔ j ß. colaturæ addantur hieræ picrę ſimplicis ʒ ij. ß. callæ recenter extractæ ʒ j. olei violarum ʒ iij. fiat *Clyſtere* emolliens.

℞ ſyr. endiuię, acetoſi ſimplicis, violarum, bugloſſæ ana ʒ j. ſyrupi fumariæ ʒ ß. aquarum endiuię, bugloſſę, violarum, boraginis ana ʒ iij. fiat *Iuleb*; dentur ʒ iij. in aurora.

℞ radicis bugloſſæ ʒ j. ß. foliorum intubi, cichorei, fumarię, lupulorum ana m. j. ß. florum boraginis, bugloſſæ, violarum ana m. j. ſeminum melonum, cucumeris, cucurbitæ, ana ʒ ij. ß. ſenæ Alexandrinæ, polypodij quercini ana ʒ j. epithymi ʒ ß. rhabarbari ʒ j. ß. glycyrrhizæ raſæ ʒ iij. vuarum paſſarum enucleatarum ʒ j. tamarindorum ʒ ß. coquantur in aqua q.ſ. ad ℔ j. ß. colaturæ adde diaſenæ ʒ vj. caſsiæ recenter extractæ ʒ j. ſyr. roſarum ſolutiui ʒ ij. fiat *Potio*, ſumet ʒ iiij. in aurora per quinque vel ſex dies.

℞ confectionis hamech ʒ ij. ß. electuarij de ſucco roſarum ʒ ij. diacatholici ʒ ij. ſyrupi violarum ʒ j. aquæ violarum, bugloſſę ana ʒ j. ß. fiat *Hauſtus*, detur hora quinta manè.

℞ pillularum de lapide lazuli, Armeno, indarum ana ℈ j. cum ſyrupo de epithymo q.ſ. formentur *Pillulæ* ſeptem vel octo, ſumantur poſt primum ſomnum.

℞ diarhod. abbatis ſine moſcho ʒ iij. ſp. diatrion ſandali ʒ j. ß. ſacchari roſacei, ſyrupi violarum ana ʒ j. ß. fiat *Electuarium* molle. aut

℞ ſp.

Digitized by Google

℞ ſp. diamargariti frigidi ʒ ij. conſeruæ violarum, bugloſſæ ana ʒ vj. conſeruæ roſarum ʒ ſem. lohoch de papauere ʒ iij. ſem. ſyr. violarum, pomorum ana ʒ j. miſceantur, fiat *Electuarium* molle: detur duabus vel tribus horis ante prandium & cœnam ℈ ſe.

℞ olei violarum, roſarum ana ℈ j. olei amygdalarum dulcium, nenupharini ana ℈ ſe. eo caput à principio mali vngatur, hinc ſpinalis medulla & pectus poſt exitum balnei.

℞ aquæ bugloſſæ, roſarum, nymphææ ana ℈ v. aceti ℈ ſe. ſp. diatrion ſandali, diatrag. frigidi ana ℈ ii j. croci ℈ ſe. fiat pro cordis regione *Epithema*, quo cor bis in die refocilletur ante cibum.

℞ foliorum violarum, lactucæ, nymphææ, maluæ ana m. ij. j. foliorum ſalicis, vitis, florum camomillæ, meliloti ana m. ij. coquantur in aqua q. ſ. pro *Balneo*, cui poſt purgationem æger committetur; ſit autem calidum modicè, plurimum equidem confert. Caput etiam eo poteſt irrigari raſum, vtetúrq. eo ante cibum, poſt exitum autem ita lecto committatur vt non ſuder.

℞ folia lactucæ, violarum, ſalicis, florum nenupharini, roſarum ana m. j. ſe. florum camomillæ p. j. ſeminum lactucæ ℈ ſe. papaueris albi ʒ j. ſe. capita veruecum numero duo, fiat *Embrocha*, quo quater vel quinies in die vtetur.

℞ Syrupi violarum, paupauetini, diacodij ana ℈ ſem. aquæ lactucæ, ſucci ptiſanæ ana ℈ ij. fiat *Potus* pro ſomno, detur hora ſomni.

℞ olei violarum, mandragoræ, ana ʒ iij. cum peplo temporibus atque fronti admoueantur.

℞ olei amygdalarum dulcium, camomelini ana ʒ j. ſe. olei violarum ℈ ij. fiat *Vnguentum* pro capite; quo poſt principium vbi materia reſoluenda eſt, vti poterimus. In eundem quoque finem catuli aut pulli per medium diſſecentur, aut pulmo arietis adhuc calens capiti accommodetur; roborant enim hæc cerebum, vaporéſque relictos reſoluunt ſuo temperato calore, & humectant

Digitized by Google

APPENDIX
ad prædicta pro curatione MANIAE seu furoris inseruiens.

Omnium primò aluus subducatur clysterio: Demum vena secetur cum cautela prædicta. Humores hinc peccantes naturæ obedientes reddantur, necnon purgentur. Interea quoque temporis humores auertemus iis quæ hæmorrhoides aut menses prouocant; id quod etiam fieri potest sectione ipsius saphenæ. Demum ea quæ cerebrum necnon corrobare possunt offerantur & quæ materiam reliquam dissipare possunt. Quæ omnia nunc, anteáque dictis medicamentis felicissimo cum successu consequi poterimus, modò vniuersalia particularibus debita ratione adhibeantur. Cauterio quoque actuali aut potentiali locus erit, dum prædictis non cedit remediis; anteriori autem parti capitis apponemus, vbi commissura est coronalis cum sagittali. Imprimemus autem ita altè, donec ossis denudationem consecuti fuerimus, de quo portiunculam etiam auferemus, sicque apertum quasi per mensem seruabimus, hoc enim medicamento materiam tandem superare solemus. In eo autem differt cura maniæ à melancholia, quòd in mania debeat esse maior intentio remittendi acrimoniam humoris, quod humectantibus, modicéque sit refrigerantibus.

Methodus pro Cognitione
PHRENITIDIS INSERVIENS.

PHRENITIS vera, est cerebri aut membranarum eius inflammatio febrem acutam, delirium mentisque alienationem inducens. Insaniæ genus admodum horrendum periculosúmque, cùm in ea parte generetur morbus in qua princeps animæ facultas residet. Cum autem magna ex parte phrenitis vera è non vera oriatur, ideo de hac etiam hîc tractabimus. Est itaque phrenitis

Digitized by Google

phrenitis non vera, mentis alienatio, cum inquietudine sine cerebri apostemate. Sequitur autem febrem sanguineam aut bilioſam. Deliria autem non sunt hîc ita notabilia, nec perpetuò affligunt, augentur equidem & minuũtur, prout febris intenditur vel minuitur. Potissimùm autem fit hora crisis, quam interdum præuenit, vnáque cum morbo incrementum sumit, & hac quoque ratione vehementior erit hora & die exacerbationis quàm quietis, in istis enim febribus contingit vapores aridos ad arcem cerebri ascendere, vnde spiritus animales perturbantur haud leuiter. Sequitur etiam subinde apostemata & abscessus, ex quibus graues febres oriuntur. non itaque morbus, sed morbi alterius est symptoma. Frequentiùs autem multò quàm vera phrenitis accidit, hæc enim rarius.

Pars affecta, est cerebri pia aut dura mater, id quod constat ex læsione functionum inde prodeuntium; sæpiùs autem fit in hac, túncque minus est perniciosa. Laborat autem semper propria primariáque affectione, & æger continuò molestatur, estque phrenitis vera, morbus in compositione, in magnitudine equidem peccat, & in intemperie, calida nimirum.

Signa. Febris adest continua atque arida, vigiliæque fiunt molestæ, & somnus difficilis, vnde pluriimum turbantur, è lectóque subitò interrupta quiete exiliunt, spiratio fit ex interuallis, seu rara & magna, oculis rubedo, squalidáq. siccitas molitáq. mobilitas accidit; ex altero tamen oculo sæpe etiam fluit lacryma acris, oculorum venę sanguine turgẽt, pulsus frequens, celer & magnus est. Adest deliriũ mentisque alienatio, ita vt nihil respondeant quod ad prudentiam attinet interrogati, imò propter abolitã memoriã, non sunt memores eorũ quæ dicunt aut faciunt, vnde verba nullo ordine sensúque proferunt, & varia imaginatur, modò plorant, modò cantant, aliàs vociferantur, aliàs quoque ferociter in omnem audaciam proclines fiunt, variáque nugantur. Lingua fit quasi aspera, squallida atq. nigra, admodum

Digitized by Google

ſitiunt,floccos & feſtucas digitis colligunt, manus tremunt,altè ſpirãt;vrina tenuis flammeáque eſt,aliquando quoq. alba eſt & tenuis,eſtq. maioris perniciei nota.

CAVSA. Magna ex parte ex ſanguine exuperante originem habet, & hi ſæpe cum riſu inſaniunt, delirant minus,nec ita febricitant. Dum verò à bile aduſta & efferata fit,tunc admodum immaniter inſaniunt,& neceſſum eſt illos ſubinde vinculis cohibere; fortiſſimos enim motus edunt phrenitici, quod contingit propter ſiccitatem. Maxima comitatur febris quoque.

PROGNOSTICA. Acutiſſimus periculoſiſſimúſque eſt affectus,breuiq. hominem occidit, niſi ſuccurratur. vniuerſum enim phrenitidis genus eſt exitiale,eò quòd in loco in quo princeps animæ pars reſidet, generetur. Interim deſipientiæ quæ cum riſu fiunt, minus periculoſæ:quæ verò cum ſtudio,periculoſiores ſunt:omnium autem grauiſſima cenſetur, quæ ex aduſta bile generatur. Vbi deſipientiam ſomnus ſedat,bonum:ſi non,malum. Continua autem vigilia atque dementia mortiferum.

Methodus pro Curatione

PHRENITIDIS INSERVIENS.

Perficitur autem ſubſequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr temperatus concilietur & luminoſus mediocriter,varieáſque picturarum abſit.

Cibus. ea quæ humectare refrigeraréque corpus poſſunt præſcribantur,vt eſt ptiſanæ cremor. Moderatus autem admodum debet eſſe alimentorum vſus; vti enim

enim immodica copia malum auget, sic inedia nimia vires plurimùm prosternit. Olera fiant è lactuca, malua, intubo. Versus declinationem morbi offerri poterunt pisces saxatiles, squamosique.

Potus sit aqua hordei in principio: cui vtile erit addere aliquid syrupi violacei, nymphææ, rosacei. Subinde quoque decoctum cinnamomi imperabitur.

Motus inordinatus vitandus, potiúsque quies imperanda. Frictiones tamen partium infernarum fiant eo potissimùm tempore quo symptomata magis erunt propitia.

Somnus conciliandus est tum localibus, tum sumptis medicamentis.

Excremẽta alui mouẽda: detenta enim morbũ augent.

Animi perturbationes hîc plurimùm incommodant: quare gratissimi amici aduocandi, qui aliàs blandè illum conueniant, subinde etiam acerbiùs obiurgent.

VACVANTIBVS.

Venæ sectio fiat protinus ab initio, modò vires constent: in mora enim periculũ est: vix enim aliud salubrius atque magis præsens remediũ est huic malo destinatũ: in mitioribus autẽ morbis priùs aluus eluenda arte est: secabimus autem primò venam humeralem: hinc cephalicam aut medianam, si prior non appareat. tãdem vbi materia iam fluxa est, etiam in fronte venam secabimus. idque vt rectè fiat, constringemus collũ artificiosè aliqua fascia, vt vena attollatur.

Clysteres primò clementiores ex decocto maluarum, betæ violarum, lactucæ hordei, seminum cucumeris, cucurbitæ, cassĩa fistula, electuario de succo rosarum, diapruno solutiuo, diacatholicone, hiera picra: oleo violarum, melle rosato.

Electuarium Indũ, de succo rosarũ, electuariũ rosatum.

Diaprunum solutiuum. Syrupus rosarum laxatiuus.

Pillulæ aggregatiuæ, aureæ. Trochisci de rhabarbaro.

Cassia recenter extracta. Manna, myrobalani, rhabarbarum in aqua endiuiæ infundatur.

Digitized by Google

Succus lactucæ,rosarum,plantaginis, nymphęę, cucurbitæ.

Odoramentum ex aqua plantaginis, rosarum, semperuiui,acetosę, camphora, floribus rosarum, nymphęę; pane aliqualiter torrefacto.

Vnguentum populeonis non ita pridem factum.

Mox ab initio hisce vti licebit medicamentis absque vllis resoluentibus, quæ versus incrementum, statum atque declinationem permiscemus secundum plus & minus, prout ratio scilicet dictabit, vti autem in augmento repellentia debent superare resoluentia; sic in declinatione resoluentia debent superare repellentia; in statu autem par sit pondo vtriusque, vnde serio vitandus est continuus horum vsus;materias enim incrassant,resoluíque prohibent.vnde ex continuo eorum vsu lethargia accersiri potest;quare versus statum omnino à repellentibus abstinebimus,cùm tunc maximè expediat apertionem meatuum, humorúmque discussionem procurare.

CORROBORANTIBVS, *resoluentibúsque morbi reliquias.*

Diamargaritum frigidum,castoreum.

Syr. granatorum, rosarum, cum aqua rosarum, buglossæ, plantaginis: detur postquam alimentum sumpserit; sic enim ad caput eorum vis melius transfertur.

Conserua rosarum, violarum, florum nymphææ, buglossæ.

Irrigatio fiet capitis ex violis, rosis, floribus nymphææ, lactuca, papauere, camomilla, meliloto, althæa.

Balneum aquæ dulcis tepidum conuenit.

Pulmo arietis, aut eiusdem hepar, aut catulus, capo, gallina,glutúsve, aliáve huiusmodi animalia exenterata,per medium spinę secabuntur,sicque adhuc calentia capiti admouebuntur magno cum cerebri commodo.

Sanguiſugæ fronti temporibuſque admoueantur.

Vt felicius autem localia medicamenta hîc præſcripta capiti accommodari poſſint, meliuſque excrementa exhalare valeant, radendum caput phreneticorum erit remiſſionis tempore, & aliquandiu poſt cibum ſumptum.

CORRIGENTIBVS *accidentia.*

Philonium Romanum, philonium Meſuæ, cum aqua lactucæ aut ſyr. papaueris, potenter ſomnum inducit.

Syr. violatus, papauerinus, cum aqua lactucæ.

Iuſcula in quibus ſemina frigida maiora aut caput vnum papaueris albi coquantur aut folia lactucæ.

Succus violarum, papaueris.

Vnguentum populeonis, roſaceum, ex oleo violarum, nenupharis, papaueris, mandragoræ, ſeminibus hyoſcyami, croco, opio, aceto.

Lotio fiat capitis, faciei, manuum atque pedum, in aqua in qua decocta ſint folia lactucæ, violarum, flores roſarum, nymphææ, ſemina papaueris albi, cucumeris, cucurbitæ, melonum.

Odoramentum fiat cum ſpongia prædicto decocto imbuta.

Fomentatio pubis perineique fiet cum decoctione parietariæ, radicum aſari, petroſelini in vino.

Cataplaſma quoque fiet ex parietaria cocta cum vini parte aliqua; addito oleo ſcorpionum, pubi perineoque admouebimus.

Vnguentum ex oleo fiat ſcorpionum, vnguentoque Agrippæ, iis pubis regio illinetur.

Syr. violarum.

Decoctum hordei.

Aqua communis, cui ſyr. de ſucco ribes, aut ſyrupum de ſucco citri addemus.

Pro-

Digitized by Google

Prouocantibus ſomnum plurimùm hîc egemus, eò quòd continuis quaſi vigiliis æger conficiatur. Ne autem calor qui ſupereſt debilis, extinguatur, calida admiſcebimus opiatis; periculum enim eſt ne lethargus accerſatur ex immodico eorum vſu. Contingit quoque vrinam frequenter ſupprimi in hoc malo. huicque malo medebimur ſequenti ordine locatis. Poſtremo autem loco poſitis, ſitim immodicam mitigabimus.

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAMENTA *nobilia in* PHRENITIDE, *ſæpius cum ſumma ſalute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruel experta.*

CVRATIO PHRENITIDIS.

℞ quatuor ſeminum frigidorum minorum, ſeminis papaueris albi ana ʒ iij. coquantur in aqua q.ſ. Vnciis tribus huius decocti adde ſyr. de papauere ℥ j. ß. aceti boni parum; fiat *Serapium*; detur manè & tempore ſomni.

℞ foliorum lactucæ, maluarum, violarum, betę, boraginis ana m.j. hordei, capitum papaueris ſine ſemine ana ℥ j. ſeminum cucumeris, cucurbitæ ana ℥ ß. fiat decoctio in aqua q.ſ. ad ℔ j. colaturę addantur olei violacei ℥ iij. caſſiæ recenter extractę, diacatho. ana ℥ j. ſalis ʒ j. fiat *Clyſtere.*

℞ ſyrupi granatorum, violarum, acetoſi ſimplicis ana ℥ ij. ſumat ℥ ij. cum decocto hordei, violarum, prunorum, glycyrrhizæ, ſeminum lactucę, cucurbitę; quib. quoque aquę roſaceę aut bugloſſę nonnihil permiſceri poterit in eundem finem, necnon ſyrupus papauerum, vt ſomnum conciliemus.

℞ caſſię recenter extractę ℥ j. ſyr. roſarum ſolutiui ℥

Digitized by Google

turnior,qui prouocandus omnino erit,tum sumptis tum admotis medicamentis.

Excrementa alui arte, si non reddantur natura,prouocanda sunt , aluum enim necessum est habeat humidam.

Amicorum admittatur præsentia,ignotorum verò,quiquibusque iratus est,ingressus prohibeatur,

PRÆPARANTIBVS.

Syrupus violarum,fumariæ,nenupharinus.

Acetosus simplex.

Syrupus buglossæ,boraginis.

Syrupus de cichoreo cum rhabarbaro.

Aquæ violarum, lupulorum , buglossæ, nymphææ,cichorei,endiuiæ,acetosæ.

VACVANTIBVS.

Venæ sectio fiat si ex abundantia feruentis sanguinis insania excitetur,& quidem copiosè tunc educatur. Primò autem saphenæ sectio fiet,sequenti autem die secabitur mediana humeraria. Postea secabimus etiam venam in fronte , si malum non leuetur. Nequaquam autem vena secabitur , si malum hoc à cholera fiat adusta absque sanguinis plenitudine, cùm sanguis sit frenum choleræ.

Syrupus de multiplici infusione rosarum.

Confectio hamech,diacatholicum.

Diasena Nicolai,hiera logodii.

Hiera picra,hiera diacolocynthidos.

Pillulæ Indę,de lapide Armeno.

Potus ex violis , cichoreo , fumaria,intubo,buglossa, chamedri, floribus nymphęę,seminibus frigidis maioribus , fumaria , glycyrriza, vuis passis, epithymo, manna,casia,polypodio,sena,myrobalanis citrinis.

Clystere ex foliis violarum,lactucæ,althææ,maluarum, seminibus frigidis maioribus,olco violarum.

AVERTENTIBVS.

Venæ saphenę sectio fiet primò,vti prædictum est.

Hirudines sincipiti aliisque partibus capitis per ambitum admouebimus. Hæ-

Digitized by Google

Hæmorrhoides aperiantur.
Menſes vt fluant, procuretur.

REPELLENTIBVS.

Irrigatio capitis fiet cum roſaceo, ſucco polygonij, aceto; quæ ſincipiti cum linteolo apponentur, frequentiuſque mutabuntur.
Fomentatio capitis fiet cum decocto florum ſtœchados, camomillæ, violarum, roſarum, foliis lactucæ, capitibus papaueris albi; aceto addito.

ROBORANTIBVS *cerebrum, intemperiémque emendantibus.*

Diamargaritum frigidum, electuarium de gemmis diarhodum abbatis.
Diatrion ſandali, manus Chriſti.
Conſerua roſarum, buglоſſæ, nymphææ, adianthi, boraginis, violarum.
Epithema pro hepate ex aqua intubi, roſarum, acetoſæ, ſeminibus portulacæ, camphora, ſpica nardi.
Epithema pro corde ex aqua buglоſſæ, roſarum, nymphææ, aceto, trochiſcis de camphora, diamargarito frigido.
Balneum ex aqua in qua decoquantur flores camomillæ, meliloti, violarum, folia lactucæ, ſalicis, nymphææ, maluæ, buglоſſæ, quo caput quoque irrigabitur quamdiu balneo inſidebit.
Vnguentum pro ſpinali medulla atque pectore ex oleo nymphææ, amygdalarum dulcium, roſarum, violarum, eo poſt exitum balnei vtetur.
Cauteria coronali commiſſuræ applicentur.

PROVOCANTIBVS *ſomnum.*

Diarhodum cum ſyrupo nymphææ.
Embrocatio capitis ex ſeminibus papaueris, floribus nymphææ, roſarum, violarum lactuca.
Vnguentum pro temporibus atque fronte ex oleo violarum, mandragoræ, mulieris lacte.

Digitized by Google

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAMENTA *nobilia in* MANIA, *ſæpius cùm ſumma ſalute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruel experta.*

CVRATIO MANIAE.

℞ foliorum maluæ, lactucæ, violarum, florum violarum, boraginis, endiuiæ, ana m. j. horde ʒ j. coquantur in iuſculo carnium q. ſ. ad ℔ j ß. colaturæ addantur hieræ picrę ſimplicis ʒ j. ß. caſſiæ recenter extractæ ʒ j. olei violarum ʒ iij. fiat *Clyſtere* emolliens.

℞ ſyr. endiuię, acetoſi ſimplicis, violarum, bugloſſæ ana ʒ j. ſyrupi fumariæ ʒ ß. aquarum endiuię, bugloſſę, violarum, boraginis ana ʒ iij. fiat *Iuleb*; dentur ʒ iij. in aurora.

℞ radicis bugloſſæ ʒ j. ß. foliorum intubi, cichorei, fumarię, lupulorum ana m. j. ß. florum boraginis, bugloſſæ, violarum ana m. j. ſeminum melonum, cucumeris, cucurbitæ, ana ʒ ij. ß. ſenæ Alexandrinæ, polypodij quercini ana ʒ j. epithymi ʒ ß. rhabarbari ʒ j. ß. glycyrrhizæ raſæ ʒ iij. vuarum paſſarum enucleatarum ʒ j. tamarindorum ʒ ß. coquantur in aqua q. ſ. ad ℔ j. ß. colaturæ adde diaſenæ ʒ vj. caſsiæ recenter extractæ ʒ j. ſyr. roſarum ſolutiui ʒ ij. fiat *Potio*, ſumet ʒ iiij. in aurora per quinque vel ſex dies.

℞ confectionis hamech ʒ ij. ß. electuarij de ſucco roſarum ʒ ij. diacatholici ʒ ij. ſyrupi violarum ʒ. j. aquæ violarum, bugloſſę ana ʒ j. ß. fiat *Hauſtus*, detur hora quinta manè.

℞ pillularum de lapide lazuli, Armeno, indarum ana ℈ j. cum ſyrupo de epithymo q. ſ. formentur *Pillulæ* ſeptem vel octo, ſumantur poſt primum ſomnum.

℞ diarhod. abbatis ſine moſcho ʒ iij. ſp. diatrion ſandali ʒ j. ß. ſacchari roſacei, ſyrupi violarum ana ʒ j. ß. fiat *Electuarium* molle, aut

℞ ſp.

℞ ſp. diamargariti frigidi ʒ ij. conſeruæ violarum, bugloſſæ ana ʒ vj. conſeruæ roſarum ʒ ſem. lohoch de papauere ʒ iij. ſem. ſyr. violarum, pomorum ana ʒ j. miſceantur, fiat *Electuarium* molle: detur duabus vel tribus horis ante prandium & cœnam ℈ ſe.

℞ olei violarum, roſarum ana ℈ j. olei amygdalarum dulcium, nenupharini ana ℈ ſe. eo caput à principio mali vngatur, hinc ſpinalis medulla & pectus poſt exitum balnei.

℞ aquæ bugloſſæ, roſarum, nymphææ ana ℈ v. aceti ℈ ſe. ſp. diatrion ſandali, diatrag. frigidi ana ℥ ii j. croci ℥ ſe. fiat pro cordis regione *Epithema*, quo cor bis in die refocilletur ante cibum.

℞ foliorum violarum, lactucæ, nymphææ, maluæ ana m. iij. foliorum ſalicis, vitis, florum camomillæ, meliloti ana m. ij. coquantur in aqua q. ſ. pro *Balneo*, cui poſt purgationem æger committetur; ſit autem calidum modicè, plurimum equidem confert. Caput etiam eo poteſt irrigari raſum, vtetúrq. eo ante cibum, poſt exitum autem ita lecto committatur vt non ſudet.

℞ folia lactucæ, violarum, ſalicis, florum nenupharini, roſarum ana m. j. ſe. florum camomillæ p. j. ſeminum lactucæ ℈ ſe. papaueris albi ʒ j. ſe. capita veruecum numero duo, fiat *Embrocha*, quo quater vel quinies in die vtetur.

℞ Syrupi violarum, paupauerini, diacodij ana ℈ ſem. aquæ lactucæ, ſucci ptiſanæ ana ℈ ij. fiat *Potus* pro ſomno, detur hora ſomni.

℞ olei violarum, mandragoræ, ana ʒ iij. cum peplo temporibus atque fronti admoueantur.

℞ olei amygdalarum dulcium, camomelini ana ʒ j. ſe. olei violarum ℈ ij. fiat *Vnguentum* pro capite; quo poſt principium vbi materia reſoluenda eſt, vti poterimus. In eundem quoque finem catuli aut pulli per medium diſſecentur, aut pulmo arietis adhuc calens capiti accommodetur; roborant enim hæc cerebum, vaporéſque relictos reſoluunt ſuo temperato calore, & humectant

Digitized by Google

APPENDIX

ad prædicta pro curatione MANIAE seu furoris inseruiens.

Omnium primò aluus subducatur clysterio: Demum vena secatur cum cautela prædicta. Humores hinc peccantes naturæ obedientes reddantur, necnon purgentur. Interea quoque temporis humores auertemus iis quæ hæmorrhoides aut menses prouocant; id quod etiam fieri potest sectione ipsius saphenæ. Demum ea quæ cerebrum necnon corrobare possunt offerantur & quæ materiam reliquam dissipare possunt. Quæ omnia nunc, anteáque dictis medicamentis felicissimo cum successu consequi poterimus, modò vniuersalia particularibus debita ratione adhibeantur. Cauterio quoque actuali aut potentiali locus erit, dum prædictis non cedit remediis; anteriori autem parti capitis apponemus, vbi commissura est coronalis cum sagittali. Imprimemus autem ita altè, donec ossis denudationem consecuti fuerimus, de quo portiunculam etiam auferemus, sicque apertum quasi per mensem seruabimus, hoc enim medicamento maniam tandem superare solemus. In eo autem differt cura maniæ à melancholia, quòd in mania debeat esse maior intentio remittendi acrimoniam humoris, quod humectantibus, modicéque sit refrigerantibus.

Methodus pro Cognitione

PHRENITIDIS INSERVIENS.

PHRENITIS vera, est cerebri aut membranarum eius inflammatio febrem acutam, delirium mentisque alienationem inducens. Insaniæ genus admodum horrendum periculosúmque, cùm in ea parte generetur morbus in qua princeps animæ facultas residet. Cum autem magna ex parte phrenitis vera è non vera oriatur, ideo de hac etiam hîc tractabimus. Est itaque phrenitis

Digitized by Google

phrenitis non vera, mentis alienatio, cum inquietudine ſine cerebri apoſtemate. Sequitur autem febrem ſanguineam aut bilioſam. Deliria autem non ſunt hîc ita notabilia, nec perpetuò affligunt, augentur equidem & minuũtur, prout febris intenditur vel minuitur. Potiſſimùm autem fit hora criſis, quam interdum præuenit, vnáque cum morbo incrementum ſumit, & hac quoque ratione vehementior erit hora & die exacerbationis quàm quietis, in iſtis enim febribus contingit vapores aridos ad arcem cerebri aſcendere, vnde ſpiritus animales perturbantur haud leuiter. Sequitur etiam ſubinde apoſtemata & abſceſſus, ex quibus graues febres oriuntur. non itaque morbus, ſed morbi alterius eſt ſymptoma. Frequentiùs autem multò quàm vera phrenitis accidit, hæc enim rarius.

Pars affecta, eſt cerebri pia aut dura mater, id quod conſtat ex læſione functionum inde prodeuntium; ſæpiùs autem fit in hac, túncque minùs eſt perniciosa. Laborat autem ſemper propria primariáque affectione, & æger continuò moleſtatur, eſtque phrenitis vera, morbus in compoſitione, in magnitudine equidem peccat, & in intemperie, calida nimirum.

Signa. Febris adeſt continua atque arida, vigiliæque fiunt moleſtæ, & ſomnus difficilis, vnde plurimum turbantur, è lectóque ſubitò interrupta quiete exiliunt, ſpiratio fit ex interuallis, ſeu rara & magna, oculis rubedo, ſqualidáq. ſiccitas molitáq. mobilitas accidit; ex altero tamen oculo ſæpe etiam fluit lacryma acris, oculorum venę ſanguine turgẽt, pulſus frequens, celer & magnus eſt. Adeſt deliriũ mentiſque alienatio, ita vt nihil reſpondeant quod ad prudentiam attinet interrogati, imò propter abolitã memoriã, non ſunt memores eorũ quæ dicunt aut faciunt, vnde verba nullo ordine ſenſúque proferunt, & varia imaginatur, modò plorant, modò cantant, aliàs vociferantur, aliàs quoque ferociter in omnem audaciam procliues fiunt, variáque nugantur. Lingua fit quaſi aſpera, ſquallida atq. nigra, admodum

Digitized by Google

fitiunt,floccos & feſtucas digitis colligunt, manus tremunt,altè ſpirãt;vrina tenuis flamineáque eſt,aliquando quoq. alba eſt & tenuis,eſtq. maioris perniciei nota.

CAVSA. Magna ex parte ex ſanguine exuperante originem habet, & hi ſæpe cum riſu inſaniunt, delirant minus,nec ita febricitant. Dum verò à bile aduſta & efferata fit,tunc admodum immaniter inſaniunt,& neceſſum eſt illos ſubinde vinculis cohibere; fortiſſimos enim motus edunt phrenitici, quod contingit propter ſiccitatem. Maxima comitatur febris quoque.

PROGNOSTICA. Acutiſſimus periculoſiſſimúſque eſt affectus,breuiq. hominem occidit, niſi ſuccurratur. vniuerſum enim phrenitidis genus eſt exitiale,eò quòd in loco in quo princeps animæ pars reſidet, generetur. Interim deſipientiæ quæ cum riſu fiunt, minus periculoſæ:quæ verò cum ſtudio,periculoſiores ſunt:omnium autem grauiſſima cenſetur, quæ ex aduſta bile generatur. Vbi deſipientiam ſomnus ſedat,bonum:ſi non,malum. Continua autem vigilia atque dementia mortiferum.

Methodus pro Curatione

PHRENITIDIS INSERVIENS.

Perficitur autem ſubſequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr temperatus concilietur & luminoſus mediocriter,varie:á;que picturarum abſit.

Cibus. ea quæ humectare refrigeraréque corpus poſſunt præſcribantur,vt eſt ptiſanæ cremor. Moderatus autem admodum debet eſſe alimentorum vſus; vti enim

enim immodica copia malum auget, sic inedia nimia vires plurimùm prosternit. Olera fiant è lactuca, malua, intubo. Versus declinationem morbi offerri poterunt pisces saxatiles, squamosique.

Potus sit aqua hordei in principio: cui vtile erit addere aliquid syrupi violacei, nymphææ, rosacei. Subinde quoque decoctum cinnamomi imperabitur.

Motus inordinatus vitandus, pbtiúsque quies imperanda. Frictiones tamen partium infernarum fiant eo potissimùm tempore quo symptomata magis erunt propitia.

Somnus conciliandus est tum localibus, tum sumptis medicamentis.

Excreméta alui mouẽda: detenta enim morbũ augent.

Animi perturbationes hîc plurimùm incommodant: quare gratissimi amici aduocandi, qui aliàs blandè illum conueniant, subinde etiam acerbiùs obiurgent.

VACVANTIBVS.

Venæ sectio fiat protinus ab initio, modò vires constent: in mora enim periculũ est: vix enim aliud salubrius atque magis præsens remediũ est huic malo destinatũ: in mitioribus autẽ morbis priùs aluus eluenda arte est: secabimus autem primò venam humeralem: hinc cephalicam aut medianam, si prior non appareat. tãdem vbi materia iam fluxa est, etiam in fronte venam secabimus. idque vt rectè fiat, constringemus collũ artificiosè aliqua fascia, vt vena attollatur.

Clysteres primò clementiores ex decocto maluarum, betæ violarum, lactucæ hordei, seminum cucumeris, cucurbitæ, cassĩa fistula, electuario de succo rosarum, diapruno solutiuo, diacatholicone, hiera picra: oleo violarum, melle rosato.

Electuarium Indũ, de succo rosarũ, electuariũ rosatum.

Diaprunum solutiuum. Syrupus rosarum laxatiuus.

Pillulæ aggregatiuæ, aureæ. Trochisci de rhabarbaro.

Cassia recenter extracta. Manna, myrobalani, rhabarbarum in aqua endiuiæ infundatur.

Digitized by Google

Succus lactucæ,rosarum,plantaginis, nymphęę, cucurbitæ.

Odoramentum ex aqua plantaginis, rosarum, semperuiui,acetosę, camphora, floribus rosarum, nymphęę; pane aliqualiter torrefacto.

Vnguentum populeonis non ita pridem factum.

Mox ab initio hisce vti licebit medicamentis absque vllis resoluentibus, quæ versus incrementum, statum atque declinationem permiscemus secundum plus & minus, prout ratio scilicet dictabit. vti autem in augmento repellentia debent superare resoluentia; sic in declinatione resoluentia debent superare repellentia; in statu autem par sit pondo vtriusque, vnde serio vitandus est continuus horum vsus;materias enim incrassant,resoluíque prohibent.vnde ex continuo eorum vsu lethargia accersiri potest;quare versus statum omnino à repellentibus abstinebimus,cùm tunc maximè expediat apertionem meatuum, humorúmque discussionem procurare.

CORROBORANTIBVS, *resoluentibúsque morbi reliquias.*

Diamargaritum frigidum,castoreum.

Syr. granatorum, rosarum, cum aqua rosarum, buglossæ, plantaginis: detur postquam alimentum sumpserit; sic enim ad caput eorum vis melius transfertur.

Conserua rosarum, violarum, florum nymphææ, buglossæ.

Irrigatio fiet capitis ex violis, rosis, floribus nymphææ, lactuca, papauere, camomilla, meliloto, althæa.

Balneum aquæ dulcis tepidum conuenit.

Pulmo arietis, aut eiusdem hepar, aut catulus, capo, gallina,ęlurúsve, aliáve huiusmodi animalia exenterata,per medium spinę secabuntur,sicque adhuc calentia capiti admouebuntur magno cum cerebri commodo.

Prouocantibus ſomnum plurimùm hîc egemus, eò quòd continuis quaſi vigiliis æger conficiatur. Ne autem calor qui ſupereſt debilis, extinguatur, calida admiſcebimus opiatis; periculum enim eſt ne lethargus accerſatur ex immodico eorum vſu. Contingit quoque vrinam frequenter ſupprimi in hoc malo. huicque malo medebimur ſequenti ordine locatis. Poſtremo autem loco poſitis, ſitim immodicam mitigabimus.

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAMENTA *nobilia in* PHRENITIDE, *ſæpius cum ſumma ſalute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruel experta.*

CVRATIO PHRENITIDIS.

℞ quatuor ſeminum frigidorum minorum, ſeminis papaueris albi ana ʒ iij. coquantur in aqua q.ſ. Vnciis tribus huius decocti adde ſyr. de papauere ʒ j. ß. aceti boni parum; fiat *Serapium*; detur manè & tempore ſomni.

℞ foliorum lactucæ, maluarum, violarum, betę, boraginis ana m.j. hordei, capitum papaueris ſine ſemine ana ʒ j. ſeminum cucumeris, cucurbitæ ana ʒ ß. fiat decoctio in aqua q.ſ. ad ℔ j. colaturę addantur olei violacei ʒ iij. caſſiæ recenter extractę, diacatho. ana ʒ j. ſalis ʒ j. fiat *Clyſtere.*

℞ ſyrupi granatorum, violarum, acetoſi ſimplicis ana ʒ ij. ſumat ʒ ij. cum decocto hordei, violarum, prunorum, glycyrrhizæ, ſeminum lactucę, cucurbitę; quib. quoque aquę roſaceę aut bugloſſę nonnihil permiſceri poterit in eundem finem, necnon ſyrupus papauerum, vt ſomnum conciliemus.

℞ caſſię recenter extractę ʒ j. ſyr. roſarum ſolutiui ʒ

Digitized by Google

ʃs. aquarum buglossæ, boraginis, violarum ana ʒ j. fiat *Haustus:* detur sequenti die in aurora.

℞ rad. graminis ʒ j. florum cordialium ana p. j. foliorum acetosę, endiuię ana m. j. ſs. violarum m. j. seminum cucurbitę, melonum ana ʒ j. ſs. vuarum passarum ʒ j. polypodij quercini ʒ ſs. rhabarbari electi ʒ ij. tamarindorum ʒ iij. coquantur in aqua q. ſ. ad ℔ j. colaturę adde syr. de multiplici infusione rosarum ʒ iij. fiat *Potio.*

℞ electuarii de succo rosarum ʒ ij. diacatho. ʒ ij. syrupi violarum, de multiplici infusione rosarum ana ʒ ſs. decocti hordei ʒ iij. fiat *Haustus.*

℞ hierę picrę ʒ j. diagrid gr. vj. salis gemmę ʒ ſs. mellis per coctionem concreti; fiat *Suppositorium.*

℞ conseruę rosarum, violarum ana ʒ v. conseruę buglossę, nymphęę, diarragacanthi frigidi ana ʒ ſs. diamargariti frigidi ʒ j. seminis acetosæ, portulacę ana ℈ j. syr. violarum q. ſ. ad *Electuarij* mollis consistentiam; aliquoties in die accipiat dragmam.

℞ aquę buglossę, rosarum, violarum ana ʒ v. diatrion santali ʒ j ſs. aceti & croci parum; fiat *Epithema;* quo calente cor irrigetur.

℞ florum violarum m. ſs. rosarum m. j. ſs. foliorum lactucę m. ij. ſs. seminis papaueris albi, lactucę ana ʒ iij. coquantur in sufficienti quantitate aquæ ad tertias, sub finem parum adde aceti, fiat *Embroca,* quo calente parum coronalis commissura irrigetur tonsis capillis.

℞ olei rosacei ʒ j. aquæ rosaceæ ʒ iiij. aceti ʒ ſs. misceantur, frontique panno lineo illis imbuto applicetur.

℞ syr. violarum, nenupharini ana ʒ j. ſs. papauerini ʒ j. decocti violarum, capitum papaueris albi vncias nouem; fiat *Iuleb:* detur tempore somni, eundem vt concilies. In eundem finem galli ę iusculum paretur cum foliis lactucæ, capite vno vel altero papaueris albi. Aut fiat decoctum ex rosis, violis, foliis absinthii, capite vno papa-

Digitized by Google

papaueris, opii gr. j. ſumantúrque huius decocti ʒ .ij. cum iuſculo caponis. Item,

℞ hordei mundati m.iij. ſeminum cucumeris ʒ iiij. papaueris ʒ j. ſs. foliorum lactucę m.ij. coquantur in aqua q.ſ. ad tertię partis conſumptionem. In eundem finem lotio fiat faciei atque pedum ex decocto capitum papaueris albi, foliorum violarum, nenupharis, hordei excorticati, radic. mandragorę. Odoramentum quoque fiat ex dicto decocto.

℞ olei roſacei ʒ iij. aceti ʒ j. opii gr. ij. fiat *Mixtura*, quæ fronti temporibúſque applicetur modicè calens. Item inungatur cum capite lactis. quod bullitione extractum fuerit, ipſum caput raſum, aut ſequenti vnguento.

℞ vnguenti roſacei, populeonis ana ʒ j. olei nenupharini, mandragorę ana ʒ ſs. aceti ʒ j. fiat applicetur & temporibus. Si ſomnus his non concilietur, adde prędictis opii gr. iij. vel iiij. croci gr. v. omnia diligentiſſimè commiſceantur; fiat *Vnguentum* pro anteriori parte capitis temporibúſque.

℞ foliorum lactucę m.ij. florum roſarum m. j. ſeminum papaueris albi ʒ j. ſs. coquantur in aqua q. ſ. ad mollitudinem, addendo farinę tritici ʒ vj. olei violarum q.ſ. fiat *Cataplaſma* pro fronte.

℞ olei violacei ʒ j. nymphææ ʒ ſs. camomillę, papauerum ana ʒ iij. aceti guttas aliquot, cerę q.ſ. fiat *Vnguentum*, quo præſtat vti loco prædicti vnguenti, eò quod admodum ſit forte, repellit hoc, ſomnúmque conciliat.

℞ betonicę, fœniculi, maluæ ana m. j. ſs. florum camomillæ, meliloti, ſambuci ana m. j. ſeminum lini, fœniculi, fœnugræci ana ʒ ſs. coquantur in aqua q. ſ. ad tertiæ partis conſumptionem, fiat pro capite *Fotus*; verſus declinationem enim mali reliquias reſoluit. In eundem finem catuli vnius menſis per medium dorſum ſecti, aut pulli columbini viui, pulmoné que calentes arietis aut pecoris, commiſſuræ coronali applicentur

Digitized by Google

actu calentes donec refrigeſcant; poſtquam refrixerint, ponantur in decocto calente camomillæ, roſarum; & iterum applicentur vti prius, ídque multis vicibus repetatur.

℞ oxymellis ſquillitici, ſyr. de duabus rad. ana ʒ ij. gummi prunorum ʒ ij. decocti fructuum alkekengi, rad. petroſelini, ſaxifragiæ ℔ j. fiat *Potus* ad prouocandum vrinam, eóque in fine augmenti potiùs vti poterimus quàm in principio, cùm obſint calefacientia.

APPENDIX
ad prædicta pro curatione PHRENITIDIS inſeruiens.

Cùm vix quicquam in hoc malo medicamentis præſtare liceat, ſi apoſtema abſoluatur; omnium primò, ne immanitatem ſumat, ſanguinem, vt prædictum eſt, mittemus, ſi nihil obſtiterit; cùm nullum eo ſit magis præſens remedium. Primò tamen aluus ſubducatur clyſterio leniente. Eodem quoque tempore humores, ſanguinémque ad caput ruentem, repellentibus medicamentis arcebimus; cucurbitulas verò cum ſcarificatione ſi aliquam ob cauſam venæ ſectio prætermiſſa fuerit (aliâs fiet ſine ſcarificatione) admouebimus partibus capiti ſubiectis, viciníſque, vt humoris impetus ad caput ſiſtat. Demum vt ſanguinis feruor nonnihil temperetur (facilè enim in bilem hic ſolet mutari) ſerapium conueniens, quod ſomnum etiam allicere eadem opera poſsit, propinetur. Deinde purgantibus medicamentis humores acres è corpore educemus. Poſtea frictionibus partiúmque extremarum ligaturis, necnon lotionibus, eoſdem quoque humores à capite auertemus. Cerebrum deinde roborabimus. Quæ omnia nunc anteáque dictis medicamentis feliciſsimo cum ſucceſſu conſequi poterimus, ſi vniuerſalia particularibus debita ratione adhibeantur. Sitim interim quoque ſedare debemus, cùm plurimùm moleſta hîc eſſe ſoleat: in quem finem detur ʒ j. ſucci ribes cum decocto conuenienti. Somnum quoque aptis medicamentis conciliabimus: vrinámque, ſi neceſſum eſt, prouocabimus.

Digitized by Google

mus. Semper quoque hîc omnibus medicamentis quæ intrò sumuntur ea admiscebimus: quæ vt morbum, sic etiam partem affectam respiciant.

Methodus pro Cognitione

CATARRACTÆ SEV SVFFVSIONIS INSERVIENS.

SVFFVSIO est vbi visio paulatim hebescit, propter humorem lentum & glaciei modo concretum, qui iuxta foramen pupillæ, vel inter crystallinum humorem & rhagoidem tunicam obhæret, prohibens trânsitum specierum rerum obiectarum, eaque ratione visum impediens. Contingit autem cum humorem eò deferri per opticum neruum è cerebro, sæpè ita lentè vt animaduerti non possit in initio. Aliquando etiam repentè pauciſſimisque fit diebus; eò autem humore circa pupillam obhærente, externæ rerum speciesimpediuntur, ne crystallino humori præcipuo videndi instrumento communicari possint, diciturque hoc malum in principio imaginatio, in augmento nebula, eò quod nubes videatur tandem apparere.

PARS AFFECTA est oculus ipse, qui circa pupillam potissimùm afficitur. Proprio autem vitio id aliquando contingit, tunc neque simul incipit, neque eodem modo vterque afficitur; subinde enim alterum tantùm occupat oculum. Præterea continuò hîc suffusionis symptomata percipiuntur. Si verò propter consensum oris ventriculi fiat, tunc visa vtrique oculo simul & similiter apparent, tunc neque obscuritas, neque concretus obseruabitur humor: tunc autem potissimùm hoc accidit, cùm ventriculi concoctio bona non fuerit. Rursus à stomacho prouenire indicat alleuiatio post vomitum: id quod sæpe fit tempore crisis, cùm

Digitized by Google

tunc natura ſæpe id quod noxium eſt, oculumque perturbat, hac ratione expellat, dum ſtomachi vitium in cauſa fuerit: huiuſmodi autem ſymptomata perpetuò non apparent; ſi enim concoctio ſtomachi bona fuerit, nulla ſymptomata tunc oculum moleſtabunt; à ſtomacho enim dum prouenit, intenditur, remittitur, vel omninò intermittitur, prout ſtomachus bene vel malè concoquit, neque vnquam in pupilla tenebroſi quicquam obſeruatur per plures etiam menſes. Eſt autem morbus in compoſitione ſeu numero, cùm aliquid toto genere præter naturam ſuccreſcat.

SIGNA. In mali huius exordio, ſolummodò quidam ſpiritus atque fumi, aliàs etiam muſcæ vel culices, necnon caliginoſa quædam corpuſcula, ſubinde etiam lucentia, oculis obuerſari videntur. Incerto autem videntur motu huc atque illuc agi. Aliis verò aranearum telæ, aliàs verò lanarum filamenta oculis obiici videntur. nonnunquam circuli circa lucernas apparent, aliaque huiuſmodi ſimulachra non conſueta oculis offundun-
tur: viſus autem paulatim hebeſcit, prout ipſe vapor tenuis, humorque incraſſeſcit & congelatur, tuncque quaſi nubeculæ videntur oculis obuerſari. Omnium poſtremò, ex maiori congelatione in panniculum vertitur, tuncque pupilla turbida eſſe incipit & tenebroſa, temporeque color ipſius maris in oculo apparet, & eouſque progreditur tandem malum, donec æger amplius non videat, cùm ſcilicet totum pupillæ foramen occludit, lumen interim animaduertit adhuc. Si autem minima eius humoris quantitas pupillæ obiiciatur, ita vt circumſtantes partes puræ ſint, foraminulentum videtur corpus obiectum eſſe. Tandem malo progrediente, pupilla vix lumen tranſmittit, & ad albedinem mutatur; hinc aliquibus cæruleus fit oculi color, aliis verò glauceſcit. Hoc vitium alterum ſæpe occupat oculum, & poſtquam ſemel radices egit, continuò immoratur.

CAVSA Frigidi craſſique humores in opticum neruum incidentes, vel inter humorem cryſtallinum rhagio-

rhagoidémve tunicam concreſcentes, hoc malum efficiunt dum pupillę foramen obſtruunt; vnde externarum rerum ſimulachra quæ ad videndi facultatem importari debent; ratione obſtructionis impediuntur, ne cryſtallino humori, qui præcipuum eſt inſtrumentum vilus, communicari poſſint.

PROGNOSTICA. Inter leuiores ſuffuſiones ea deterior eſt, quæ grauioribus morbis, ex magníſque capitis doloribus orta eſt: poterítque in principio hoc malum curari; verùm ſi diu conſtiterit, ſuffuſió que glauceſcat, oculus viſu priuabitur. ferè autem, quę ſine ſplendore eſt ſuffuſio, & quę ad candorem vergit, curam non recipit. Rurſus ſi liuida, nigra, vel multum flaua eſt ſuffuſio, neque medicina, neque acu curari poterit; ſic nec ea quæ nihil concreſcentis materiei intuentibus exhibet, ſed oculi videntur clari atque ſereni, & tamen nihilominus nihil vident, dicitúrque gutta ſerena, tunc nihil quoque in ſuffuſione medicamentis proficiemus, quæ pupillæ figuram commutauit. Si humor panniculi conſiſtentiam fuerit conſecutus, non niſi acu per corneam tranſmiſſa curari poterit, neceſſú nque eſt vt humor concretione firmitudinem conſecutus ſit; niſi enim acui ſubiici poſſit, anceps eſſe ſolet cura: in quintum autem vſque annum acui inidoneum eſſe ſolet concretum; vetuſtatem autem ſi ſapiat, curam non admittit. Si autem id quod accreſcit, perfrictum diducitur, neque ſic manet, ſed iterum rediens iungitur, colorémque exhibet obſcurè album, curam admittere videtur.

Digitized by Google

Methodus pro curatione

SVFFVSIONIS INSERVIENS.

Perficitur autem ſubſequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr ſit calidus atque ſiccus.
Cibus. Conueniunt carnes gallinarum, caponum, pullorum, auicularum montanarum. Conſultò abſtineat ab iis quæ corpus nimium humectare poſſunt. Inter olera; fœniculum, betonica, ſaluia, ſerpyllum, maiorana pulegiumque conueniunt.
Potus ſit decoctum cinnamomi, aqua mulſa: vinum verò inhibendum eſt.
Exercitium ſit moderatum, infernarumque partium frictiones frequenter inſtituantur.
Somnus ſit breuior conſueto tempore.
Excrementa alui quotidie reſpondeant.
Animi perturbationes, vt mœſtitia, aliique huiuſmodi immodici affectus animi vitentur, gaudiumque amplectatur.

PRÆPARANTIBVS.

Oxymel ſimplex.
Mel roſatum.
Syrupi ſtœchados.
Syr. de hyſſopo.
Aqua fœniculi, betonicæ, euphragiæ, hyſſopi, maioranæ.

VACVANTIBVS.

Venæ ſectio fiat cephalicæ eiuſdem lateris in mali principio, modò plethoricum ſit corpus; alioqui admittenda non erit, cùm hinc cerebrum magis refrigerari

gerari contingat, eáque ratione maior excrementorum copia generari possit.

Pillulæ.

Aureæ, cocciæ.

De agarico.

Lucis maiores.

Assaieret, mastichinæ.

Sine quibus esse nolo.

Hiera picra.

Agaricus trochiscatus.

Sæpius autem purgandus quoque hîc est æger ab aquosa materia quæ hoc malum fouere solet.

AVERTENTIBVS.

Venæ sectio in fronte, missióque fiat sanguïnis è naribus.

Clystere ex radicibus fœniculi, floribus stœchados, camomillæ, meliloti, centaureæ minoris, betonicæ, seminibus anisi, fœniculi, colocynthide, diacatholicone, hiera Galeni, hiera diacolocynthidos, oleo camomillæ, liliorum,

Sapo aut sanguisugę post aures applicentur, aut eorundem loco cauterium fiat.

Frictiones atque fotus ex aqua calente partium extremarum, earundémque ligaturæ dolorificæ.

Apophlegmatismi.

Masticatoria è cubebis, semine fœniculi, mastiche, pyrethro.

Cucurbitulæ cum scarificatione occipitio sunt affigendæ.

Sternutatoria medicamenta.

Seto ceruici affigetur magno cum commodo.

Cauterium ex cantharidibus, fermento, stercore columbino post aures, aut in commissura coronali potius fiet quàm in occipitio, eò quòd maior sit consensus cum oculis; per plures autem menses fluere permittatur humor.

Digitized by Google

CONFORTANTIBVS, *discutientibúsque reliquias.*

Collyrium ex aqua euphragiæ, chelidoniæ, fœniculi, in quibus aliquid mellis, pompholygis, sagapeni dissoluatur.

Melli conserua fellis permisceatur pro pueris; plurimùm enim iuuat cùm fel multum subtiliet.

Aqua mellis destillata.

Fel caprinum, porcinum, fœniculi succo dissoluatur.

Sagapenum in aqua mellis resoluatur destillata, aut aqua rosacea, per aliquot eo menses maximo cum commodo vretur.

Lotio capitis ex decocto foliorum betonicæ, maioranę, absinthij, fœniculi, florum stochados in lixiuio.

Mithridatum, theriaca, diamargaritum calidum.

Diagalanga, diarhodum abbatis, diamuscum dulce, conserua buglossæ.

Decoctum guaiaci cum rebus capitalibus; aut eius loco decoctum fœniculi, euphragiæ, betonicæ, caryophyllorum, cinna momi, cubebarum, maceris.

Aqua mellis oculis instilletur.

Collyrium è melle, succóque fœniculi atque felle fiat.

Vrina infantis facultate sua exiccatoria curat humiditates malum fouentes.

Lotio capitis ex decocto maioranæ, rutæ, stœchados, fœniculi, betonicæ, euphragiæ, absinthij.

Vnguentum ex felle perdicis, succo fœniculi, melle.

Punctio cum acu non fiet antequam materia suffusionis mediocriter concreuerit.

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAMENTA *nobilia in* SVFFVSIONE, *sæpius cum summa salute plurimorum ægrotorum a Gualtero Bruel experta.*

CVRATIO

CVRATIO SVFFVSIONIS.

℞ florum camomillæ,meliloti ana m.ij.betonicæ,euphraſiæ, centaurei minoris, fœniculi ana m.j.ſe.ſeminum aniſi,fœnibuli ana ʒ iij.agarici ʒ j.ſe.colocynthidos ʒ j. coquantur in ſufficienti quantitate aquæ ad lb j.ſe.colaturæ addantur benedictæ laxatiuæ ʒ vj.olei rutacei,liliorum an ʒ j. ſe. ſalis communis ʒ j.fiat *Enema:* ſemel in ſeptimana ante prandium iniiciatur.

℞ ſyr.de hyſſopo ʒ ſe. ſyrupi ſtœchados, oxymellis ſimplicis,ſquillitici ana ʒ j.aquarum euphraſiæ, fœniculi, betonicæ ana ʒ iiij. miſceantur, fiat *Iuleb.* dentur vncię quatuor in aurora per quatuor aut quinque dies.

℞ pillul.lucis, cochiarum aurearum ana ℈ j.agarici trochiſcati ℈ ſe.ſyrupi ſtœchados quantum ſatis; fiant *Pillulæ* ſeptem vel octo numero: ſumantur poſt noctis dimidium cum pulpa pomi.

℞ hieræ diacolocynthidos ℈ ij.ſe.agarici trochiſcati ℈ j. nucis muſcatæ grana vj. ſucci centaurei minoris quantum ſatis;fiant *Pillulæ:* dentur bis vel ter in menſe.

℞ theriacæ magnæ, aureæ Alexandrinæ ana ʒ j. nucis muſcatæ,cinnamomi,caryophyllorum ana ʒ ſem.ſeminum fœniculi,euphraſiæ ana ʒ j.ſe. conſeruæ anthos ʒ j.ſe.ſyrupi ſtœchados quantum ſatis; fiat *Electuarium* molle. ſumat ʒ j. ter in ſeptimana, quatuor horis ante prandium.

℞ florum camomillæ m.ij.ſe.foliorum maluæ,althęę ana m.ſem.ſeminum fœnugræci,lini ana ʒ ſe.mediocriter contundantur & coquantur in aqua q.l.fiat *Fomentatio* oculi antequam collyria inſtillentur cum ſpongia liquori immerſa nonnihilque expreſſa. Aut,

℞ florum camomillæ,meliloti,fœniculi,betonicæ ana m.j. ſeminum fœnugræci ʒ j. coquantur in aqua & vino quantum ſatis;fiat *Fotus* pro oculo.

℞ decoctionis chelidoniæ, betonicæ, roſarum, tormentillæ ʒ ij.ſucci fœniculi,euphraſiæ ana ʒ iij.myrrhę ʒ j.mellis deſpumati q.ſ.fiat *Collyrium.*

℞ pulueris capitis hirundinum ʒ ſe. fellis lucij ʒ ij.

Digitized by Google

põpholygis ℥ j. ſe myrrhæ ℥ ſs. aquæ decoctionis tormentillę, fœniculi ʒ j. mellis deſtillati q.ſ. fiat *Collyrium*. Palpebræ autẽ & mox oculo imponentur collyria acria.

℞ aquæ mellis deſtillatæ vncias aliquot, iis ſaccharicandi aliquid immiſceatur & myrrhæ; huius liquoris gutta vna aut altera oculo inſtilletur; fiat *Collyrium* præſtans.

℞ terebinthinæ ʒ ij. ſulfuris viui ʒ j. ſe. mellis roſati ʒ vj. ſalis communis ʒ iij. ſuccꝰ fœniculi, vrinæ pueri ana ℔ j. diſtillentur pro *Collyrio* Si doleat oculus à collyrio, oui albo conquaſſato, aut lacte mulieris, aut aqua roſata mitigetur.

℞ aquarum fœniculi, euphraſiæ ana ʒ iij. vitrioli albi ℥ ij. alo ë ℥ j. fiat *Collyrium*.

℞ centaurei minoris, maioranæ, betonicæ, abſinthij ana m. ij. fœniculi, maioranæ, ana m. ſs. florum flœchados m. j. nuces muſcatas numero ij. coquantur in æqua portione aquæ & vini fiat *Lotura* pro capite.

APPENDIX
ad prædicta pro SVFFVSIONIS curatione.

Clyſterio via paretur naturæ ad expulſionem ſuperfluitatum; hinc vena proximo die ſecetur modò corpus ſit plethoricum. Demum naturæ obediens reddatur materia mali poſtea purgante medicamento expellatur, quod iteratis debet fieri vicibus. Hinc cauterium fiat ex fermenti ʒ iij. cantharidalis capitibúſque abſciſſis numero vj. fiat cauterium quod coronali commiſſuræ applicetur aut poſt aures. Apponantur demum ficus cum melle, flueréque permittãtur veſicuæ apertæ. Plurimùm autẽ poſt aures appoſitum cauterium iuuabit aut eius loco ſtonem cornici affigemus. Hinc extremorum ligaturis ſternutatoriis medicamentis, errhinis, apophlegmaſmis fricationibus clyſteribus, acribus ſuppoſitoriis materia auertetur. Poſtea quæ caput viſúmque roborare poſſunt reliquiáſque diſſoluere præſcribantur. Mitioribus autem incipiemus medicamentis; ſic enim melius aſſueſcet admittere

Digitized by Google

admittere præstantiora addentur autem ea quæ oculi ardorem remittere possunt si aliquis excitatus sit. Dum autem per ventriculi consensum fit suffusio in eo collecta vacuentur. Si autem ita malum increverit vt nubeculæ iam oculis obuersari videantur tunc purgantia ventriculum, necnon caput imperanda sunt. Demum optimè digerentia discutientiáque medicamenta oculo accommodabimus, quòd collyriis commodè fieri poterit. Consultum quoque erit tunc temporis cauterium in occipitio excitare, ne humores ad oculum vi digerentium ruant maiori impetu, vnde etiam inflammatio concurrere posset. Suffusio per consensum ventriculi facta sæpe curatur vomitu; cauendum autem ne fiat capite pleno existente, ne materia ruat ad neruos opticos. Pillulæ quoque masticinæ plurimùm hîc valent si frequenter offerantur. Si verò absolutæ fuerit suffusio, humor qui pupillæ obiicitur, remoueri debet acu ad parnum oculi angulum, debétque humor mediocris esse consistentiæ dum hæc fient cùm liquidus acum vi remoueatur, vix admittet. Tenax verò si nimium fuerit, tunicam potius lacerabit quàm abducet; adde quòd dolorem præterea maximum causabit.

Methodus pro cognitione

OPHTHALMIÆ INSERVIENS.

OPHTHALMIA seu lippitudo est inflammatio tunicæ vel membranæ agnatæ seu coniunctiuæ oculi, ex oculorum angulis in totam membranam effusa. A pericraneo autem originem habet frequenter hoc malum, à quo venæ in oculum mittuntur per frontem & tempora.

PARS AFFECTA, est oculus, & præsertim ipsius tu-

Digitized by Google

nica agnata, quod manifestissimè patet ex ipsa videndi functione lęsa,& ex læsione manifesta ipsius oculi,necnon ipsius tunicæ agnatæ.

SIGNA. Concurrit oculi tumor,dolor grauans,atq; rubor. Sępe autem ita in tumorem attollitur,vt tunica, necnon partes quæ in viciniis sunt,admodũ tendantur, imò aliquando etiam ipse oculus vsque ad malas intumescit. Lacrymę etiam fœcũdę ex oculo decidunt à vehementi dolore accersitę;tanta enim aliquando pũctio concurrit oculi,vt acu alióve corpore pũgenti stimularĩ videatur. Principium autem morbi indicant huiusmodĩ tenues humores. Hinc sordes subsequuntur,quę in maioribus oculorum angulis inhæresc unt,erúntque incrementi testes. Paulatim autem sordes ita incrassescunt, vt oculos quasi gluten oblinant,statúinque mali adesse significant. In hoc malo quoque arteriæ circumsitæ validè pulsant. Venę quoque exiles quæ in albo oculi antea latebant, iam tumidæ & conspicuæ fiunt, rubescitque quod album esse solebat. Atque prædicta signa prout intensa sunt & magna,ita etiam affectus magnus est,& prout sunt mitia,ita etiam affectus leuis est.

CAVSA. A tribus potissimùm causis excitari solet hoc malũ. Primò quidem à plenitudine,magnáve sanguinis copia originem frequenter habet,vnde contingit membranam agnatam humorib. impleri atque distendi. Tunc fit pulsatio temporum multa, dolor magnus circa oculũ versatur. Venæ videntur latę,facies tunicáque agnata fit rubra,palpebrarúmque sæpe clausio. Lacryma fluit non multũ erodens neque acris. Adde quòd ætas,victus ratio, temperamentum, anni tempus,regio calida & humida præcessit. cuncta quoque circa oculũ rubea sunt, non solùm agnata tunica, sed etiam ipsa facies. Si à sanguine pituitoso fiat,hęc non ita intenduntur. Vti autem frequenter fit à sanguine,sic etiam sępenumero à bile fit acri atque tenui e temporum angulorúmq; venis in oculorum venas latenter irruente: túncque lacrymę admodum feruidę erodentésque effluunt,

vt

vt partes vicinæ etiam vri videantur ; nonnunquam etiam exulcerantur. Excrementa tunc circa oculorum angulos coaceruantur ſicca atque aſpera. Huius humoris teſtes erunt ętas, tempus anni, temperamentum bilioſum, victus ratio pręceſſit acres humores generans. Fit etiam ſubinde, rariùs tamen, à flatuoſo ſpiritu ventoſitatibuſque ; tuncque admodum tunica agnata extenditur, ita quidem vt ſępe rumpi videatur, vnde plurimum quoque dolet. Tunc non currunt, neque ſuboriuntur lacrymę niſi ſubinde paruę ; non tanta percipitur grauitas oculi neque feruor, eroſióve, etiam ſi ſubinde rubor appareat.

PROGNOSTICA. Ophthalmia frequenter perducit ad exitum vueæ, cùm cornea tunica ſępè diſrumpatur per corroſionem aut putrefactionem ſi diu duret malum, materiáque erodens continuò ad oculum fluat. Ophthalmia quę venit à velaminibus intrinſecis, & quæ à cerebro eſt orta, deterior eſt illa quę venit à panniculo cooperiente craneum. Quanto magis lacrymæ currunt & in ſe habent mordacitatem & acuitatem, tanto citiùs reducitur ophthalmia ad ſtatum. Periculum autem eſt exulcerationis ipſius pupillæ cùm ſalſa fluit lacryma multumque calida. Si ophthalmia laborantibus continuò diuque doleat oculus, periculum cæcitatis affert. Ophthalmia laboborans ſi alui profluuio corripiatur, bonum eſt. A tumore magno, ſicco, parúmque dolente nullum periculum impendet. A tumore autem magno, ſicco, multúmque dolente, periculum eſt ne oculus exulceretur.

Digitized by Google

Methodus pro curatione

OPHTHALMIÆ INSERVIENS.

Perficitur autem ſubſequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr ſit frigidus, ſiccus & obſcurus.
Cibus nonnihil refrigerans, parúmque ſit alens, exiguáque primis diebus quantitas offeratur.
Potus ſit aqua hordei.
Motus vitandus, quieſque imperanda.
Somnus paulò ſit tempore conſueto longior, humorum enim agitationem dolorémque ſedat.
Excrementa alui reſpondeant indies arte, aut natura.
Perturbationes animi fugiendæ.

PRAEPARANTIBVS.

Syrupus roſatus, de roſis ſiccis.
Violarum, granatorum.
Oxalidis, nymphææ.
Acetoſus ſimplex.
Aqua oxalidis, endiuiæ, plantaginis, roſarum, violarum.

VACVANTIBVS.

Syr. ex multiplici infuſione roſarum.
Diaprunum ſimplex, diacatholicum.
Electuarium de ſucco roſarum.
Pillulæ aureæ, aggregatiuæ, lucis.
Hiera picra, hiera diacolocynthidos.
Tamarindi, myrobalani, rhabarbarum, manna, caſſia.
Diaphœnicum.
Pillulæ cocciæ, alephanginæ, ex hiera picra, de agarico, fœtidæ.

Venæ

Venæ ſectio fiat omnium primò ipſius cephalicæ eiuſdem lateris, ſi magna plenitudo adſit, magnuſque ſit affectus, ſanguiníſque ſatis magna educatur quantitas; nam venæ ſectio magna ex parte malum ipſum eradicabit; ſi bilis tamen aliis humoribus plus abundet, non tantum ſanguinis detrahemus atque ſi à dominio ſanguinis fiat, ſed alterantibus vacuantibuſque medicamentis compenſabimus.

A fortioribus abſtinebimus etiam hîc medicamentis; periculum enim eſt ne humores exagitati medicamento valido in oculum confluant maiori copia. Prioribus autem vtemur dum multum fuerit ſanguis biliоſus, ſequentibus verò, ſi potius aquoſus, aut nimium fuerit phlegmaticus.

AVERTENTIBVS.

Venæ frontis ſectio fiat.

Clyſtere, ſuppoſitorium.

Frictio, ligatio, lotio pedum, ſpatularum, brachiorum, coxæ, crurum.

Cucurbitulæ cum ſcarificatione ſcapulis, collo, ſummitati brachiorum initioque ceruicis affigendæ.

Hirudines etiam venis frontis applicari poterunt, aut poſt aures, ſi venæ ſectio omiſſa ob aliquam cauſam fuit.

Cauterium in coronali capitis parte (prius raſis capillis) applicetur.

Gargariſmus, maſticatorium.

Paracentheſis fiet apprehenſa cute ceruicis ipſis digitis, acuſque filum craſſum habens traducetur, atque inſtar fontanelli per dies quadraginta effluere ſinemus capitis excrementa, trahendo aliquando huc atque illuc ſetam immiſſam, vel comprimemus ceruicis cutem cum forcipe habente duo foramina, & cum ſtilo ignito cutis perforetur, hinc acus accipiatur, cui imponatur funis ex ſerico ſatis craſſus, vt nõ corrũpatur citò, moueaturque quotidiè bis aut ter, ſerueturque apertum, vt prædictum fuit.

Digitized by Google

REPELLENTIBVS *modicè viáſque per quas materia ruit, contrahentibus.*

Fomentatio fiat ex aqua tepida ſæpius in die, in qua coquantur roſæ, violæ, flores nymphææ, folia & radices plantaginis, ſemina papaueris albi, myrtilorum, radices mandragoræ; huic verſùs augmentum addemus prædictis folia maluæ, camomillæ, meliloti.

Circa ſtatum, addemus fœnugræci ſemina.

Inſtilletur oculis aqua roſacea.

Collyrium ex tragacantho, pompholyge, gummi Arabico, maſtiche, bolo Armena, corallo rubro, quibus parum opii addere poſſumus, ſi dolor iſtis medicamentis non ſuperetur, efficacia enim magna fluxum humorum ſiſtit.

Liquor ouí lacte mulieris permiſtus oculis apponatur, aut idem liquor cum decocto papaueris albi, aut aqua roſacea, mulieriſque lacte commixtus.

Aqua roſacea, ſolani, plantaginis, in quibus papaueris ſemina decoquantur, quibus tandem etiam liquor albuminis ouí conquaſſati permiſcebitur.

Trochiſci albi Raſis cum aqua roſacea diſſoluantur, ſi dolor magnus adſit.

Cataplaſma ex capitibus papauerum, roſis, balauſtiis, ſolano, plantagine, corticibus granatorum, bolo Armena, ſanguine draconis; fronti temporibuſque adaptetur cum ouí vitello.

Emplaſtrum ex farina fabacea, ſemine lini, fœnugræci, aceto, albuto, albumine ouí, fronti applicetur.

Si per venas & arterias fluat humor extra craneum exiſtentes, oculis imponantur non multum ſtiptica; periculum enim ex fortioribus impendet, ne materia intrò pellatur ad oculorum neruorumque concauitatem, ſicque cataractam cæcitatemque inducant perpetuam; quod magis quoque metuendum erit ſi per venas fluat materia in cranco hærentes, cùm ſic quoque validius congelent materiam circa neruos opticos.

In

In ambitu autem potiùs oculi, aut temporibus frontíque accommodabuntur ea quæ multum adſtringere poſſunt non ſupra partem affectam. ter autem aut etiam quater in die renouentur, aut etiam ſæpius, ſi dolor multum vrgeat. Stupefacientium autem medicamentorum non erit hîc vſus, niſi dolor admodum magnus ſit; viſum enim offendent. verſus autem morbi incrementum, reſoluentia repellentibus permiſcenda erunt, eóque magis eorum quantitas augebitur, quò magis ad declinationem ipſum malum tendit.

CORROBORANTIBVS, *reſoluentibúſque reliquias.*

Diatragacanthum frigidum, diamargaritum frigidum, decoctum radicum Cinæ.

Fœniculi aqua in qua aloës portio aliqua ſit eliquata, præſtans eſt. Lac mulieris, aut aqua roſacea in qua ſarcocolla ſit diſſoluta. Collyrium ex aqua euphragiæ, fœniculi, roſarum, pompholyge, aloë.

Fomentatio ex decocto florum meliloti, ſeminum fœnugræci aliquoties loti, medicamentum præſtans eſt.

Fœnugræcum lauetur bis aut ter aqua calente, hinc ad mellis ſpiſſitudinem coquatur.

Ouum vſque ad duritiem coctum quaſi, oculo adhuc calens apponatur.

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAMENTA nobilia in OPHTHALMIA, *ſæpius cùm ſumma ſalute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruel experta.*

CVRATIO OPHTHALMIAE.

℞ radicum fœniculi ʒ ij. hordei mundati m. ij. foliorum maluæ, mercurialis, violarum ana m. j. ſs. florum ca-

Digitized by Google

miomillæ,meliloti ana m.j. ſeminum cucumeris,melonum ana ʒ ? coquantur in aqua q.ſ.ad ℔ j.ß. colaturę adde electuarij de ſucco roſarum ʒ v. olei violarum ʒ iij. fiat *Clyſtere.*

℞ oxymellis ſimplicis,ſyrupi de ſtœchade ana ʒ j.ß. mellis roſati colati ʒ ß. aquarum fœniculi,roriſmarini, maioranæ ana ʒ ij. fiat *Iuleb.*

℞ caſſiæ recenter extractæ ʒ j. electuarij de ſucco roſarum ʒ j. ſs. ſyrupi ex multiplici infuſione roſarum ʒ j. aquarum lactucæ, violarum ana ʒ j ſs. fiat *Hauſtus.*

℞ pillularum ſine quibus eſſe nolo, cochiarum ana ℈ j. pillularum lucis ℈ j.ß. rhabarbari electiſſimi ℈ ſs. diagridij gr.iiij.ſyrupi ſtœchados q.ſ.fiant *Pillulæ:* dentur poſt primum ſomnum.

℞ maſſę pillularum de hiera cum agarico ℈ ß. pillularum lucis ℈ ij. diagridii gr. ij. ſyrupi ſtœchados & aquæ euphraſiæ q.ſ.fiant *Pillulæ* vj.vel ſeptem.

℞ diamargariti frigidi ʒ ß. diatragacanthi frigidi ʒ v. ſyrupi de roſis ſiccis, violarum ana ʒ j. fiat *Mixtura.*

℞ aquæ roſaceæ ʒ iiij. mucilaginis fœnugræci ʒ ß. albuminis oui conquaſſati ʒ j.ß. lactis mulieris ʒ j. miſceantur,oculóque circumponantur. In principio mali multum conuenit; dolorem equidem remittit, & humoris impetum ſiſtit.

℞ aquæ roſaceæ, decocti papaueris albi ana ʒ ij. albuminis oui in aquam diſſoluti ʒ j. camphoræ,croci ana gr.iiij.opii ſi dolor plurimum vrgeat gr.j.miſceantur & in oculum inſtillentur;hinc decocto meliloti oculus foueatur.

℞ pulpæ pomi dulcis & maturi ſub cineribus cocti ʒ iiij. camphoræ ℈ j.ß. croci ℈ ß. aquæ roſaceæ, lactis mulieris ana q.ſ.fiat *Catapl.ſma* in dolore acerbiſſimo oculi.

℞ maſtichis,olibani ana q.ſ. cum albumine oui diſſoluantur temporibúſque applicentur, mirè valet aduer-

Digitized by Google

uersus humores fluentes ad oculos & dentes.

℞ lactis mulieris ʒ ij. v tella ouorum tria, farinæ seminis lini ʒ ß. olei rosacei ʒ j. simul permisceantur & apponantur in principio mali; modicè repellit & mirificè dolorem mitigat Emplastrum. E farina quoque hordei, thure, olibano emplastrum fieri poterit, quod optimè prohibet descensum lacrymarum ad oculum.

℞ thuris, balaustiorum, sanguinis draconis, boli Armenę ana ʒ j. albuminis oui q.s. ad incorporandum prędicta, tempore vsus dissoluantur in aceti quantitate sufficienti, in quo decocta sint rosæ, mastix, olibanum, sandala rubea; fiat *Emplastrum* fronti temporibúsque applicandum.

℞ boli Armenæ, mastichis, sanguinis draconis farina hordeaceæ ana ʒ j. ß. rosarum rubrarum m. j. albumen vnius aut alterius oui, olei rosacei ʒ j. ß. aceti parum fiat *Cataplasma*, quod fronti temporibúsque applicabitur, modo per externas capitis partes humores in oculum deriuentur, id quod magna ex parte accidit.

℞ mastichis, thuris, myrrhæ ana ʒ j. ß. boli Armenę, farinæ fabaceæ ana ʒ ß. croci ℈ j. cum albumine oui, oleo rosato & aceto auxillo, fiat *Frontale*, lana teláve linea excipiantur aut panno molliori iisdem imbuto, fronti accommodent.

℞ radicum mandragorę ʒ ij. foliorum violarum, rubi, salicis ana m. j. rosarum p. j. papaueris albi ʒ ß. seminum psyllii, cidoniorum ana ʒ j. coquantur in aquą q. s. ad tertię partis consumptionem, fiat *Fotus* ab initio mali dum adhuc fluunt humores. Addes autem prædictis versus augmentũ folia malvæ, althææ, flores camomillæ, meliloti, semina lini, fœnugræci, sarcocollam, auctis semper posterioribus, prout morbus versus statum declinationémve procedit.

℞ tutiæ præparatæ tenuissimè pulueriżatæ, ita vt per sindonem facilè traiici possit ß. camphorę gr. xij. hæc simul in sindone concluſa m da, in aquæ ro-

Digitized by Google

ſarum viníque albi ʒ iij. madeſcant, fiat *Collyrium*: guttę duæ vel tres in oculum inſtillentur.

℞ farinę hordei ʒ ij. croci ʒ ij. aquę roſarum & vitelli ouorum q. ſ. fiat *Emplaſtrum*, oculo placidè ſuperponatur; plurimùm enim in oculorum inflammatione, rubore, doloréque eorundem iuuat.

℞ lactis mulieris calentis, decocti papaueris albi, albuminis oui conquaſſati ana ʒ ß. in principio mali humorum fluxum inhibet, dolorem lenit, ſomnúmque accerſit.

℞ collyrii albi ʒ ß. mucilaginis pſyllii ʒ iij. lactis mulieris recentis ʒ iiij. miſceantur exquiſitiſſimè lapide pictoris, addendo albuminis oui conquaſſati ʒ j. fiat *Collyrium*.

℞ aquæ roſacęę ʒ iij. euphragię ʒ j. mucilaginis ſœnugræci ʒ ij. ß. camphorę ∋ j. albuminis oui aliquid, opii gr. j. terantur optimè lapide pictoris, fiat *collyrium*; ante tertium autem diem nullum collyrium oculis inſtillabitur.

℞ albuminis oui in aquam ſoluti ʒ j. ß. lactis mulieris ʒ iiij. ſucci camomillæ, aquæ roſacę ana ʒ j. opii gr. j. ſi doloris vehementia vrgeat, oculo inſtilletur, demum tela linea molliuſcula iiſdem imbuta oculo ſuperligetur, aliquotiéſque renouetur.

℞ florum meliloti m. iij. fœnugræci craſſiuſculè contuſi ʒ iij. coquantur in aqua q. ſ. ad tertias, fiat oculi fomentatio, liquore tepente ępius in die cum ſpongia, plurimum ſine offenſione diſcutit.

℞ collyrii Raſis ʒ j. ß. diſſoluatur in lacte muliebri, ſicque oculis inſtilletur. andémque coquantur ſemina fœnugræci in aqua communi bene lota prius, vt arenulę abſcedant: colatur, hac lauetur oculus, aut ſpongia foueatur ſi ab humoris acrimonia exulceratio aut adſit, aut impendeat.

℞ ſeminum fœnugræci contuſorum ʒ ij. florum meliloti m. ij. coquantur in aqua q. ſ. ad mollitudinem, fiat *Fomentatio* oculorum cum ſpongia, aut panno lineo duplį-

plicato aliquoties in die oculus fouebitur, admodum feliciter discutit. In eundem finem ouum coquatur duriusculè, oculóque calidum superponatur; præterquam enim quòd concoquit & digerit, ruboris quoque reliquias potenter tollit.

℞ medullæ panis alb ʒ j. madefiat in aqua rosacea, hisce adde pomorum dulcium ʒ ij. lactis mulieris q. s. fiat *Emplastrum* pro oculo.

APPENDIX
ad prædicta pro OPHTHALMIAE curatione inseruiens.

Omnium primò aluum subducere conuenit clysterio conuenienti. Hinc venæ sectio secũdo die instituetur prout prædictum est. Demum quæ repellere possunt materiam ad oculum fluentem, fronti admouebuntur, necnon in oculum iniicientur durante mali principio, quibus ea addemus quæ dolorem lenire possunt. Interim quoque humores crassos flatulentóque naturæ obedientes reddemus. hócque cùm consecuti fuerimus, purgante medicamento è corpore propellemus eosdem, qui si fuerint acres multùm, ita vt oculi erosionem minentur, absque vllo præparante medicamento præmisso: statim vacuabimus. Demum ventosis, frictionibus, lotionibus, clysteribus materiam ad oculos ruentem auertemus. Hinc resoluentia repellentibus permiscebimus quinto magna ex parte die, tunc equidem morbus ad incrementum plerumque peruenit: aqua autem rosacea sordes antea abluantur, hinc paulatim ad digerentia transibimus: quæ omnia nunc anteáqu. dictis medicamentis facilè consequi poterimus, modò vniuersalia particularibus debita ratione adhibeantur. Prædictis verò si malum non vincatur, funiculus ex serico filo multiplicatus in posteriori capitis parte in initio ceruicis ex opposito oculorum ita traiiciatur vt hinc inde traduci possit: id fiat apprehensa digitis cute cum carne. Ophthalmia si fiat cum dolore capitis, oportet omnium primò dolorem edare, eò quòd dolor humorem excitet sicque causam mali auget: quo sedato, inflammatio sedanda est ingeniis prædictis. Inflammatio si à percussione

Digitized by Google

facta sit, aqua rosacea cum albumine oui concutiatur, inter reliqua enim maximè conuenit sta im à principio. Si parua sit inflammatio, sufficit ad remouendum malum aqua rosacea, aqua albuminis ouorum, lac muliebre. psyllij mucilago: instilletur oculis, & lineus pannus iisdem liquoribus imbutus, oculo superponatur. Sæpius autem in die renouanda erunt remedia, quater nimirum vel quinies. augmento instante aliquid sarcocollæ, quod tam digerentem quàm repellentem vim habet, in lacte mulieris dissoluemus.

Methodus pro cognitione

GRAVITATIS AVDITVS INSERVIENS.

GRAVITER audientes dicuntur, qui exiguas voces penitus non audiunt, magnáque vix percipiunt. Vbi autem auditus ita offensus fuerit, vt neq; magnas, neque exiguas voces percipiant, surdos nihílque audientes dicimus. Sola itaque magnitudine distant gradius auditus atque surditas.

PARS AFFECTA. Ex functione læsa aures ipsas hîc affici constat. Contingit autem aures hîc oblædi per se, dum primum audiendi instrumentum afficitur; per accidens verò, cùm cerebrum vnde facultas efflorescit, aut neruus per quem eadem defertur facultas, obleditur. Si propter cerebri læsionem fiat, tunc præter lęsionem ipsius cerebri etiam alij sensus afficiuntur. Est autem symptoma pertinens ad actionem læsam facultatis audiendi, cùm sit diminuta aut ablata. sequitur autem symptoma aut morbum in vnitatis solutione, aut morbum in compositione.

SIGNA. Ex ægri ipsius quetimoniis malum hoc innotescit.

CAVSÆ.

Digitized by Google

CAVSA. Frequentissimè intemperies cerebri aut organi auditorij frigida in causa est. Fit quoque frequenter à crassis frigidisque humoribus qui ad aures protruduntur, iisque impinguntur; omnium enim maximè huiusmodi humores ipsos sensus sensuúmq; functiones consopire solent: id autem potissimùm indicabit capitis partiúmque affectarum grauitas, alij quoque sensus impediti fuerunt. bilioſus quoque sanguis sursum ascendens aliquando auditus meatum obstruit dum eius magna copia in primum audiendi organum illabitur, quod sæpe fit tempore crisis in febribus acutis. A sordibus quoque aurium anfractibus concluſis, à scirrho, callo, carnoſóque tuberculo, ab vlcere, ab apoſtemate, à rebúsque extrinsecus incidentibus grauitas auditus quoque excitatur. Contingit quoque è subditis visceribus, & sæpe quidem à stomacho calidos copioſósque vapores in caput auréſque euolare, vnde audiendi sensus bene se habens, male tamen atque perturbarè homo audit, multique sunt qui ob hanc solam grauiter audiunt, potiſſimúmque hoc illis euenit, cùm viscera eorum impuris excrementis grauantur, acciditque hominem sic eodem modo malè audire, vti contingit malè illum videre in ea suffuſionis specie, quæ ventriculi vitio oritur; tunc per interpolationem malum infestare solet. Dolorem autem magnum sæpe excitant huiusmodi spiritus flatulenti, dum copia membranas validè distenduat, propterea quòd exitus illis non pareat; cuius signa sunt, sonitus distentióque aurium, idque abſque ardore grauitatéque.

PROGNOSTICA. Multum semper suſpectus est grauis auditus, & potiſſimùm paulatim increscens eò quòd temporis progreſſu perfectam surditatem inducat. Quæcumque ab origine, aut etiam poſtea abſolutæ fuerint surditates, nullo remedio curantur. Quæ verò abſoluta non est, diuturna tamen si fuerit, aut curationem non admittit, aut sanè quàm egrè curatur. Quę ve-

Digitized by Google

Nymphææ.
Intubi.
Aqua acetoſæ, bugloſſæ, cichorei.

Dum à craſſis frigidiſque humoribus, priori loco poſitis, cùm verò à calidis fit, ſubſequentibus vtemur medicamentis: ſic quoque purgantia conuenientia eligenda medicamenta erunt.

VACVANTIBVS.

Venæ humerariæ ſectio fiat eiuſdem lateris.
Electuarium de roſarum multiplici infuſione.
Pillulæ aureæ, aſſaieret.
Diaphœnicum.
Rhabarbarum, caſſia recenter extracta.
Aqua intubi, nymphææ.
Pillulæ coccíæ, de agarico, Arabic.
Diacatholicum.
Indum maius.
Hiera Galeni.
Agaricus trochiſcatus.

Frequentiùs reiteranda ſunt purgantia in hoc malo medicamenta, dum à craſſis humoribus fit auditus grauitas, ob humorum frigidorum pertinaciam.

REVELLENTIBVS.

Venæ ſectio.
Apoplegmatiſmata è pyrethro, maſtiche, pipere, linteolo tenui concludantur, maſticentúrque aliquamdiu in dies.
Errhina è ſinapi, pyrethro, ſucco ſampſuchi, cum vino albo.
Gargariſmus ex decocto florum ſtœchados, ſinapi, origani, calaminthæ, oxymelle ſquillitico addito.
Sternutamentum cientia è zinzibere, pyretro, elleboro albo.

CONFORTANTIBVS, *obſtructionem tollentibus, intemperiemque relictam emendantibus.*

Diamuſcum dulce.
Theriaca.

Digitized by Google

Conſerua anthos, ſtœchados.
Decoctum ligni guaiaci.
Mel in quo parum ellebori albi aut caſtorei maceratum ſit, eius gutta vna aut altera in aurem inſtilletur.
Rutæ ſuccus cum melle mixtus.
Decoctum ſtœchados, origani, maioranæ, abſinthij menthaſtri, cuius decocti vapor infundibulo traducetur in aurem.
Fomentatio auris ex aceti vapore plurimùm ſæpe profuit.
Oleum petrolei, amygdalorum amarorum, raphaninum, nardinum, ſuccus cepæ; horum gutta vna tepida in aurem immittatur manè & veſperi.
Oleum baccarum lauri, in quo ariſtolochiæ aliquid ſit diſſolutum.
Balneum naturale.
Electuarium diatrion ſandalorum.
Conſerua roſarum, bugloſſæ.
Oleum nymphææ, roſarum, violarum, amygdalorum amarorum.
Albumen oui cum lacte mulieris; horum gutta vna aut altera in aurem inſtilletur.

A craſſis humoribus ſi fiat hoc malum, prioribus: poſterioribus verò vtemur modò à calidis fiat. Quantitas autem eorum quæ auri inſtillantur, ſit gutta vna aut altera.

THEORICA ET EMPIRICA MEdicamenta nobilia in GRAVITATE AVDITVS ſæpius cum ſumma ſalute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruele experta.

CVRATIO GRAVITATIS AVDITVS.

℞ ſyr. ſtœchados ʒ iij. oxymellis ſquillitici ʒ j. aquarum betonicæ, hyſſopi, maioranæ, ana ʒ iij. fiat *Iulep.* dentur ʒ iiij. in aurora per ſex vel ſeptem dies.

℞ dia-

Digitized by Google

℞ diaturbith cum rhabarbaro, electuarij Indi maioris ana ʒ iij.ſe.ſyr. ſtœchados ℥ j. aquarum betonicæ ℥ iij.fiat *Hauſtus.*

℞ pillularum aſſaieret, ſine quibus eſſe nolo, ana ℈ j.cochiarum ℈ j.ſe.ſyr.ſtœchados q.ſ.fiant *Pillulæ:* dentur poſt primum ſomnum.

℞ pillularũ cochiarũ,ſine quibus eſſe nolo,ana ℈ j.ſe. trochiſcorũ alhandal gr.vj.cũ ſyr.de ſtœchade,fiant *Pillulæ* ſeptem. ℞ mithridati optimi ʒ j.theriacæ magnæ ℈ j.detur ſequenti die in aurora poſt vſũ pillularũ.

℞ rad.pyrethri,ſtaphiſagriæ,ſeminum ſinapi ana ℈ j. ſem.ſucci ſampſucchi ℥ iij.fiat.*Errhinum.*

℞ rad.pyrethri,piperi,ſinapi ana ℈ iiij.maſtichis ʒ vj. fiat *Apophleg.* ℞ rad.ellebori albi gr.xij. zinziberis, pyrethri ana ʒ j.ſe. pulueriſata cõmiſceãtur:fiat *Sternutatorium* medicamentũ,naribúſque nonnihil attrahatur.

℞ foliorum calaminthæ, origani,ſampſuchi , florum ſtœchados ana m.j.pyrethri,ſinapi ana ʒ j.ſe.coquantur in aqua q. ſ. ad tertias : addantur colaturæ oxymellis ſquillitici ℥ ij.ſe.fiat *Gargariſmus.*

℞ carnis cidoniorum ʒ vj.cinnamomi optimi ʒ j.ſeminum aniſi , fœniculi , coriandri præparati ana ʒ ij.electuarij anacardini ʒ ij.ſem. ſyr.ſtœchados q.ſ.fiat *Electuarium* molle:ſub finem paſtus vtetur.

℞ olei amygdalorum amarorum,laurini,de caſtoreo ana ʒ ij. roſati ʒ j. ellebori albi gr. vnum aut alterum,aceti vini ʒ ſem.feruefiant ſimul in patella ferrea ad conſumptionem aceti,gutta infundatur in aurem , cum lana obſtruantur foramina.vel ſic,

℞ olei nardini , amygdalorum amarorum ana ℥ j. ſucci cepæ ℥ j.ſe. caſtorei ʒ j.guttatim in aurem inſtilletur. Aut,

℞.olei amygdalorum,camomillæ,roſacei ana ℥ ſem. panis porcini ʒ j.ſem.foco aliquamdiu ferueant , huius colaturæ gutta vna aut altera in aurem inſtilletur. Illi quod relictum eſt poſt colaturam, adde farinæ lini,fœnugræci ana ℥ j. olei amygdalorum amarorum , butyri

Digitized by Google

recentis ana q.ſ.fiat *Cataplaſma*; auri ſupraponatur.

℞ cepe numero iij.coquantur ſub feruentibus cineribus,terantur in mortario addendo croci ʒ ſem.butyri. recentis quantum ſatis,fiat *Cataplaſma.*

℞ foliorum lauri,origani,hyſſopi,maioranæ,ana m.j. ſe.abſinthij m.ij.mentaſtri m.ſe. florum ſtœchados m.j. ſe.coquantur in aqua q.ſ.ad tertias:ſub finem aliquid aceti addatur,fiat *Fomentatio* auris cum ſpongia, & vapor mediante fiſtula ad auditorij inſtrumentum diducatur.

℞ rad.raphani ʒ iij. ellebori albi gr.ij. caſtorei,pyrethri ana ℈ ſe.modicè ebulliant in vino generoſo, huius gutta vna aut altera mittatur in aurem cum ligneo ſtylo in frigida cauſa.In calida autem cauſa inſtilletur ſuccus mali granati in quo aliquid olei roſati & aceti, aut ſucci lactucæ diſſolutum ſit. Confert quoque oleum roſaceum ſolum in quo aceti nonnihil ebullitione cõſumptum ſit, ſi inſtilletur parum eius tepidum in aurem.Medicamento immiſſo, quieſcatper horam vnam aut alteram ſuper aurem ſanam, vt ad interiora virtus medicamenti traducatur, poſtea per totidem horas ſupra ægram quieſcat, vt excrementa elabantur melius. Hinc poſt ſex vel ſeptem horas in loco lucido à ſordibus inibi collectis vel mundetur auris. Albumen oui conquaſſatũ, cui lactis mulieris nonnihil permiſceatur, inſtilletur in calida cauſa, aut aqua quæ emanat à vite abſciſſa tempore conuenienti.

APPENDIX
ad prædicta pro curatione GRAVITATIS AVDITVS inſeruiens.

Omnium primò humores crudos naturæ obedientes reddemus concoquentibus medicamentis, deinde pillulis aliiſve conuenientibus medicamentis eoſdem è corpore deturbabimus, idque bis in ſeptimana moliemur. Hinc materiam auribus impactam euocabimus errhinis,ſternutatoriis medicamentis,gargariſmatibus: hoc facto conſultum erit ad pillulas rurſus confugere, cerebrúmque ab humoribus redundantibus purgare.Tandem que reliquias abſumere

ſumere, cerebrúmque roborare poſſunt, offerantur. Quæ omnia nunc anteáque dictis medicamentis feliciſsmo cum ſucceſſu conſequi poterimus, modò vniuerſalia particularibus debita ratione adhibeantur. Illud autem hîc quoque addendum eſt, vt olea calentia magna cautione auri imponantur, ne dolor inflammatióque excitetur. Conſultum itaque erit paruam eorum quantitatẽ commiſcere cum oleo amygdalorũ amarorum. Si vlcus adſit ſanioſum, ea quæ mũdare poſſunt partem affectam iniiciantur, in quem finem ex melle & ſucco cucumeris agreſtis, aut felle aliquo mitiori, veluti agnino, medicamentum arte paretur hinc conſolidatio vlceris inſtituatur cum iis quæ exiccandi vim habent, in quem finem tutia, ferri ſcoria, pompholyx, ceruſa in vino decoqui poterunt, colaturæ gutta in aurem iniiciatur, gutta aceti addi etiam poterit. Quemadmodum autem omnibus vlceribus olea quaſi inimica ſunt, paucis exceptis, ſic maximè auribus vlceribus nocent. Quare vitandæ ſunt iniectiones ex oleo, modò vlcus adeſſe aliquibus indiciis intelligamus. A mitioribus autem hîc quoque procedere debemus medicamentis, paulatímque fortiora admittemus. Potius quoque externis vtemur medicamentis, cùm minus ab his periculi quàm ab iniectis impendeat; à quibus ſi æger leuetur, mutandum non erit medicamentum, eò quòd frequentiùs obſint quàm proſint medicamenta niſi magna cum cautela adhibeantur. Parua quoque ſemper eſſe debet quantitas eorum quæ in aurem inſtillantur, alioqui ad neruum ruent auditorium & ad os petroſum, ſicque maiorem excitabunt audiendi grauitatem.

Digitized by Google

Methodus pro cognitione

HÆMORRHAGIÆ, SEV PROFLVVII SANGVINIS E naribus inſeruiens.

HÆMORRHAGIA hîc ſignificat profluuium ſanguinis è naribus potiſſimùm, ſiue mediatè veniat à naribus per venas ex palati ſedibus eò deriuatas, per quas quidem maiori ex parte natura ſuperuacaneum ſanguinem expellere ſolet in multis, ſiue à venis magis diſtantibus quæ ſunt in capite. In genere verò ſignificat quodcumque ſanguinis profluuium ſiue è naribus, ſede, vteróve id fiat, ſiue ex alia aliqua corporis parte profundatur. E naribus autem tanto ſubinde impetu profunditur ſanguis, vt homo exanimetur ob magnam copiam ſanguinis effuſi, ſicque ſemper nociuus eſt, vti ſi moderatè fluat in principio alicuius apoſtematis, pleuritidis, anginæ, febrium ardentium, morbillorum, variolarum, ſæpè cum naturæ commodo fit. Aliquando tantummodo deſtillando effluit è naribus, nonnumquam quoque quaſi medio modo ſe habet. Contingit quoque hunc fluxum aliquando criticum eſſe aliorum morborum, aliquando non eſt.

PARS AFFECTA: Nares hîc afficiuntur non ſemper quidem per eſſentiam, ſed etiam per conſenſum alterius ſubinde partis. Venæ autem quibus hic ſanguis è naribus profunditur, ex palato ipſoque ore in nares excurrunt, & ſubinde ex ipſo capite. Eſt autem hæmorrhagia, ſymptoma pertinens ad excretionem immodicam ſeu actionem læſam facultatis retentricis aut expultricis, ſequiturque morbum inſtrumentalem, reſerationem nimirum orificiorum quibus venæ terminantur,

vel

vel earumdem venarum diuisionem vel erosionem.

SIGNA. Si sanguinis copia nimia profundatur, sequitur pallidus tandemque liuidus corporis color, extrema frigescunt, hinc sequitur syncope, quam mors aliquando etiam excipit.

CAVSA. Sanguinis profluuium è naribus sæpe fit ab ipsa facultate seu natura, dum id quod molestum est, hac via è corpore exturbat. Hocque sæpe fit in morbis acutis, cùm materiei noxiæ magna quãtitas est, cúmq; ad musti cõcluſi similitudinem quasi ebullit. Fit quoq; sanguinis profluuium ob venas malè affectas quib. continetur, effluereque è venis sanguinem contingit, primò quia venæ nimium reserantur. Et reserari quidem ora venarum contingit sæpe à sanguinis magna copia, quæ aliquando tanta est, vt ipsis venis contineri non possit; sic enim impetu quodam ad oscula vasorum ruens, ea tandem reserat, subinde etiam distumpit. Sæpe quoque vasa reserari contingit nulla sanguinis concurrente copia; sed quia acri aliqua qualitate sanguis perfusus est, aut alio modo vitiatus, sicque vasorum ora diu irritando, aperit. Aliàs venæ quoque sanguinem fundunt, propterea quòd venæ ipsæ à ruptura, vel vulnere, vel contusione diuisæ sint. Tertiò sanguinem fundunt venæ, quia sunt erosæ, exulceratęque à pernicioso aliquo humore intus latente, aut à medicamento valido extrinsecus admoto, túncque ea quæ crustam inducere possunt, vsui erunt. Vltimò sanguinem profundere contingit venas, propterea quòd sanguis nimium attenuatus est aut exercitio, aut aliam aliquam ob causam, venarúmque tunicę rariores sunt effectæ; sic enim contingit venas sanguinem quoque fundere per viam transcolationis. Hic quę sanguinem venásque incrassare possunt, serosumque humorem purgare, conueniunt.

PROGNOSTICA. Si sanguinis profluuium è naribus longo tempore perseuerauerit, timendũ erit aut

Digitized by Google

animi deliquium, aut hepatis imbecillitas ac refrigeratio, necnon cachexia atque hydrops. Sanguinis narium fluxus cum extremarum partium frigiditate, mortalis est. Sanguinis narium fluxus cum alleuiatione patientis, bonus est. Fluxus sanguinis narium quarto die in febribus acutis contingens suspicione haud vacat. Sanguinis narium profluuium si fiat post capitis dolores tempore crisis in febribus, laudabile est, & modò non fuerit immoderatum, remedia nulla postulat. In fluxu sanguinis, desipientia & spasmus, malum est; spasmus enim ex inanitione, mortale est. In mensium suppressionibus si erumpat sanguis per nares, ad tempus vt fluat permittemus, sic equidem per superiora reiicit natura impedita, quæ ad pulmones iecúrve erant ruitura, & quæ per vterum excerni debebant. Omnis sanguinis fluxus superfluus à quacumque parte sit, debilitat hepar, vnde cachexia, animi deliquium, hydrops atque mors frequenter irruit.

Methodus pro curatione

HÆMORRHAGIÆ INSERVIENS.

Perficitur autem subsequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr ad frigidum declinet.

Cibus boni succi atque concoctu facilis offeratur, vt sunt carnes pullorum assæ, aut elixatæ. Sint autem actu frigida dum offeruntur alimenta. Inter fructus conueniunt mala cidonia, pyra. Inter olera, intubus vterque, lactuca.

Potus.

Digitized by Google

Potus. Vinum rubrum craſſum bibat;album verò atq; tenue deuitet. Poterit quoque loco vini aqua vti, in qua parum cinnamomi ſit decoctum.

Motum corporis exercitiáque omnia vitet,parum quoque loquatur.Curandum quoq; vt partes capiti ſubiectæ, altiùs capite ſituentur ; ita vt caput deorſum ſpectet,cùm ſic in contrariam ſui motus partem impellatur,

Animi pathemata,& potiſſimùm iram fugiat.

PRÆPARANTIBVS.

Syrupus myrtilorum,nymphææ.

Roſarum,granatorum.

De ſucco acetoſæ, cidoniorum,

Papauerinus.

Aqua oxalidis,plantaginis,portulacæ.

Præſentia calorem , acrimoniam , mordacitatémque ſanguinis remittunt , aliqualitérque ſanguinem refrigerant , & ad motum ineptiorem hac ratione reddunt.

AVERTENTIBVS.

Venæ ſectio fiat baſilicæ aut cephalicæ eiuſdem lateris , ſi æger adhuc non ſit reſolutus, & per interualla repetatur , ter vel quater ſcilicet in die , & potiſſimùm vbi copia ſanguinis aut eiuſdem acrimonia huius mali cauſa eſt; tunc enim nullum aliud remedium huic quaſi par reperitur ; efficaciſſimè enim in contrarium reuocat ſanguinem , neque antea inſtituetur quàm moderata ſanguinis quantitas effluxerit.

Ligaturæ dolorificæ extremarum partium fiant.

Cucurbitulæ ſtatim poſt vincula ſcapulis , ceruici, hypochondriis applicentur , etiam cum ſcarificatione.

Frictiones brachiorum manuúmque validæ fiant deorſum,

Sanguiſugę applicabuntur poſt aures , aut ſedi , ſi hæmorrhoides fluere conſueuerint,& ſuppreſſæ ſint.

Digitized by Google

Fotus & immerſiones in aqua calida partium extremarum fiant.

Timor ſubitaneus incuſſus ex iniectione aquæ frigidæ, præſentaneum aliquando eſt remedium; ad interiora enim corporis reuocatur ſanguis vnà cum ſpiritibus atque calore à circumferentia.

In iſtis inſtrumentis præcipua curationis ſpes conſiſtit, quare ab iſtis auſpicari cogimur ſæpius ipſam curam.

VACVANTIBVS.

Syr. de multiplici infuſione roſarum.

Rhabarbari infuſio. Decoctum ex rhabarbaro, myrobalanis citrinis.

Manna.

Potus ex decocto epithymi, polypodij, ſenæ, myrobalan. Indorum, florum violarum, nymphææ, ſeminum plantaginis, melonum, cidoniorum, ſyr. de epithymo, fumaria addita.

Agaricus.

Sena, myrobalani kebuli.

Venæ ſectio, vt prædictum eſt.

Si fluxus ſanguinis narium det inducias, modoque vitioſus exiſtat, hiſce purgantibus vtemur medicamentis poſt ſiſtentium & auertentium vſum. Alioqui erit quaſi omnium primò in opus deducenda hæc intentio, cùm vt plurimùm ab acri mordacique ſanguine fiat hic fluxus. Deligemus autem medicamenta priori loco poſita, ſi plurimùm biliioſus fuerit ſanguis; ſequentibus autem, ſi nimium ſit aquoſus, aut melancholicus.

SISTENTIBVS *ſanguinem fluentem.*

Trochiſci de terra ſigillata, potati cum aqua plantaginis, aut temporibus cum ſucco plantaginis, & oui candido illiti.

Trochiſci de ſuccino, de ſpodio.

Conſerua roſarum, violarum, nymphææ, cidoniorum addi-

addito bolo Armeno, corallo, cornu cerui vsto, seminibus plantaginis.

Syr. nymphææ, rosarum siccarum, cidoniorum, de papauere, limonum, oxalidis, granatorum, myrtilorum.

Aquæ iam dictorum.

Potus ex aqua plantaginis, portulacæ, bursæ pastoris, caudæ equinæ, bolo Armeno, terra sigillata.

Decoctum ex lactuca, malicorio, balaustiis, gallis.

Athanasia recens, myclera, phylonium Romanum cum succo plantaginis, tum somnum accersunt, tum fluorem sedant.

Opium, papauer, camphora, semen semperuiui, lactucæ ingrossant & congelant sanguinem.

Equiseti radix contundatur, naribusque indatur, aut succus porri, vrticæ, basilici, plantaginis, caudæ equinæ, bursæ pastoris, millefolij, sanguinariæ, aut acetum generosum calens spongia excipiatur naribusque indatur, aut aceti accerrimi vapor, qui exiniectione eiusdem aceti in lapidem molarem candentem excitatur, naribus excipiatur.

Irrigationes vel perfusiones fiant faciei atque frontis cum aqua frigidissima, aut rosacea, quæ testiculis etiam applicari potest cum commodo. Aut frontis irrigatio fiat cum aceto spongiaque.

Spongia acerrimo aceto bene irroretur, piceque liquida vndique oblinatur, comburaturque in terreo vasculo donec in puluerem transeat, qui per se inflatur naribus, aut liquidis medicamentis permiscetur.

Nasalia vel anacollemata fiant ex aloë, thure, bolo Armeno, stercore asinino vsto, testis ouorum, reliisque pannorum vstis, mētha sicca, gypso, caseo veteri, bolo Armeno, sanguine draconis, succo polygonij, plantaginis, candido oui. Ex iis licimia vel penicilli fiant, naribusque indantur cum pilis leporinis.

Escharotica fiant ex chalcantho, tartaro, chalcitide, calce viua, quibus adstringentia aliqua addemus, melius enim eschara hærebit.

Digitized by Google

Vnguentum ex oleo roſaceo,violaceo,nymphæx,cerato ſandalino,aceto.

Cataplaſma fiat ex bolo Armeno,cauda equina,burſa paſtoris,portulaca,terra ſigillata,ſemperuiuo,hæmatite,aqua roſacea,aceto,ouique candido,pro temporibus atque fronte.

Colli lateribus, nec non fronti & temporibus,veniſque ſanguinem profundentibus etiam diſtantioribus, apponemus præſentia medicamenta, & hoc quidem poſtquam ſanguinis impetum auerterimus;non autem à principio hæmorrhagiæ; periculum enim eſſet ne in caput, aſperam arteriam, pulmones,aut ventriculum ruat ſanguis; ſicque ſuffocetur æger,aut conuellatur. Horum autem aliqua ſanguinem narium ſiſtunt,virtute adſtrictoria qua prædita ſunt, qua ſanguinem condenſant, ineptioremque ad fluendum reddunt. Alia id efficiunt ſua frigiditate,vt eſt lactuca,papauer,opium. Alia id præſtant,cò quòd venarum hiantium ora glutinare poſſunt,vt eſt thus, albumen oui,gummi Arabicum,aliaque ſimilia. Nonnulla verò occulta proprietate ſanguinem ſiſtunt, vt eſt ſuccus porri,menthæ. Alia verò id perficiunt cruſtam operculi vice inducendo, cauteriſandoque; vt eſt arſenicum,calx viua,vitriolum. Hiſce quinque medicamentorum generibus ſanguinis narium fluxus immodicus moderari poterit. Illa autem medicamenta quæ aſtringunt & refrigerant,per os ſumi poſſunt,vel naribus immitti,aut collo,fronti,vertici capitis, teſtibus, lumbis,linamentis iis immerſis, leuiterque expreſſis, admoueri poterunt.

THEO-

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAMENTA *nobilia in* HÆMORRHAGIA, *sæpius cum summa salute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruel experta.*

CVRATIO HAEMORRHAGIAE.

℞ syrupi violati, nymphææ, myrtini, cidoniorum, papauerini ana ʒ j. aquarum plantaginis, bursæ pastoris ana ʒ iiij. oxalidis, rosarum ana ʒ ij. ß. misceantur, fiat *Iuleb.* dentur vnciæ quatuor per tres dies mane & vesperi.

℞ radicum & foliorum plantaginis m. j. ſ. rosarum rubrarum, bursę pastoris ana m. j. seminum lactucę, portulacę, plantaginis ana ʒ ij. coquantur in aqua chalybeata ad tertię partis consumptionem, addendo colaturę syrupi nymphææ, cidoniorum, papauerini ana ʒ j. dentur ʒ iiij. cum ʒ ß. trochiscorum de terra sigillata; fiat *Potio.*

℞ radicum plantaginis ʒ ij. myrobalanorum Indorum ʒ iij. agarici albi & leuis ʒ ij. ß. epithymi, fumariæ ana m. j. polypodii quercini, sennæ Alexandrinę ana ʒ iij. rhabarbari electissimi ʒ ij. sebesten, tamarindorum ana ʒ ij. ß. coquantur in aqua q. ſ. ad tertiæ partis consumptionem; colaturę addantur syrupi rosarum laxatiui ʒ iij. fiat *Potio.*

℞ aquę frigidę ʒ iiij. aceti ʒ ij. sacchari, aquę rosaceæ ana ʒ j. fiat *Hauſtus* pro duabus vicibus.

℞ conseruę nymphææ, rosarum ana ʒ j. trochiscorum de spodio, de terra sigillata, de succino ana ʒ ij. ß. boli Armeni, seminum plantaginis ana ʒ j. sacchari rosacei ʒ j. ß. syrupi papauerini, nymphęæ ana q. ſ. fiat *Mixtura.*

℞ lapidis hęmatitis, coralli rubei, gummi Arabici assati ana ℈ j. rosarum rubrarum ℈ ß. rhabarbari modicè

Digitized by Google

assati ℈ j. diatragacanthi frigidi ad pondus omnium, fiat *Pulus* tenuis, dosis ℈ ij. cum syrupi cidoniorum ʒ j. aquarum plantaginis ʒ iij.

℞ athanasię Nicolai ʒ ß. sacchari rosacei, conseruæ rosarum ana ʒ j. fiat *Mixtura*.

℞ aquę rosarum, portulacę, plantaginis, acetosæ, intubi ana ʒ iiij. seminum portulacę, acetosę, intubi ana ʒ j. trochiscorum de caphura, sandalorum citrinorum ana ʒ ij. aceti parum, fiat *Epithema* pro hepatis regione, admodum enim impetum sanguinis è naribus sistunt frigida medicamenta hepati cautè admota, modò ab hepate sanguis ad nares mittatur. Idem de liene iudicium esto.

℞ radicum & foliorum plantaginis, bursę pastoris, polygonii ana m. iiij. coquantur in aqua q.s. ad ℔. iij. adde colaturę aceti optimi ℔ j. ſs. fiat *Fomentatio* cum spongia, pro pedibus, manuúmque volis, & hepatis regione. Panni verò intincti applicentur venis iugularibus temporibus atque fronti.

℞ trochiscorum de carabe ʒ j. radicum equiseti ℈ ij. ſs. boli Armeni, sanguinis draconis ana ʒ ſs. thuris ʒ j. ſs. aloës ℈ ij. ſs. albumine oui incorporentur, penicillique fiant è tenuissimis pilis leporinis, prędictis intinge, naribúsque indatur. eius vsus erit post sectionem venę, cucurbitularum vsum, partiúmque extremarum ligaturas; periculum enim est alioqui ne ad asperam arteriam, in stomachúmve aut ad interna capitis ruat sanguis.

℞ aloës ʒ ij. thuris ʒ iij. camphorę gr. v. opii (in magna necessitate) gr. ij. cum albumine oui incorporentur, naribúsque modo iam dicto indantur. Vel cinis testæ ouorum in nares insufflctur.

℞ caudæ equinę m. ij. bursæ pastoris, plantaginis ana m. j. addatur contusis boli Armeni ʒ j. ſs. aquę rosaceę & aceti nonnihil, linteolóque excepta fronti applicentur & temporibus.

℞ cinetis testę ouorum ʒ iij. florum balaustiorum, mali-

malicorij,boli Armeni,gallarum ana ʒ ſe.ſeminis papaueris albi ʒ ij. cum aceto & albumine oui incorporentur,fiat *Cataplaſma*,fronti,temporibus,veniſque iugularibus accommodetur.

℞ lapidis hæmatitis,boli Armeni, terræ ſigillatæ ana ʒ j.ſe.ſucci caudæ equinę,portulacę,polygonij,ſemperuiui ana ʒ ſe.albumina ouorũ duo,aquę roſaceæ & aceti parum;fronti,temporibus atque teſticulis applicetur.

℞ olei roſacei,cidoniorum, ſucci cidoniorum ana ʒ j.boli Armeni,balauſtiorum ana ʒ ſe.gallarum ℈ j.cerę & aceti parum , fiat *Vnguentum* pro venis iugularibus, fronte,temporibúſque , coquantur autem olea & ſucci, ad ſuccorum conſumptionem placidiſſimo igne ; alioqui coire non poſſunt in formam vnguenti , propter ſuccorum aquoſitatem,quæ oleis commiſceri nequit,

APPENDIX

ad prædicta pro curatione HAEMORRHAGIAE inſeruiens.

Omnium primò venæ ſectio fiat in magna ſanguinis abundantia. Si autem plus ſanguinis per nares affluxerit quàm vt vena cubiti ſecari poſſit , eius loco cucurbitulas magnas hypochondriis affigemus, necnon ſcapulis atque ceruici , ligaturæque inſtituentur, necnon frictiones artuum. Lotionibus quoque pedum cum aqua calente ſanguinẽ fluentem ad alias corporis partes auertemus. Demũ acres humores ſanguini permiſtos ,naturæ obedientes reddemus, quos tandem purgante medicamento è corpore propellemus. Hinc ſanguinem fluentem ſiſtemus partes ægras corroborabimus , à quibus ſanguinem fluere omnium primò augurari licet. Naribus autem,fronti,iecori, necnon lieni talia admouebimus medicamenta. Hîc autem neque narcoticis , neque eſcharoticis medicamentis vtemur , niſi ſumma neceſſitate coacti fuerimus, tunc enim athanaſiæ ℈ ij ſe imperabimus,aut ex vitriolo, gypſo, maſtiche puluerem faciemus,& in nares inſufflabimus,aut penicillis excipiemus. In omni quaſi ſanguinis è naribus profluuio

Digitized by Google

medicamenta placidè refrigerantia hepati accommodabimus, plurimùm enim prosunt. Optimum autem est epithema iecori si fiat ex seminibus intubi exalidis, sandalis, aqua rosacea, cichorei, aut cerato sandalino aliquid addetur olei nymphæa fiátque linimentum molle.

Methodus pro cognitione

CATARRHI INSERVIENS.

DESTILLATIO communiter sumpta, est defluxus humorum seu excrementorum è capite cerebróve in subiectas corporis partes. Cerebrum quidem cùm natura sua frigidæ & humidæ sit naturæ, multóque egeat ob molis magnitudinem alimento, plurima excrementa procreat. Id quoque promouebit leuis eius intemperies frigida atque humida: propter situm quoque vapores eò facilè ascendunt, hique condensati, à cerebro propter substantiæ eius raritatem, facilè suscipiuntur. Prout autem excrementa huiusmodi superflua in hanc aut in illam corporis partem propelluntur, sic appellationem suam hoc mutat malum. Contingit enim huiusmodi excrementa in interioribus cerebri receptaculis aliquando, & frequenter quidem (quamdiu in quantitate non multum peccant) in anterioribus ventriculis cerebri quiescere, omniúmque promptissimè per palatum expurgantur tunc. Aliàs verò contingit ea diffundi per cerebri loca diuersa, cùm nimirum immodicè exuperant; túncq; partim per nares, partim per palatum, aliquando etiam per aures, aliàs etiam per oculos excluduntur. Sæpe quoque prolabuntur in interiores corporis sedes, vt in pectus, pulmonem; vnde peripneu-

Digitized by Google

pneumonia,asthma. Aliàs in asperam arteriam faucésque ruunt,vnde raucitas. Subinde in ventriculum deuoluuntur,túncque assúmpta alimenta corrumpuntur, appetitus concoctióque subuertitur. Aliquando etiam lyenteriam excitant, vti dum in intestina prolabuntur, vnde fit alui profluuium. Nonnunquam huiusmodi excrementa colliguntur extra caluariam sub capitis cute; ídque sæpe in vertice percipitur capitis, vbi extremitates venarum, faciem temporáque perreptantes, desinunt. Frequenter enim, dum excrementorum inutili copia onerantur hæc vascula, in hęc loca se exonerant per plures etiam dies;vnde in externas corporis partes subiectas paulatim viam sibi sua tenuitate parant, quæ sensim tamen crassescit calore partis à qua excipitur;vnde sæpe procedit dolor lateris,lumborum,brachiorum, spatularum,oculorum,dentium,humerorum,adenum, coxendicis,crurum,diuersorúmque articulorum.Potissimùm autem hîc agimus de ea fluxionis specie quæ in pulmones fit.

PARS AFFECTA. magna ex parte est cerebrum,id quod ex actionibus lęsis patet; item per ea quæ excernuntur per os,per nares,per palatum,túncque magis est continuum malum,neque persentitur alicuius alterius partis subiectæ offensa à qua foueri posset. Dum verò ab aliis fit corporis partibus,ex propriis signis intelligetur.est autem symptoma pertinens ad excretionem immodicam.

SIGNA. In pulmones si feratur capitis excrementum,spirandi difficultatem magnámque tussim excitat. Titillatio quoque frequenter in gutture sentitur, portióq; aliqua ipsius humoris illapsi sputo reiicitur,temporéque concurrit corporis lassitudo, capitis grauitas, calor atque sitis. Vrina intensi sępe est coloris. Si in asperam arteriam faucésve ruat, tussiculam raucitatémque affert;loca denique iam dicta exasperat.

CAVSA. Aliquando est intemperies cerebri calida, quę humores in cerebro dissoluit atque extenuat, plu-

Digitized by Google

réſque vapores à ſubiectis partibus attrahit quàm con-
coquere aut per halitum expellere poſſit. Hanc autem
intemperiem cerebri adeſſe ſignificabunt ætas, regio,
anni tempus, temperatura calida, naſus faciéſque rubi-
cunda, partes capitis calidæ, temporum arteriæ multùm
pulſantes, acris tennuiſque humor qui ſubinde per os
aliàs etiam per nares excernitur, febris ſæpe comitatur,
cibi concurrit faſtidium. Multò autem frequentiùs cau-
ſa catarrhi eſt magna cerebri imbecillitas, necnon in-
temperies cerebri frigda atque humida, túncque con-
tingit alimentum ad cerebrum tranſmiſſum non probè
digeri, atque hinc ſuperfluitates aggregari quamplurimas; vnde magnus in cerebro fit excrementorum pro-
uentus. Huius conſtitutionis ſigna ſunt ætas, anni tem-
pus, victus ratio, temperaturáque frigida, pituitoſo-
rum craſſorúmque humorum per nares excretio, eo-
rumdémque multitudo, ad ſomnum inclinatio, diſten-
tio, nec non grauitas capitis & frontis, faciei pallor,
grauans obſtructio in viis narium. Victus ratio humi-
dior aque intemperata fuit. Idem fit ab omnibus vapo-
ribus copioſis qui caput immodicè replere poſſunt.
Vapores enim condenſati in ſubiectas partes tandem
protruduntur. malum hoc quoque auget crapula, ni-
miáque repletio, & præſertim à potentibus vinis orta.
A ſomno immodico. Item ob debilitatem virtutis di-
geſtiuæ, necnon expulſiuæ ipſius cerebri oritur, ſiue
hoc à principio generationis, ſiue ex aliqua longa cere-
bri ægritudine contractum ſit; ſic equidem contingit a-
limentum adductum, crudum quaſi relinqui, & in cor-
pore ob debilitatem virtutis expulſiuæ ſubſiſtere.

PROGNOSTICA. Si ex capite in nares diſtillet hu-
mor, leue eſt malum; ſi in fauces, peius; ſi vero in pul-
mones, peſſimum eſt: exulcerationis enim pulmonum
periculum eſt, vnde tabes, corporiſque conſumptio.
Cunctæ quoque deſtillationes breues ſi neglectæ fue-
rint, longæ tandem fiunt. A periculo omnino non ſunt
tuti ſæpius catarrhum incurrentes: variis enim obnoxij
ſunt

sunt ægritudinibus, minatur equidem apoplexiam, pleuritidem, cæcitatem, dentium dolorem, phthisim, paralysim, surditatem, anginam, mortem subitaneam, apostema pulmonum, iecoris, vesicæ, renum, oculorum, stomachi dolorem atque debilitatem, schiaticam, podagram, diarrhœam, colicam Magis catarrho obnoxij sunt, frigidum imbecillúmque habentes cerebrum. Catarrhus quoque cum capitis continuo dolore, est difficilis curæ. Autumnale autem tempus maximè est destillationibus obnoxium propter cæli mutationes frequentes.

Methodus pro curatione

CATARRHI INSERVIENS.

Perficitur autem subsequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr calidus sit modicè: ventosus autem, pluuiosus, Aquilonaris atque Austrinus vitetur.

Cibus sit concoctu facilis, bonúmque succum generans: vt sunt oua sorbilia, carnes gallinarum, pullorum, caponum, vitulinæ. Moderata autem sit cibi quantitas. Sit quoque cœna parcior prandio. Sub finem autem refectionis detur carnis cydoniorum portio aliqua, inhibet enim vaporum ascensum ad caput. Admittuntur inter fructus pruna, vuæ passæ, amygdala dulcia.

Potus sit vinum aquosum, aut aqua mulsa, aut aqua in qua cinnamomum atque glycyrrhiza sint decocta.

Digitized by Google

Parum autem bibat, ſitimque ſubinde data opera patiatur.

Somnus ſit moderatus, non diurnus. Tegmen capitis admittatur tale, vt neque frigore neque calore caput moleſtetur, cùm, tam frigus quàm calor morbum exaſperet.

Excrementa alui indies reſpondeant.

Motus vitetur immodicus.

Animi perturbationes vitentur.

PRAEPARANTIBVS.

Syr. violarum, glycyrrhizæ, ziziphorum, de roſis ſiccis, papauerinus, nenupharinus.

Decoctum quatuor ſeminum frigidorum communium, florum cordialium, papaueris albi.

Aqua violarum, cichorei, roſarum.

Decoctum hordei, aqua frigida.

Mel roſaceũ, oxymel ſimplex, cõpoſitum, ſquilliticum.

Syr. de betonica, ſtœchados, capilli Veneris, de hyſſopo, glycyrrhiza, de duabus radicibus, de praſio.

Decoctum radicum glycyrrhizæ, fœniculi, acori, cyperi, cinnamomi, betonicæ, hyſſopi, maioranæ, capillorum Veneris, ſaluiæ, roriſmarini, bugloſſæ, ſerpylli, florum ſtœchados, nucis muſcatæ, vuarum paſſarum, ficuum.

Aqua capillorum Veneris, hyſſopi, ſcabioſæ, ſaluiæ, betonicæ, adianthi.

Prioribus, dum à calida, poſterioribus verò dum à frigida fit materia ipſe catarrhus, vtemur.

VACVANTIBVS.

Venæ ſectio fiet humerarię, aut medianæ, ſi anginæ aut pleuritidis, febriſve aut ſuffocationis periculum impendeat, ſi vires permiſerint, ſanguinéque abundauerit æger.

Electuarium de ſucco roſarum, diaprunum ſcammoniatum, diaphœnicum.

Pillulæ aggregatiuæ, aureæ, aſſaieret, maſtichinæ, cochiæ, de agarico, de ſarcocolla.

Agati

Agaricus trochiſcatus, caſſia, tharbarbarum, polypodium.
Syr. de multiplici infuſione roſarum.
Electuarium Indum, diacatholicum.
Clyſtere validum plurimùm proderit in catarrho vehementi, periculumque ſuffocationis minante, & decocto florum ſtœchados, maioranæ, ſaluiæ, calaminthæ, origani, maluarum, hordei, hierâ picra, melle roſato, oleo violarum.

A validè purgantibus medicamentis hîc abſtinebimus, ne materiam grauantem magis ad fluxum irritemus.

AVERTENTIBVS.

Venæ ſectio. Clyſtere prædictum. Vacuantia medicamenta.
Cucurbitulæ brachii, ſcapulis, natibuſque affixæ.
Sudor excitatus cum decocto ſalſæ parillæ.
Frictiones extremarum partium, potiſſimùm pedum, non capitis, & eorum continuus motus; trahitur equidem materia ad inferiora.
Ligaturæ dolorificæ.
Sternutamentum ex elleboro, caſtoreo, pipere, in principio tamen non conuenit, cùm ex humorum motu eorum digeſtio prohibeatur.
Apophlegmatiſmi ex pyrethro, pipere, hyſſopo, maſtiche, cortice radicum capparorum, cubebis, vuis paſſis.
Gargariſmus ex maiorana, hyſſopo, origano, ſi tamen materia ad pulmones aut ad pectus ruat, aut ſi multum materici ſit ſubtilis, multumque moueatur, à gargariſmate abſtinebimus, iis enim in caſibus ſuſpectus eſt vſus.
Errhina ex ſucco ireos, betæ, maioranæ, cyclamine, pyrethro, ſemine melanthii, in materia frigida, ex ſucco violarum, aqua hordei, in calida.

Digitized by Google

Lotiones crurum, brachiorum.

Narium emunctiones fient sæpe; sic enim tutius humores crassi necnon tenues expurgantur, quàm per sputum.

Cauterium in commissura coronali, aut post aures excitabitur prius raso capite, seruabitúrque vlcus diu apertum, in quem finem caulium folia calida, & axungia porcina iuncta superponentur.

Auertentia localiáque hæc medicamenta cerebrum purgantia, capiti adhibenda non erunt, priusquam materia bene digesta atque euacuata erit; alioquin enim materiam catarrhalem potius ad motum irritarent.

SISTENTIBVS *ipsum catarrhum.*

Phylonium Mes. cum decoctione olibani, rob nucum, conserua rosarum antiquarum, saccharum violatum, dianucum.

Diacodium, diapapauer, diatragacanthum frigidum & calidum, pillulæ de cynoglossa, loch de caulibus.

Loch de papauere, bolus Armenus, succus glycyrrhizę, trochisci bechici, mastix.

Syr. violarum, papauerinus, glycyrrhizę, iuleb violarum.

Decoctum ex plantagine, portulaca, hordeo, papauere albo, rosis, bolo Armeno, gummi iuniperi, addendo diacodium.

Pillulę quę ore retinebuntur ex rosis siccis, semine papaueris, camphora, terra sigillata.

Spica nocturno tempore in ore detinebitur.

Nigella & cuminum torrefiant, linteolóque concludantur: odoramentúmque fiat.

Suffumigium cum sola nigella puluerisata, torrefactáque.

Vnguentum ex oleo rosaceo.

Emplastrum pro capite raso ex terra lemnia, rosis, plantagine, bolo Armeno.

Nisi grauia vrgeant symptomata, præsentibus non vtemur quoque medicamentis ante humorum purga-

tio-

tionem, eorundemque auerſionem. Verùm ſi materia immodicè ad pulmones fluat, ita vt tuſſim moleſtam, aut inſomnia diuturna, aut periculum ſuffocationis, aut excoriationis, ob materiei acrimoniam minetur, ſtatim hiſce ſiſtentibus medicamentis vtemur non exſpectando humorum purgationem, eorundemve auerſionem: vix enim ſperare licet tenuem catarrhum tanta copia tantoque impetu ad pulmones ruentem poſſe purgantibus medicamentis educi, aut auerti, cùm potius motum humorum augeant purgantia medicamenta, auertentiaque. Eodem quoque tempore venæ ſectionem, necnon cucurbitularum applicationes inſtituemus ipſis ſpatulis. Grauibus ergo concurrentibus ſymptomatibus, ea quæ ſanguinem incraſſare, catarrhumque ſiſtere poſſunt, potius offeremus, etiamſi ſputi eductionem remorentur aliqualiter, periculum enim aliàs ſuffocationis impendebit.

CORROBORANTIBVS *caput, & digerentibus reliquias, intemperiemque relictam emendantibus.*

Diamuſcum dulce & amarum, diambra, theriaca, Mitridratum mediocris ætatis, pliriſarcoticum.

Conſerua ſaluiæ, betonicæ, roriſmarini, acori, cortices citri conditi, nux muſcata, cubebæ, nigella Romana.

Radices cyperi, macis, caryophylli, ſtœchas, gallia moſcata, lignum aloes, ladanum.

Globulus odoriferus, ex caryophyllis, gallia moſcata, nuce muſcata, ſtyrace, calamintha, ladano, cubebis, tragacantha, aqua maioranæ.

Cucupha aut pileolus ex foliis lauri, origani, ſaluiæ, betonicæ, maioranæ, ſeminibus nigellæ, camomilla, meliloto, ſtœchade, thure, maſtiche, cinnamomo, mace, nuce muſcata, caryophyllis, roſis rubris.

Lotio capitis ex decocto rerum prædictarum in vino maluatico.

Suffitus ex caryophyllis, cinnamomo, ligno aloes, ro-

Digitized by Google

remarino,ſaluia,foliis lauri, maiorana, maſtiche,thure,gallia moſcata,moſcho.

Sacculus ex ſale,milio,furfure,ſaluia,maiorana.

Vnguentum pro capite raſo,ex oleo rutaceo,anethino: & pro pectore,ex oleo liliorum,camomillæ,amygdalorum dulciuni,lini,butyro recenti.

Frictiones fotúſque capitis, fient cum linteolo aſpero calente, quod vaporibus thuris, maſtichis, ſtyracis,ladani imbuetur.

Cauterium anteriori capitis parti ex cantharidibus, fermento applicetur, ſi prædictis non aboleatur malum.

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAMENTA nobilia in CATARRHO, ſæpius cum ſumma ſalute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruel experta.

CVRATIO CATARRHI.

℞ betonicæ,maioranę,ſaluię,rutę ana m. j. ß. florum roriſmarini, ſtœchados, centaurei minoris, camomillæ ana m. j. origani,calaminthæ ana m. ß. furfuris m. j. coquantur in aqua q. ſ. ad ℔ j. ß. colaturę addatur electuarii eleſcopi ʒ j. hierę picrę ſimp. ʒ j. diaturbith cum rhabarbaro ʒ iij. ß. mellis roſati ʒ j. olei rutacei ʒ iij. ſalis ʒ j. fiat *Clyſtere.*

℞ mellis roſacei, oxymellis ſimplicis, ſyrupi ſtœchados, glycyrrhizæ ana ʒ j. aquarum roriſmarini, betonicæ ana ʒ iiij. hyſſopi ʒ ij. miſceantur, fiat *Iuleb.*

℞ pillulę de agarico ʒ ß cochiarum,fœtidarum ana ϑ j. diagridii gr. iij. ſyrupi violati q. ſ. fiant *Pillulæ* ſeptem aut octo numero.

℞ diaturbith cum rhabarbaro ʒ v. electuarii Indi, diacatholiconis ana ʒ j. ſyrupi ſtœchados ʒ ß. aquæ maiora-

Digitized by Google

ioranæ,betonicæ ana ʒ j. ß. fiat *Hauſtus.*

℞ ſucci braſſicæ,betæ ana ʒ j. ß. ſucci cyclaminis ʒ ß. piperis albi,nigellæ ana ∋ j. miſceantur, naribúſque illinantur , cùm periculum eſt ne in aſperam arteriam ruat catarrhus.

℞ maioranæ,nigellæ, nucis muſcatę ana ∋ j. ß. pyrethri, ellebori albi ana ∋ j. miſceantur, fiat *Puluis* ſternutatorius ; attrahatur per nares, vel calamo impellatur.

℞ ſeminum ſtaphiſagriæ,ſinapi, pyrethri ana ʒ j. ſs. acori conditi,cubebarum, maceris ana ʒ j. nigellæ Romanę, vuarum paſſarum,maſtiches ana ʒ j. ß. mellis q. ſ. fiant *Paſtilli* manſiles, lineo panno raro concludantur.

℞ ſeminum ſinapis,piperis ana ʒ ij. radicum pyrethri ʒ j. zinziberis ʒ ß. coquantur in aqua q. ſ. ad tertias; fiat *Gargariſmus :* ad os humores auocat fluentes in pulmones.

℞ ſyrupi de roſis ſiccis ʒ iij. roſacei,myrtilorum ana ʒ j. aquæ violarum, plantaginis, hyſſopi ana ʒ iij. fiat *Iuleb.*

℞ roſarum rubrarum m. j. ſeminum papaueris albi, olibani ana ʒ j. ß. coquantur in aqua q. ſ. ad ℔ j. colaturæ adde ſyrupi papauerini ʒ iij. glycyrrhizæ ʒ ij. fiat *Iulapium.*

℞ conſeruę roſarum antiquarum ʒ j. diacodii ʒ ß. diatragacanthi frigidi ʒ iij. ſyrupi roſarum q. ſ. fiat *Linctus.*

℞ olibani, maſtichis ana ʒ ſs. carnis cydoniorum ʒ j. ß. ſumat in ingreſſu lecti ʒ ij. ſuperbibendo vini hauſtum.

℞ boli Armeni , terræ ſigillatæ , maſtiches ana ʒ ij. ſucci glycyrrhizæ ʒ ſs. conſeruæ roſarum ʒ ij. fiat *Mixtura.*

℞ diacodii ʒ ß. ſyrupi papauerini ʒ j. aquarum betonicæ ʒ ij. fiat *Hauſtus.*

℞ diacodii ʒ vj. ſyrupi papauerini ʒ ij. boli Armeni ʒ

Digitized by Google

ij. camphoræ ʒ j. detineat in ore cochlear vnum aliquoties. aut,

℞ ſeminum papaueris albi,lactucę ana ℈ iiij.amyli, diatragacãthi frigidi ana ʒ j. gummi Arabici,tragacanthi,boli Armeni ana ℈ ij.opii ℈ j.ſ.ſacchari roſacei,ſucci glycyrrhizę ana ʒ j.ſs. miſceantur, fiat *Maſſa* ſolida cum ſucco cydoniorum & aqua infuſionis gummi tragacanthi.Huius maſſę portionem aliquam detineat ore,vt fluxus catarrhalis prohibeatur.

℞ corticum granatorum ʒ ſs. iaceæ nigræ m. ij. radicum ebuli, plantaginis ana m. j. gallarum, thuris,maſtiches ana ʒ j. roſarum m. j. ſeminum portulacæ ℈ ij. coquantur in aqua q. ſ. ad ℔ j. ſs. colaturæ adde ſyrupi myrtilorum , diamori , ſtœchados ana ʒ j. fiat *Gargariſmus,* humores fluentes in aſperam arteriam, ſiſtit.

℞ boli Armeni,ſanguinis draconis,thuris ana ʒ j.ſtyracis,maſtiches ana ʒ ß.bulliant in ℔ ſs.aquę mellis,colaturæ portio naribus attrahatur.

℞ thuris,olibani ana ʒ j.ſs.roſarum rubrarum ʒ ij.ſeminis papaueris albi ʒ ſs. ſandaracę, maſtichis ana ℈ ij. cum vino aſtringenti; fiant *Pillulæ* pro ſuffumigio,quo capitis tegumenta ſuffumigabuntur.

℞ conſeruæ,roriſmarini,betonicę,ſaluię ana ʒ vj.ſp. diamuſci dulcis ʒ iiij. theriacę veteris ʒ ij. diambræ ʒ j. nucis muſcatæ ʒ j. ß. ſyrupi ſtœchados q.ſ. fiat *Electuarium* molle.

℞ ſp. diamuſci dulcis,diambræ ana ʒ ij.ß.ſacchari albiſſimi diſſoluti in aqua roriſmarini & betonicę q.ſ.fiat *Electuarium* in tabulis. Radices draconteæ aſſatę plurimùm iuuant.

℞ radicum ariſtolochiæ rotundæ,pyrethri,ſpicę ana ʒ ß. ligni aloës, thuris, caryophyllorum ana ʒ ij. maſtichis ʒ j. ſs. fiat *Puluis*, cuius portio aliqua carbonibus iniiciatur , vt tegmina capitis vaporibus fumoſis imbuantur.

℞ florum betonicę , roſarum, ſtœchados,camomillæ,

læ, meliloti ana m. j. thuris, maſtichis, nucis muſcatæ, macis, caryophyllorum ana ʒ j. foliorum lauri, origani ana m. ß. fiat *Sacculus* è ſerico panno, cui prędicta tenuiter comminuta imponantur, coronalique commiſſurę applicentur. aut,

℞ furfurum, milii ana m. j. ſalis puluerisati ʒ j. ß. torrefiant omnia nonnihil in ſartagine, fiat *Pileolus*, capitiſque commiſſurę accommodetur: cerebrum roborat, humoréſque exſiccat.

℞ nigellæ Romanæ torrefactæ ʒ ſs. radicum cyperi ʒ j. ſs. florum ſtœchados, roſarum ana m. ſs. nucis muſcatæ, caryophyllorum ana ℈ iiij. fiat *Puluis*, quo anterior pars capitis aſpergatur ſub ingreſſum lecti.

℞ nigellę torrefactę ʒ j. ſinapis torrefacti, thuris ana ʒ v. maſtichis ʒ iij. ſtercoris columbini, farinæ hordei ana ʒ j. oxymellis ſquillitici q. ſ. fiat *Emplaſtrum* pro commiſſura coronali.

APPENDIX
ad prædicta pro curatione CATARRHI inſeruiens.

Clyſterio leni primò ſentina corporis eluatur. Deinde humores naturæ obedientes reddantur. Hoc vbi conſecuti fuerimus, purgantibus medicamentis humores grauantes è corpore propellemus. Tandem caput purgabimus errhinis, apophlegmatiſmis, ſternutamenta prouocantibus, cauterio actuali aut potentiali, admouebimúſque anteriori parti capitis vbi digitus maximus deſinit cùm manus radix naſo admouetur. Veſiculæ autem vbi excitatæ fuerint, perforabuntur vt humor aqueus effluat, in quem finem folia braſsicæ ſuperponemus ipſis veſiculis ruptis. Demum quæ humorum fluxum prohibere poſſunt, conueniunt, quibus etiam ſtatim à principio locus erit ſi ſuffocationis periculum impendeat ex catarrhi vehementia. Prædictis demum medicamentis ſubſtitui debent quæ cerebrum roborare, reliquiáſ-

Digitized by Google

que consumere possunt, quod fiet tam sumptis quàm admotis medicamentis. Quæ omnia nunc anteáque dictis medicamentis facilè consequi poterimus, modò vniuersalia particularibus debitæ ratione accommodentur. Pillulæ autem conuenientes etiam mox à principio in catarrho suffocante imperabuntur; in mora equidem periculum est. Si ad nares, aut ad os labatur aquosa substantia, ferro laterive candenti acetum rosaceum, cui puluis rosarum rubearum permisceatur, instilletur, fumúmque naribus atque ore excipiat.

Methodus pro cognitione

ANGINÆ INSERVIENS.

ANGINA, est faucium seu summarum gulæ partium inflammatio, anhelitum atque deglutionem impediens, nullo etiam vitio existente in pectore aut pulmone. Malum istud strangulatu præsentaneum periculum minatur, eò quòd summæ gulæ gutturíque partes quasi occludantur, per quas homo spiritum, potum, alimentúmque admittit. Subitò autem hoc malum irruere solet; per viam enim defluxus fit magna ex parte.

PARS AFFECTA. In hoc malo afficiuntur sæpe musculi gutturis interni, maximóq; cum periculo tunc laborat æger: hæcque signa concurrunt, dolor vehemens est in gutture, febris etiam aliquando valida concurrit. Spiritus non nisi recta ceruice trahitur, vox etiam lęditur. Nullum indicium apparet caloris neque tumoris in ore, neque in faucibus, neque in ceruice: angustia verò magna percipitur in gutture, aperto sæpe ore hiant, aëreque frigido reficiuntur; aliquando etiam linguam exerunt, oculi rubent prominentéque fiunt,

re-

refluit per nares potio, varie iactantur. Aliàs verò externi gutturis musculi afficiuntur, estque omnium leniſſima ſpecies; tunc dolor tantus non est circa guttur, nec tanta anguſtia ſpirandique difficultas vrget. Sæpe viſus atque tactus tunc malum deprehendit. Si verò fauces locúſve vbi aſpera arteria & gulæ partes extremæ coëunt, afficiantur, tunc minus difficulter ſpirat: præterea calor, tumor, dolor, atque pondus in faucibus magis percipitur, imo etiam viſui expoſita ſunt ſi lingua deprimatur, minorique fit cum periculo quàm prima ſpecies. Aliàs fit in pluribus partibus ſimul; & tant interni quàm externi muſculi afficiuntur, tuncque omnia magis intenduntur.

SIGNA. Difficultas comitatur ſpirandi, nullo vitio in pulmone aut pectore exiſtente, dolor concurrit acutus, necnon rubor faciei & colli. ægrè alimentum potionemque tranſglutire poteſt æger, in tantum quidem difficulter, vt potus per nares etiam refluat, ſæpe febris adeſt, apertoque hiant ore, frigidum aërem attrahere expetentes. Aliquando etiam vbi validius malum vrget, linguam exerunt.

CAVSA. Maiori ex parte fit à ſanguine qui per modum defluxus è venis iugularibus in quibus eſt magna copia, eò deriuatur. Pulſus erit plenus tunc & vndoſus, tranſglutiendi ſpirandique erit maxima difficultas; rubedo in lingua atque facie excitatur, febris multum moleſta concurrit. Sæpè præceſſit victus ratio multum ſanguinis generans, ver temperatum, calidum, humidumque. Si à bilioſo ſanguine fiat, febris fit admodum acuta, incendiumq. intolerabile, ſpirandi quoque & trãſglutiendi concurrit difficultas, anguſtia tamẽ minor eſt, oris adeſt amaritudo, victus ratio, ætas, tẽperamentũ, regio, aliaque concurrunt quæ bilem generare ſolent. Si verò à fluxione frigidi humoris fiat, notha angina excitabitur. Multa tunc in ore adeſt humiditas & viſcoſitas, febris nulla aut ſaltẽ admodũ erit exigua, dolor multo mitior, tumor eſt laxior, minuſq. rubet, ea

Digitized by Google

quæ pituitoſum ſanguinem generare poſſunt, præceſſerunt. Semper autem à fluxionibus malum iſtud originem habet, quæ in hoc malo è venis jugularibus atque è capite ipſo deriuantur.

PROGNOSTICA. Si in muſculis internis inflammatio fiat, tertio vel quarto die iugulat, velociſſimę enim terminationis eſt. Deſperata quoque, omniúmque horrendiſſima angina eſt, cùm nuſquam apparet inflammatio, cùm grauiſſimus eſt dolor, magnáque febris, cùm ore hiat exerta lingua, cùm intercepta deglutiendi via eſt, & potus per nares refluit, cùm oculi more eorum qui ſtrangulantur, inuertuntur & quaſi prominent, ſpumoſáque ſaliua funditur, cùm labra liueſcunt, & è lecto exilire laborat, cùm denique viſus, auditus, intellectúſque hebeſcit, ita vt non intelligat ea quæ penes illum aguntur, talis enim ſtrangulatu atque ſyncope perit. bene autem ſperandum eſt, cùm rubor tumórque foris conſpicui fiunt. Prout autem prædicta accidentia minuuntur, ita leuior morbus eſt; eò enim magis periculoſum hoc malum eſt, quò accidentia anginæ fuerint fortiora, vti contrà, quanto fuerint debiliora, tanto minus periculoſum. Non ſine magno quoque periculo tumores ſine manifeſta cauſa, boníſque ſignis deſinunt, præcordiorum dolore concurrente corporíſque torpore, viribúſque imbecillis; ſæpe equidem mors in proximo eſt: etiamſi rectè æger ſe habere exiſtimet, ſuffocatione equidem è medio tollitur, vel ſaltem in ſuppurationem tranſit.

Metho-

Methodus pro curatione

ANGINÆ INSERVIENS.

Perficitur autem subsequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr sit temperatus, lucidus, à ventis immunis.
Cibus sit liquidus ac mollis, vt sunt oua sorbilia, cremor ptisanæ: iuscula è carnibus pullorum, gallinarum. In primis autem tribus diebus sit victus tenuissimus. Vitent omnia quæ sanguinem calefacere possunt; piper nimirum, aliáque aromata.
Potus sit ptisana cum saccharo, aut cum iure pulli. Aqua mulsa; vinum autem vitent.
Exercitum nullum admittatur, sed quies imperetur; parum quoque loquatur.
Somnus solito sit breuior, datáque opera interrumpatur aliquando ab astantibus; ex plurimo equidem somno solet hoc malum exasperari; humorum enim copia in parte affecta incrementum inde sumit. Caput mediocriter cõtegatur: eius autem frictiones hîc nullo modo admittantur in mali principio.
Aluum arte aut natura soluram vt habeat, diligenter procurandum est.
Animi curæ vitentur, subornentúrque quæ gaudium excitare possunt.

VACVANTIBVS.

Venæ sectio fiet eiusdem latetis statim ab initio mali in omni angina, cùm difficultatem aliquam percipiet in respiratione & deglutitione, etiam vsque ad syncopen, si modò magna fuerit plenitudo, viréque sint

Digitized by Google

validæ,aliàs partitis id fiet vicibus. Id etiam fiet in muliere vterum gerente , modò vires non sint debiles. Primò autem cephalica aperietur ; hinc quæ sub lingua est, vbi humor non ampliùs fluit, secabitur ; in principio autem si secetur, inflammatio augebitur , eò quòd ad partem affectam materia trahatur. In magna plethora saphena omnium primò secabitur ; dum autem ea quæ sub lingua est vena secatur, lingua ad palatum inclinabitur.

Electuarium elescopi.
Syrupus ex multiplici infusione rosarum.
Diacatholicum. hiera picra.
Pillulæ aureæ,de agarico.
Cassia,manna,tamarindi.

Statim alui deiectione materia mali educenda erit, præsertim si materia peccans fuerit bilioſa: ferè enim turget: ea ratione statim vacuare licebit non expectando digestionem , cum semper periculum hic morbus minetur. Conueniunt autem medicamenta liquida potiùs quàm pilluiæ , cùm eas ob transglutiendi difficultatem transmittere non possit. A fortiter autem purgantibus medicamentis hîc consultò abstinebimus in principio mali: humores enim potiùs exagitabũtur, eáque ratione ad locum affectum vt liberiùs fluant,occasio dabitur.

AVERTENTIBVS.

Venæ sectio fiet modo prædicto.
Cucurbitulæ inferioribus partibus primo affigentur, hinc superioribus.
Sanguisugæ iisdem etiam locis affigi poterunt cum commodo.
Fotus pedum manuúmque ex aqua calida fiet.
Ligaturæ hinc fient extremarum partium dolorificæ.
Fr'ctiones item extremarum partium validæ.
Clystere validum si febre vacet , sectióque venæ facta non fuerit,leuiori interim clysterio primò alui excre-

menta

Digitized by Google

menta eluemus, etiam primo die, quantumuis solutam aluum habeat; in qua re plurimùm hieræ picræ vsus commendatur.

REPELLENTIBVS.

Gargarismus ex decocto plantaginis, rosarum, malicorij, balaustiorum, lactucæ, lentium, aqua rosacea, succo granatorum acidorum, diamoro, diacodio, syr. de succo acetosæ, granatorum, rosarum.

Syr. de papauere, rob de papauere.

Diacodium, diamorum, syrup. de succo acetosæ, granatorum.

Succus lactucæ, rosarum, plantaginis, granatorum, solani mororum, acetosę.

Aqua rosarum cum decocto sumach & aceto.

Vnguenta repellentia ex oleo rosato, loco affecto extrinsecus non adhibeantur.

Gargarismate primis diebus vti poterimus, quod tempus principium morbi complectitur, & tam diu ore detinebit donec incaluerit, & quantum fieri poterit, intimas faucium partes ea leuiter colluet: id equidem præstat ne humores ita liberè in locum affectum irruant, viis ipsis angustioribus redditis, partiúmque substantia roborata. Vnguento præsenti repellente non ita liberè vti possumus, vti nec vllo alio medicamento repellente foris adhibito, nisi in principio ipsius mali: metuendum enim est ne intrò materiam mali propellant, circumiacentes tamen partes, & potissimùm superiores, eo inungemus.

CORROBORANTIBVS, *resoluentibúsque, vbi humorum impetus iam desierit.*

Gargarismus ex decocto glycyrrhizę, ficuum, florum camomillæ, meliloti, hyssopi, betonicæ, fœnugræci, dactylorum, vuarum passarum, albo Græco, diamoro, melle rosato, syrupo rosato, oxymelle simplici.

Gargarismus ex aqua in qua mica panis albi cocta atq.

Digitized by Google

expreſſa fuerit.

Stercus caninum colore candidum, & pulli hirundinum vſti cum melle permiſceantur, in fauciumque loca affecta diducantur.

Lupi gutturis potum ebibat.

Filum coctum cum cineribus vt albeſcat: adhuc calens loco affecto admoueatur.

Vnguentum ex oleo camomelino, amygdalorum dulcium, liliorum, quo anterior pars colli vngetur, & poſterior, deinde lana ſuccida tegetur.

Cataplaſma ex floribus camomillæ, meliloti, foliis maluæ, radicibus althææ, farina hordei, lini, fœnugræci, ſtercore canino, nido pulueréque ipſarum hirundinum, oleo liliorum, lini, camomillæ, amygdalorum dulcium.

Emplaſtrum de meliloto, mucilaginibus.

Prædictorum materia poſt primum diem minuetur paulatim, prout morbus incrementum ſumit, in quorum locum reſoluentia aliqua ſubſtituemus, quæ exteſius quoque potiorem locum habent, materiam enim ad externas partes euocare conſultum eſt. Si reſoluentibus angina curetur medicamentis: confeſtim omnia ſymptomata remittuntur abſque vllo alio incommodo relicto, è contrà verò ſuppuratio ſi fiat, omnia ſymptomata incrementum ſumunt, febis nimirum, dolor & tranſglutiendi difficultas.

THEORICA ET EMPIRICA MEdicamenta nobilia in ANGINA, *ſæpius cum ſumma ſalute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruele experta.*

CVRATIO ANGINÆ

℞ ſeminum fœniculi, petroſelini ana ʒ v. ſaluiæ, betonicæ ana m. j. florum camomillæ, meliloti ana m. j. ſe. aga-

ſe.agarici albi & leuis ʒ ſe. pulpæ colocynthidos ʒ j. coquantur in aqua q.ſ. ad ℔ j.colaturæ addatur caſſiæ recẽter extractę,ſacchari rubri ana ʒ j.olei lini,violacei ana ʒ j.ſe.ſalis ʒ j.fiat *Clyſtere*.tertio quoq. die repetetur.

℞ caſſiæ recenter extractæ ʒ ſe. diaphœniconis ʒ iij. aquarum ſcabioſæ ʒ iij.fiat *Hauſtus*:detur ſequenti die poſt venæ ſectionem in aurora.

℞ ſyrupi ſcabioſæ ʒ iij.mellis roſacei ʒ j.ſe.aquarum ſcabioſæ,caprifolij ana ʒ v.miſceantur, fiat *Iuleb*. detur tribus vicibus.

℞ diaturbith cum rhabarbaro ʒ v. diacatholiconis ʒ j.ſem.electuarij de ſucco roſarum ʒ ſem. ſyrupi violarum,ſtœchados ana ʒ ſem.aquarum betonicæ ʒ iij. fiat *Hauſtus*.

℞ ſyrupi de multiplici infuſione roſarum ʒ ij.ſp.diaturbith cum rhabarbaro ℈ ſe. aquarum betonicæ ʒ iij. fiat *Hauſtus*.

℞ ſyrupi violarum ʒ ij.diacodij,ſyrupi glycyrrhizę ana ʒ ſem.aquarum violarum,ſcabioſæ ana ʒ j.fiat *Potus*.

℞ hyſſopi,iaceæ nigræ ana m.j.glycyrrhizæ raſæ ʒ ij. corticum granatorum ʒ ſem.fiat decoctio in aqua q.ſ.ad ℔ j.colaturæ addatur aluminis vſti ʒ j.ſem.mellis roſati ʒ j.ſe.fiat *Gargariſmus*.

℞ corticum granatorum ʒ ſe. florum roſarum m.j.ſumach,ſeminum antheræ,plantaginis, berberorum ana ʒ j.ſe.aluminis vſti ℈ j. balauſtiorum ʒ j. coquantur in aqua q. ſ. ad ℔ j. colaturæ addatur ſyrupi myrtini ʒ j. diamori ʒ vj. fiat *Gargariſmus* : in principio mali in ore detinebitur donec incaleſcat.

℞ aquæ plantaginis,roſarum, caprifolij ana ʒ ij.ſem. diamori ʒ j.ſyrupi acetoſi ſimplicis,oxymellis ſimplicis ana ʒ ſe.fiat *Gargariſmus*.

℞ decocti antheræ,roſarum.balauſtiorum,granorum ſumach,plantaginis,ſolani,gallarum ℔ j.aquæ roſaceæ ʒ iij.aceti ʒ ij.ſacchari albiſſimi ʒ ij.fiat *Potus*.Cum eodem quoque liquore gargariſmus fier optimus.

℞ liquoris prædicti ʒ viij.in eo infundantur ſemina

Digitized by Google

papaueris contusa aliquandiu, hinc exprimantur; detur in *Potu* liquor. ℞ florum balaustiorum ʒ ij. seminum antheræ, plantaginis, granorum sumach, berberorum ana ʒ j. gummi tragacanthi ʒ ij. salis ammoniaci, camphoræ ana ʒ j. fiat *Pulvis*; cuius portiuncula insuffletur in guttur. fieri quoque è iam dictis poterunt pillulæ, quarũ vna aut altera sub lingua detinebitur. Aqua quoque rosacea, oxymelle simplici, & aceto, necnon diamoro poterit fieri *Gargarismus* in principio mali, siue calida siue frigida fuerit causa.

℞ syrupi violati ʒ j. se. diamori ʒ j. dianucum, loch de papauere ana ʒ. sem. sacchari violati ʒ iij. fiat *Lohoch*, quo in principio, glycyrrhizæ radice modicè tusa, vtatur. ℞ olei liliorum, camomillæ ana ʒ se. pinguedinis hirci ϑ ij. ceræ parum, fiat *Vnguentum*; eo collum vnctum lana succida contegatur. ℞ vnguenti dialthęę ʒ j. se. olei camomelini, amygdalorum dulcium ana ʒ j. olei violacei, axungiæ gallinæ ana ʒ se. fiat *Vnctio* colli frequens, hinc lana succida supraponatur.

℞ florum camomillę, meliloti ana m. j. foliorũ origani, betonicę, hyssopi ana m se. glycyrrhizæ rasę ʒ j. seminũ lini ʒ vj. fœnugræci ʒ j. coquantur in aqua q. s. ad ℔ j. se. colaturę addãtur syrupi rosacei ʒ iiij. fiat *Gargarismus* dissipans & concoquens. ℞ olei amygdalorum dulcium, butyri recentis ana ʒ iij. ceræ q. s. fiat *Linimentum*.

℞ florum camomillæ, meliloti ana m. se. radicum liliorum, althææ ana ʒ j. seminum lini, fœnugræci ana ʒ vj. coquantur ad mollitudinem, deinde pistentur, addendo farinæ fabarum, hordei ana ʒ vj. butyri, olei liliorum ana q. s. fiat *Cataplasma*.

℞ florum camomillæ, meliloti ana m. ij. se. hyssopi m. j. farinæ fœnugræci, hordeaceæ ana ʒ j. lini ʒ sem. foliorum maluæ m. ij. albi græci ʒ j. radicum althææ ʒ j. se. ficuum pinguium numero decem, olei liliorum, camomillæ, pinguedinis gallinæ ana q. s. fiat *Cataplasma*, cui in augmento mali locus erit.

℞ rosarum rubrarum m. j. hordei m. j. sem. glycyrrhizæ ʒ

ræ ʒ. iij. ficuum pinguium numero ſex, coquantur in iqua q. ſ. ad ℔ j. ſſ. colaturę addatur mellis roſacei ʒ j. ſſ. fiat *Gargariſmus.*

℞ aquarum caprifolii, roſarum ana ʒ iiij. ſſ. diamori ʒ j. oxymellis ſimplicis, mellis roſati ana ʒ vj. fiat *Gargariſmus.*

APPENDIX
ad prædicta pro curatione ANGINAE inſeruiens.

Prohibere hîc diligenter debemus apoſtematis augmentum, frequenter enim hominem ſuffocando occidit ſi ad complementum perueniat, eáque ratione præſtantiſsima debemus adhibere medicamenta mox à principio. Quamprimùm ergo aluus ſubducenda eſt clyſterio leniori, demum verò fortiori. Mox quoque inſtituetur venæ ſectio non expectando horam, eſt equidem magnum in hoc malo remedium. Poſt venæ ſectionem, ſequenti die humorum copia ſi adſit, minuatur purgante aliquo leni medicamento, non expectando humorum concoctionem, cùm morbus non admittat inducias. Per os autem ſi medicamentum non admittat, clyſterio id fieri debet paulo fortiori. Interim quoque humorum impetum ad partem affectam repellemus aſſumptis medicamentis potius quàm admotis ſtatim in principio mali. Exterius autem repellentium loco, parti affectæ ſuperponetur lana ſuccida oleo camomelino optimè imbuta. Repellentium autem vires eò magis imminuemus, quò plus ad augmentum ipſum properat malum, reſoluentiáque poſt tertium diem admittemus, quæ materiam parti affectæ impactam diſsipare poſſunt, vt eſt dianucum diamorum, decoctum glycyrrhizæ, ficuum. Semper hîc quoque addemus etiam in principio mali, quæ dolorem lenire poſſunt, cùm magnus dolor humorum, attractionem ſemper faciat. Optimè autem lac dolorem ſedat etiam per ſe ſolum. Interea quoque temporis ligaturis, cucurbitulis, fotibus, frictionibus aliiſque huiuſmodi inſtrumentis auertemus humorum motum. Venam quoque ſub lingua tunc ſecare licebit. Demum naturæ obediens reddatur materia mali, ſi ratio ſuadeat. Si autem prædi-

Etis ingeniis materiam resoluere non possimus, sed potius in saniem mutari verisimile sit, hic quoque naturam iuuabimus ad puris generationem, quibus tandem addemus pyrethrum, sinapi, vbi suppurata erit materia, rumpendúsque est abscessus; qui tandem purgabitur cum gargarismate facto ex hydromelite. Vltimò glutinantibus medicamentis vlcus consolidabitur. Quæ omnia nunc antéque dictis medicamentis felicissimo cum successu consequi poterimus: modò vniuersalia particularibus debita ratione accommodentur.

Methodus pro cognitione

TVSSIS INSERVIENS.

TVssis est valida efflatio, qua plurimus spiritus celerrimè foras erumpens impetu suo explodere nititur excrementa acria pulmones lacessentia, meatúsque obstruentia, aliáve ratione molestantia. Hic motus fit à natura atque facultate, in quo instrumenta spirituum coacta à causa aliqua violenta, deprauatè mouentur. Subinde tussicula mouetur, ita tamen mitis, vt etiamsi homo frequenter tussiat, supprimi tamen potest ne eueniat, vnde etiam sæpe curatur, propter calorem qui in spiritualibus partibus ex spirituum retentione excitatur, qui per angustos quoque meatus permeant vi quadam. Initium autem motionis in tussi à facultate pulmonum potissimùm est, à qua pectoris musculi etiam excitantur, thoracémque validè comprimunt; ea quidem ratione id quod in viis spirituum continetur, melius expellitur, cum sic spiritus feratur foras vehementiùs, qua vehementia secum rapit excrementa in itinere existentia. Hoc autem symptomate vtitur pulmo, vti sternutatione cerebrum; quem motum vt

in

in actum producat,dilatatur primò,demum constringitur , concurritque motus diaphragmatis tamquam auxiliator.

PARS AFFECTA. est pulmo,qui aliàs per se,aliàs per consensum alterius partis , pectoris nimirum aut diaphragmatis,aliquando etiam iecoris læditur.Pulmo equidem sentiens prædictarum partium læsionem,hoc motu quoque mouetur, vt id quod noxium est expellat. Pulmones autem hîc affici , euidenter confirmat respiratio læsa. Est autem tussis symptoma pertinens ad actionem læsam facultatis motricis ipsius pulmonis; nam neque pectus in pleuritide, neque iecur læsum tussim moueret ; nisi nocumenta eorum pulmoni communicarentur. Aliquando quoque sequitur tussis morbum in via,cùm scilicet fit propter obstructionem viarum per quas spiritus mouetur.

SIGNA mali per se sunt manifesta,ita enim valida frequenter est tussis,vt prohibere etiamsi velit homo, non possit,contingitque thoracem hîc admodum comprimi.Haud enim aliter id quod noxium est ex iis locis educi potest,propter situm & conformationem earum partium quæ respirationi inseruiunt.Sæpe quoque hîc titillatio in intima oris parte percipitur.

CAVSA.sæpe fit ab humore qui à capite in asperam arteriam & pulmones fluit;qui si magna copia,magnoque impetu feratur , maxima concurrit difficultas spirandi,grauitas magna in pectore percipitur,& in dorso, vbi pulmones illi membranis affiguntur.Contra leuia hæc erunt symptomata,cùm pauca excrementa eò deriuantur.Si autem recens fuerit destillatio, titillatio ab vtraque palati parte percipitur,acrimonia denique humoris fluentis , guttur quasi corradi videtur, tussicula frequens concurrit, qua parum tamen reiicitur,estque tenue.Sunt autem hi humores subinde nimium tenues fluidique,tuncque illudunt naturam quę tussim excitat coacta , nam etiamsi validè tussiat , parum aut nihil tamen exspuit. Vnde aliquando nonnulli falluntur

Digitized by Google

qui ab intemperie ſicca potiùs quàm ab humorum præſentia tunc tuſſim fieri contendunt, hac ratione, quòd nihil etiam frequenti tuſſi reiiciat, quaſi propterea nulla adeſſet materia grauans. Hoc autem vti fit cùm materia eſt multum ſubtilis, ſic idem quoque accidit cùm materia nimium eſt viſcida & glutinoſa, ita vt extundi non poſſit. Subinde itaque tenuantibus atque inſpiſſantibus medicamentis nos egemus cùm materia craſſa & viſcida latet in pectore vel pulmone, aliàs verò opus eſt incraſſantibus. In vtroque quidem caſu materia grauans ſua craſsitie aut tenuitate naturam illudit, vnde magna ſæpe virium ſequitur imbecillitas; contingit enim vires infirmas laboribus tantis tandem opprimi, cùm materiam intus continuò quaſi expellere conetur, vt ſpiritibus via ad cor pateat, nihilque tandem longioribus etiam laboribus proficiat. Subinde etiam miſti ſunt humores, qui vel à capite eò ruunt, vel detenti ſunt iis in locis; id quod in pleuritide, phthiſi, pulmonumque inflammatione accidit, tuncque dictorum malorum ſymptoma exiſtit tuſsis, id quod ex propriis eorum ſignis intelligetur. aliàs quoque fit à lumbricis ſtomachum infeſtantibus: aliàs quoque ab intemperie ſubinde frigida, ſicca; aliàs etiam calida ipſius aëris excitatur, tuncque adeſt tuſsis exigua, parumque aut nihil expuitur. Aliquando quoque ſequitur affectum iecoris, ventriculi vel lienis, inflammationem nimirum vel ſchirrhum prædictarum partium, vnde tuſsicula oritur arida, in qua nihil reiicitur ex ſepti tranſuerſi compreſsione.

PROGNOSTICA. Somnum ſi auferat tuſsis, mala cenſetur. Tuſsis quoque nimia & diu perſeuerans cum deſtillatione, mala cenſetur: quia tandem ducit ad phthiſim; aliquando etiam rupturam excitat in pectore, ſputúmque ſanguinis mouet. Tuſsis cum modico conatu, alleuiatione multa & veloci expulſione, ſine labore & fatigatione, ſine periculo eſt; ſi contraria accidant, cum periculo fit. Tuſsis item ex vlcere ſpiritualiũ partium,

Digitized by Google

partium, aut ex earundem partium abſceſſu, periculoſiſſima eſt. Periculoſa quoque eſt tuſſis quæ cùm antè humida fuit, iam ſubitò ſicca ſi reddatur, pectoris grauitate permanente; pulmonum enim exulcerationem minatur. A pulmonibus veteri obſtructione laborantibus, aut etiam corruptis, continua ferè tuſſis excitatur; nequaquam autem à deſtillationibus hoc fit; ea equidem ſubſiſtente, tuſſis etiam deficit.

Methodus pro curatione

TVSSIS INSERVIENS.

Perficitur autem ſubſequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr ſit temperatus, potiúſque ad ſiccum declinet.
Cibus ſit facilis digeſtionis, ſitque parua alimentorum potúſque quantitas. Carnes conueniunt vitulinæ aſſæ, pullorum, gallinarum, leporinæ, auium montanarum. Ex fructibus conueniunt vuæ paſſæ, dactyli, amygdala, ficus. vitentur acetoſa, ſalſa, acria amaráque. Panis condiatur ſemine aniſi aut fœniculi.
Potus ſit ptiſana, hydromel.
Exercitium conuenit ante cibum mediocriter ſerium.
Somnus diuturnus atque diurnus noxius.
Aluus arte ſoluatur, ſi natura non reſpondeat.
Iram, timorem, aliáſque fugiat animi perturbationes.

PRAEPARANTIBVS.

Syrupus de hyſſopo, de praſio, de glycyrrhiza, capillorum Veneris.

Digitized by Google

Syrupus de calamintha,antiquæ conuenit tussi,de stœchade.
Oxymel compositum, squilliticum; syr. acetosus, mel rosatum.
Decoctum ficuum,passularum, glycyrrhizę,capillorum Veneris,hyssopi,prasii.
Aqua scabiosæ, marrubii, capillorum Veneris,hyssopi, fœniculi.
Syr. violatus,papauerinus,iuiubinus.
Nymphææ,violarum,myrtinus.
Aqua hordei admodum iuuat.

Priori loco positis tenuantibus,incidentibus,tergentibúsque scilicet medicamentis vtemur , si à frigido, crasso , viscidóque humore tussis excitetur. Secundo verò loco positis,incrassantibus,inspissantibúsque scilicet vtemur , dum à tenui calidóque humore prouenit; inspissata enim materia tenuis,facilius reiicitur. Per se autem potiùs offeremus , sumétque paulatim lambendo; ebibiti enim non ita integris viribus ad pulmonem transferuntur.

VACVANTIBVS.

Diaturbith cum rhabarbaro,hiera diacolocynthidos.
Electuarium Indum maius,diaphœnicum.
Electuarium rosatum,hiera picra.
Pillulę cocię,alephangineę,aureę, assaieret,de sarcocolla,de agarico,mastichinæ.
Agaricus trochiscatus,manna,cassia.
Decoctum radicum fœniculi, seminum anisi, apii,vrticę,glycyrrhizæ,hyssopi, prasij,iridis, dactylorum,capillorum Veneris,sciabiosæ,enulę campanę,passularum,agarici,salis gemmæ,zinziberis,diacatholicone, electuario Indo,melle rosato additis.
Vomitus.

Quamuis Auicenna à purgantibus medicamentis hîc abstineat, eò quòd via communis nulla sit qua pulmones expurgemus,tamen purgantia plurimùm emolumenti attulerint,eò quod caput purgent, vnde materia

ria fluens originem habet. Denique expurgata infima corporis ſentina, caput ſe exonerabit facilius à ſuperfluis; neque ita replebitur, inferioribus partibus bene conſtitutis.

AVERTENTIBVS.

Venæ ſectio fiet ipſius quidem cephalicę potiſſimùm, ſi fluxio etiam adſit moleſta, ſiue materia calida fuerit, ſiue frigida, modò corpus multum ſit repletum, ita vt inde pectori pulmonibúſque libertas ſe mouendi adimatur, alioqui frigida redundante materia à venæ ſectione abſtinebimus.

Clyſteres fiant ſecundum rei exigentiam mediocriter fortes.

Errhina ex melle, ſucco ſampſuchi, betæ, zinzibere.

Cauterium etiam conuenit ſi multum vrgeat malum, in ceruice autem, aut ſincipite, ſcapuliſve excitabitur.

PROMOVENTIBVS *ſputum*.

Syr. glycyrrhizæ, ſuccus glycyrrhizæ, diatragacanthum.

Lohoch ſanum, è pulmone vulpis, lohoch de pino.

Lohoch è pillulis bechicis, diatragacantho, ſucco glycyrrhizę, ſyr. violarum, ſaccharo violato, roſato, roſis ſiccis, myrrha.

Diapenidium, ſine ſp. diaireos Nicolai.

Succus glycyrrhizæ, enula campana, ireos.

Vnguentum pro pectore ex oleo lini, irino, butyro recenti, oleo amygdalorum dulcium, mucilag. lini, fœnugræci, croco.

CORROBORANTIBVS, *digerentibus intemperiémque emendantibus*.

Theriaca, mithridatum ex vino albo bis in ſeptimana imperabitur. Diaireos Salomonis, lohoch ſanum, de pino.

Diaireos ſimplex, diamuſcum dulce, diatragacanthum calidum, diacalamenthum, diapenidium cum ſpeciebus.

Digitized by Google

Conſerua capillorum Veneris, betonicæ, hyſſopi, melliſſæ, loch ad aſthma.
Decoctum ligni guaiaci.
Vnguentum pectoris ex oleo anethino, camomelino, amygdalorum dulcium, irino, liliorum, butyro, croco, pinguedine anſeris, gallinæ.
Vnguentum ex oleo in quo decoctæ ſint radices enulæ campanæ, ireos, hyſſopus, ſemina lini, fœnugræci.
Cucupha ex roſis, caryophyllis, macè, nigella Romana, radice cyperi, cortice citri, labdano, ſtyracè, calamintha.

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAMENTA *nobilia in* TVSSI, *ſæpius cùm ſumma ſalute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruel experta.*

CVRATIO TVSSIS.

℞ radicum enulę campanę, angelicę ana ʒ vj. hordei mundati m.ij. praſii, hyſſopi, foliorum vrticę ana m. j. agarici albi & leuis ʒ iiij. florum camomillę, meliloti ana m. j. ſeminum aniſi, fœniculi ana ʒ j. coquantur in aqua q.ſ. ad ℔ j. ß. colaturæ adde diaturbith cum rhabarbaro ʒ vj. olei lini, rutæ, amygdalorum ana ʒ j. fiat *Enema.*

℞ ſyrupi de hyſſopo, glycyrrhizę ana ʒ j. ſs. ſyrupi ſtœchados ʒ ſs. aquarum ſcabioſę, hyſſopi, marrhubii ana ʒ iiij. fiat *Iuleb:* dentur ʒ iij. per quatuor dies in aurora, ſingulíſque vicibus ſumpto ſerapio, diatragacanthæ morſellum vnum ore deuoreat.

℞ radicum glycyrrhizę ʒ j. ſcabioſę, hyſſopi, vngulę caballinę, capillorum Veneris ana m. j. vuarum paſſarum m. ij. pruna Damaſcena numero x. ficuum pinguium

guium numero vj. dactylorum numero iij. coquantur in aqua q.ſ. ad tertię partis conſumptionem, colaturæ addantur ſyrupi glycyrrhizæ ʒ iij. diaireos ſimplicis ʒ ſs. fiat *Syrupus* cum ſacchari candi ʒ iij.

℞ ſyrupi iuiubini ʒ ij. glycyrrhizę, mellis roſati ana ʒ j. ſacchari candi ʒ vj. aquarum praſii, violarum ana ʒ v. fiat *Iulapium*.

℞ radicum enulæ campanæ ʒ j. ſs. hordei mundati m.ij. praſii, hyſſopi, betonicę ana m.j. ſcabioſæ m.ſs. glycyrrhizę raſę ʒ j. ſeminum aniſi ʒ vj. vuarum paſſarum enucleatarum m. j. ficuum pinguium numero x. coquantur in aqua q. ſ. ad ℔ j. ſs. & cum ſaccharo q.ſ. fiat *Potio*.

℞ oxymellis ſquillitici ʒ j. ſs. ſyrupi glycyrrhizę ʒ j. decoctionis prædictæ ʒ iij. fiat *Hauſtus*.

℞ radicum fœniculi, petroſelini, draguntęæ ana ʒ j. radicum enulæ campanæ, iridis ana ʒ iij. capillorum Veneris, hyſſopi, praſii ana m.j. ſs. ſeminum aniſi ʒ iij. paſſularum mundatarum ʒ j. ſs. agarici albi & leuis ʒ. ſs. zinziberis ʒ j. ſalis gemmæ ʒ ſs. ſenæ Alexandrinę ʒ vj. coquantur in ſufficienti quantitate aquæ ad ℔ j. ſs. colaturæ addantur ſyrupi glycyrrhizæ ʒ iij. fiat *Potio*.

℞ diaturbith cum rhabarbaro, electuarii Indi ana ʒ iij. ſyrupi glycyrrhizę, praſii ana ʒ ſs. decocti agarici, hyſſopi, fœniculi ʒ iij. fiat *Hauſtus*.

℞ pillularum de agarico, aurearum, cochiarum ana ℈ j. rhabarbari electiſsimi ℈ ſs. ſyrupi ſtœchados q. ſ. fiant *Pillulæ* octo numero; ſumat poſt medium noctis. Sequenti die detur theriacę magnę ʒ j. cum aquę draguntęæ ʒ iij.

℞ ſyrupi de hyſſopo, de iuiubis ana ʒ ſs. adianthi ʒ j. lohoch ſani, de pino ana ʒ v. ſacchari violati ʒ iij. miſceantur, fiat *Lohoch*.

℞ mellis roſati colati, oxymellis ſimplicis, glycyrrhizæ ana ʒ j. ſyrupi violarum ʒ ſs. ſacchari candi ʒ iij. diatragacanthi frigidi ʒ ij. fiat *Lohoch*.

Digitized by Google

℞ balauſtiorum,corticum malorum granatorum ana ʒ iij.roſarum m.j.ſ.iuiubarum,ſebeſten ana ʒ ſ.coquantur in aqua q.ſ. ad ℔ j.ß. colaturę adde ſyrupi papauerini ʒ ij. myrtini ʒ ß.fiat eorum mixtura pro *Gargariſmate.*

℞ diacodii ʒ ij. thuris ʒ j. ß. miſceantur, detur ʒ ſ. cum ʒ iij. decocti hordei,ſyrupi roſati de roſis ſiccis ʒ j. fiat *Hauſtus.*

℞ diatragacanthi frigidi ʒ j.ſ.pillularum de cynogloſſa ∋ ß.diacodii ʒ iij. boli Armeni,ſucci glycyrrhizę ana ʒ j.ſ. amyli ʒ ß. ſyrupi roſati , papauerini ana q. ſ. fiat maſſa *Pillularum:* teneat vnam in ore.

℞ roſarum rubrarum m.ſ. ſandalorum citrinorum, maſtichis,thuris ana ʒ ij.ß.labdani,ſtyracis ana ʒ j.ſ. fiat *Suffitus* ; cuius vapore capitis tegmina manè & veſperi perfundantur.

℞ ſyrupi papauerini ʒ j.ſ. roſarum,myrtilorum ana ʒ j. aquæ violarum ʒ iiij. decoctionis hordei , paſſularum, quatuor ſeminum frigidorum maiorum ʒ vj. miſceantur,fiat *Potus* in calida cauſa.

℞ olei violarum ʒ j. ſ. amygdalorum dulcium ʒ j. olei irini , butyri Maialis ana ʒ ſ. croci ∋ ſ. ceræ q. ſ. fiat *Vnguentum* molle , quo pectus aliquoties in die inungatur. Caput autem abradatur , & inungatur cum oleo roſaceo , camomelino , anethino vnà mixtis.

℞ mithridati optimi,theriacę Andromachi ana ∋ j ſ. decocti glycyrrhizę, radicum enulæ campanę, capillorum Veneris, hyſſopi ʒ iiij. ſyrupi glycyrrhizæ ʒ j. fiat *Potus*,plurimùm in tuſsi inueterata valet.

℞ radicis draguntеæ conditæ ʒ ij. radicum ariſtolochiæ rotundæ ʒ j. ſeminis lini , croci , thuris , maſtichis ana ∋ j. ſ. fiat *Electuarium* cùm ſyrupo glycyrrhizæ, ſi tuſsi catarrhus coniungatur, maximè proderit.

℞ myrrhæ ʒ iij. ſagapeni ʒ j. ſ. mellis & aquæ vitæ q.ſ. fiant *Pillulæ*, doſis ʒ j.

℞ dia-

Digitized by Google

℞ diasulfuris Mesuæ ʒ j. 3 j. carbonibus iniiciatur pro *Suffumigio*, quo vtetur vt reliquiæ absumantur materiæ peccantis.

℞ rosarum siccarum m. j. florum camomillæ m. ij. se. furfuris frixi m. j. fiat *Sacculus* in eundem finem pro capite.

℞ seminum nasturtij torrefactorum ʒ j. fimi columbini 3 j. sem. nucis cupressi 3 v. cum aqua dectionis cupressi & staphisagriæ fiat *Empiastrum* pro capite, cerebrum confortat, superuacaneas absumit quoque eius humiditates.

APPENDIX
ad prædicta pro curatione TVSSIS inseruiens.

Prouenientis propter materiam quæ meatus obstruit pulmonis, cui fluxus quoque aliqualis coniunctus etiam est qua ratione ab asthmate secernitur. Humores in corpore redundantes omnium primò naturæ obedientes reddemus: hoc cùm consecuti aliqualiter fuerimus, purgante medicamento eos euacuabimus. Deinde materiam ad pulmones ruentem auertemus clysteribus, errhinis, venæ sectione, cauteriis, balneo quod manibus cruribúsque accommodabitur. Deinde quæ sistere possunt materiam ad pulmones labentem si id quoque concurrat (neque enim semper necessarium hoc est vt tussis fiat) accidens, è capite de catarrho huc quoque in vsum aduocabimus: illi enim malo ea medicamenta potissimum dicata sunt. Postremò quæ materiam pulmonibus conclusam educere possunt, imperentur: quibus addemus ea quoque quæ idem viscus roborare solent. Quæ omnia nunc anteáque dictis medicamentis facile consequi poterimus, modò vniuersalia particularibus debita ratione adhibeantur. Tussis autem si fiat propter pleuritidem, aut pulmonum inflammationem, aut empyema, aut rupturam alicuius venæ in pulmone, non poterit probè curari, nisi dicta mala primò curentur, & propterea nisi tussis nimium affligat, illarum partium cura primùm instituatur: id autem quo pacto fieri debeat, suis lo-

Digitized by Google

cis indicatur. Decoctum hordei cum ſacchari quantitate multa, plurimùm prodeſt ſi propter irritationem nimiúmque ſenſum fiat tuſſis. In quem quoque finem, & vt tuſſis ſedetur, narcotica nonnulla detergentibus medicamentis permiſcenda ſunt: vt,

℞ *ſucci glycyrrhizæ* ʒ *ij. ſe. farinæ amyli* ʒ j *ſe. croci, myrrhæ ana* ℈ *j ſe. opij gr iij. ſtyracis calamitæ* ʒ *ij. ſyrupi violarum q. ſ. fiant* Pilulæ, *detur* ℈ *j. ſubingreſſum lecti. Aut,*

℞ *diacodij* ℥ j. *Vbi autem materia maturitati appropinquauerit, ſatiſque attenuata erit plurimùm gratificabitur decoctum ex ficubus, vnis paſſis, glycyrrhiza, hyſſopo, violis, ſeminibus cydoniorum radice althææ. Hinc.*

℞ *olei violacei* ʒ j. *ſe. amygdalorum dulcium* ℥ j. *mucilaginum, ſeminum lini, pſyllij ana* ʒ *ſem. ceræ q. ſ. fiat* Vnguentum *pro pectore.*

Methodus pro cognitione

ASTHMATIS INSERVIENS.

ASTHMA eſt denſa ſeu crebra quædam reſpiratio citra febrem, qualis currentibus accidit. Difficultatis autem ſpirandi tres ſunt ſpecies; dum enim ita placidè vrget, vt neque ſonus neque anhelatio fiat, febréque vacat, Dyſpnœa dicitur. Cùm verò ſpirare ſine ſono & anhelatione non poteſt, Aſthma dicitur; ſi autem ita vrgeat, vt non niſi recta ceruice ſpiritum ducere poſſit, & abſque febre hoc fiat, Orthopnœa ſeu recta ſpiratio vocabitur, in hac ſpecie, ſi decumbant iaceántque ægri, quaſi ſuffocantur: contingit equidem vias ſpirituum in pulmonibus exiſtentes, & etiam aſperam arteriam, omnéſque regiones internas, multo ſtrictiores & anguſtiores fieri, quàm dum erecto corpore ſedent, eò quòd thorax totus ſupra ſpinam quaſi concidat illis decumben-

Digitized by Google

bentibus:minus enim ductus illi propaginésque aſperę arteriæ, per quas ſpiritus fluunt, comprimuntur, ſi caput,collum, thoracémque ſubleuent, quàm ſi iiſdem partibus curuatis ſpiratis ſpirare velint,cùm ſic meatus comprimantur manifeſtè. Differunt autem dictæ ſpecies ſecundum magis & minus ſolum : omnes enim continentur ſub denſo ſeu crebro ſpiritu, qui ob tenacium & craſſorum humorum copiam,pulmonum branchiis infarctam,fit.arctatio enim neceſſum eſt fiat ex humore craſſo,frigido atque viſcoſo,qui meatibus pulmonis impactus eſt, vnde ſpiritualium membrorum anguſtia hîc fit. Non agimus hîc de ea quæ propter virium imbecillitatem difficultas ſpirandi fit: nam licet omnes muſculi thoracis tunc quoque moueantur, id tamen ſenſim fit:non autem crebra concurrit reſpiratio,neque dilatatio magna: ſolétque ſpiritus potiùs per nares emitti,& etiam reuocari. Vires autem omnino proſtratas eſſe,ſatis ſeriò ſignificabitur, ſi natium pinnæ manifeſtè contrahi videantur per inſpirationem. Neque de ea difficultate ſpirandi hîc agimus quæ fit propter cordis aut pulmonum calorem magnum, etiamſi neceſſariò calidus hîc frequenter exſuffletur ſpiritus, ſpiratióque magna frequens atque celer fiat.Sic quoque in pleuritide & ſynanche fit quædam denſa atque crebra reſpiratio: quæ omnia aliam ab hoc malo curandi rationem cùm requirant,hîc locum non habent, vti nec ea quæ fit ob ſplenis magnam molem, aut ob aquarum copiam in in ventris capacitate contentam,ab his enim malis contingit maximam fieri reſpirandi difficultatem, eò quòd ſeptum tranſuerſum comprimatur.

PARS AFFECTA. propagines aſperæ arteriæ in pulmonum ſubſtantiam diſſeminatæ hîc afficiuntur : cùm enim ſtrictiores in hoc malo ſint, citiùs afficiuntur ab humoribus illapſis, anguſtæque fiunt, vnde accidit quantitatem inſpirati aëris non reſpondere magnitudini diſtentionis,etiamſi pectus multum dilatetur,vnde crebro celeritérque coguntur reſpirare laborantes,cùm

Digitized by Google

parua admodum sit quantitas quæ inspiratur, cùm spiritus liberè intrare non possint ob angustiam viarum. Contingitque copiam spirituum non esse proportionalem magnitudini distentionis quæ fit à thorace; cùm enim thorax plurimum dilatetur, parum tamen externi aëris inspiratur, cuius contrarium accidit cùm aspera arteria eiusdémque propagines secundum naturam se habent. Est autem difficultas spirandi de qua hîc agimus; symptoma pertinens ad actionem læsam functionis voluntariæ, respirationis nimirum quæ debilis est aut deprauata. Sequitur autem hoc symptoma morbum in via, obstructionem nimirum angustiámve viarum per quas aër inspiratur.

Signa. Magna densáque fit spiratio sine febre, aliquando quidem etiam cum anhelatione atque sono, id quod magis iacentibus quàm sedentibus accidit, pectus graue est, & angustiam arctationémque in ea percipiunt, frequenter tussiunt, purulenti tamen nihil reiectant; & hoc malum increscit eousque aliquando, vt recta ceruice spirare cogantur, vt à metu suffocationis se saluent; pallor quoque faciei tempore efflorescit, scapulæ interdum etiam dolent, & iam dicta accidentia modo intermittunt, temporéque rursus reuertuntur.

Causa. Malum hoc quandoque generat fumus argenti viui, aër cauernarum in quibus metalla effodiuntur; ab iis enim vaporibus contingit pulmonem nimium exiccari. Victus quoque intemperantia, necnon corporis crassities otio aut natura contracta, anhelosos subinde facit; omnium autem frequentissimè fit à pituita crassa & viscida, quæ in asperæ arteriæ ductibus inuiscata hæret, siue aliunde influat, quo tempore sæpe subitò spirãdi difficultas oritur, siue ibi generati sint; sæpe enim spirandi instrumenta sui mali principium habent, cùm scilicet multæ superfluitates in ipsis generantur; quæ aliquando tempore vi caloris in pituitam vitream aut gypseam permutantur, hinc tempore quoque in grandinem atque calculos degenerant. Subindè

quo-

quoque fit propter tuberculum crudum in pulmonibus enatum, qui iuxtà aſperam arteriam, aut eius propagines oritur, eáſque coarctare poteſt; & hi quidem tempore ſanitatis dum ſe exercent, difficulter quidem ſpirant, nihil tamen quaſi exſpuunt, paulatimque difficultas ſpirandi increſcit, ſine ſtercore tamen. Aliquando etiam fit propter pectoris anguſtiam, malámque conformationem.

PROGNOSTICA. Aſthma in ſenibus nunquam curatur, in iuuenibus verò difficulter. Aſthma quoque propter diſlocationem ſpondylium, vix aut nunquam curatur, niſi reducantur ſpondylia. Affectus hic ſæpe acutus fit, temporúmque interuallis recurrit, ob vehementiſſimáſque acceſſiones aliquando ægrum ſtrangulat, quod tunc potiſſimùm fit, cùm noua aliqua deſtillatio è capite in pulmones iam anteà coarctatos irruit, & potiſſimùm ſi humidum frigidúmque cælum concurrat, aut ſi ex multis cruditatibus, aſthmatis materia multum humectetur & quaſi diffundatur, hiſce enim concurrentibus in veteri aſthmate, acceſſiones multò fiunt periculoſiores, ſic equidem ingeminatur obſtructio. Sæuitiam autem mali mitigat cæli ſerenitas, vitæ ſobrietas, corporiſque quies. Qui pectus à natura habet ſtrictum, paruúmque pulmonem, iugiter fit aſthmaticus. Syncope concurrens cum pulſu languido, intermittente, inæquali, inordinato tardóque, peſſimum eſt. Periculoſo quoque tremula ſpiratio eſt, & eò magis, ſi ſcapulæ, necnon omoplatæ cum muſculis intercoſtalibus vnà cum inſpiratione & exſpiratione deprimuntur & attolluntur, præſertim viribus exiſtentibus debilibus.

Digitized by Google

Methodus pro curatione

ASTHMATIS INSERVIENS.

Perficitur autem subsequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr sit calidus & siccus.

Cibus. Carnes conueniunt gallinarum, perdicum, pullorum, auicularum montanarum. Vitentur omnia quæ crassum lentúmque succum procreant. Inter olera admittantur fœniculum, thymus, hyssopus, calamintha.

Potus sit vinum tenue aut aqua mulsa, in qua aliquid prasij aut hyssopi incoctum sit.

Exercitium leue, vt ambulatio lenta ante cibum facta ferè vsque ad lassitudinem, frictióque infernarum partium fiat.

Somnus sit moderatus, non diurnus.

Animi perturbationes vitentur.

PRAEPARANTIBVS.

Syrup. capillorum Veneris, de marrhubio, glycyrrhizæ, hyssopi, de duabus rad. violarum, calaminthæ, stœchados.

Mel rosatum.

Oxymel simplex, compositum, squilliticum.

Acetum squilliticum.

Decoctum radicum enulæ campanæ, epithymi, aristolochiæ rotundæ, hordei, seminum lini, fœnugræci, cydoniorum, vrticæ, fœniculi, anisi, capillorum Veneris, hyssopi, prasij, scabiosæ, betonicæ, vuarum passarum, ficuum, dactylorum.

Aqua

Aqua hordei cum ſaccharo.
Aqua praſij, hyſſopi, betonicæ, hordei, fœniculi, violarum.
Decoctum guaiaci.

Multùm calida cùm id quod tenue eſt conſumant, craſſumque relinquant, hîc non conueniunt, cùm autem morbus ipſe longus ſit, difficulterque medicamentis expellatur, mutanda ſubinde remedia ſunt: cùm enim ab aſſuetis paſſio non fiat, tandem natura contemnet eorum continuum vſum. His quoque addemus ſyr. papauerinum, myrtilorum, cidoniorum, bolum Armenum, ſi catarrhum ſiſtere velimus.

VACVANTIBVS.

Agaricus trochiſcatus, diaturbith cum rhabarbaro, diaphœnicum, diacatholicum, electuarium Indum.
Hiera diacolocynthidos, hiera ſimplex & compoſita, pillul. de hiera cum agarico.
Pillulæ maſtichinæ aggregatiuæ, aſſaicret, alephanginæ, aromaticæ, eociæ.
Agaricus, caſſia.
Colocynthis.

Vomitus excitetur rationibus antedictis, potiſſimùm ſi facilè vomat; magis enim conuenit quàm ventris ſolutio, eò quòd pulmonibus ſit via magis vicina, magiſque à ſtomacho phlegma euacuet.

Clyſteres molles ex decocto pectorali, caſsia, hiera picra, diaphœnicone.

Venæ ſectio hîc conuenit, ſi æger ſanguine abundet, ſi hæmorrhoides menſeſque ſuppreſſæ ſint; alioqui vix admittenda.

In hoc malo pillulæ ſunt efficaciores, eò quòd à diſtantibus partibus feliciùs materiam grauantem attrahant. A purgantibus autem medicamentis abſtinebimus omnino tempore paroxyſmi, periculum enim eſt, ne tunc materia vi medicamenti agitata in pulmones largiùs ruat, extra quoque paroxyſmum rariùs purgantibus vtemur medicamentis, eò quòd viſcida & craſſa eſt

Digitized by Google

materia quæ obſtruit; purgantia autem medicamenta ad pulmonem vix pertingunt, diligenter autem præparanda erit materia antequam purgantibus medicamentis educatur.

AVERTENTIBVS.

Naſalia fiant ex nigella Romana, cubebis, nuce muſcata, ſucco ſampſuchi, betæ, aqua mulſa, vino.

Maſticatoria.

Lotiones pedum in decocto florum camomillæ, meliloti, betonicæ, ſaluiæ, ſampſuchi, foliis lauri, roriſmarini.

Cauſtica & veſicatoria medicamenta in commiſſura coronali tempore neceſsitatis fiant, ſi catarrhus malum auget.

Frictiones vinculaque partium infernarum fiant, potiſſimùm ſi ſuffocationis periculum impẽdeat: tandem cùm verſus augmentum vergit, fricandum erit ipſum pectus linteo vtcumque aſpero, vt meatus earum partium referentur, virtuſque medicamentorum melius ſe inſinuet in profundum.

Cucurbitulæ humeris affigentur ſine ſcarificatione tempore ſuffocationis, & cùm difficulter admodum ducitur ſpiritus, paulum ſupra renes vbi diaphragmatis pulmonumque portio quieſcit. matutino id fiet tempore, pluribuſque vicibus.

PROMOVENTIBVS *ſputum, thoracem pulmoneſque roborantibus.*

Syr. glycyrrhizę, de iuiubis, hyſſopo, praſio.

Diahyſſopus, diapenidion, loch ſanum, de caulibus, de pino, diairis, diatragacanthum cum oleo aniſi.

Conſerua enulæ campanæ, ius galli antiqui, cum ſyr. capillorum Veneris.

Pulmo vulpis exiccatus, ſyr. glycyrrhizæ exceptus. Ericinus ſilueſtris. Millepedæ ſeu aſelli, animalcula ſunt quæ ſub vaſculis aquariis morantur.

Squilla, glycyrrhiza, braſsica, allium, hyſſopus, enula campana, ariſtolochia, rotunda, rad. ſerpentariæ ſub cine-

cineribus assa,cum syr. glycyrrhizę,loch de pulmone vulpis,de pino.

Vuæ passę, ficus sicci,semen lini, iuiubę, scabiosa, glycyrrhiza.

Decoctum ex ficubus, hyssopo,fœnugręco, glycyrrhiza,vuis passis,melle,croco.

Vnguentum pro toto pectore ex oleo lini , amygdalorum dulcium,anethino,rutaceo,irino,liliorum,camomelino,butyro recenti, pinguedine gallinæ, mucilaginæ fœnugræci,althææ,croco,rad.iridis.

Vnguentum Agrippæ.

Cataplasma ex farina hordeacea , ficubus, iride, melle, resina.

Præsentibus medicamentis euacuandi sunt humores in meatibus carnéque spongiosa pulmonum concluſi, potiùs quàm purgantibus aut vomitum concitantibus medicamentis;hęc equidem instrumenta potiùs locum habebunt cùm humores sunt plurimi in toto corpore redundantes , à quibus causa coniuncta incrementum sumere potest. Poros autem pectoris aperire quoque hîc eadem opera laborabimus cum frictionib. molliusculis;hinc inungemus prędictis vnguentis,demum cataplasmata admouebimus.

DIGERENTIBVS *reliquias*.

Theriaca cum vino albo veteri,aurea Alexandrina,diaireos simplex.

Mithridatum,diamuscum dulce & amarum,pliriſarcoticum,loch ad asthma,loch è squilla.

Decoctum ligni guaiaci.

Mellicratum.

Castorei pul.

Suffitus cum sulfure,thure,mastiche,ligno iuniperi,terebinthina.

Vnguentum ex oleo rutaceo,irino,anethino,rad.iridis, enulę campanæ,semine lini,adipe gallinæ.

Digitized by Google

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAMENTA nobilia in ASTHMATE, ſæpius cum ſumma ſalute plurimorum egrotorum à Gualtero Bruel experta.

CVRATIO ASTHMATIS.

℞ radicum ariſtolochię rotundę, iridis ana ʒ ß. centaurei minoris, hyſſopi, calaminthę ana m. j. agarici albi & leuis ʒ v. coquantur in ſufficienti quantitate aquę ad tertias; colaturę addatur ſp. hierę diacolocynthidos ʒ j. ß. diaturbith cum rhabarbaro ʒ v. olei liliorum, camomelini, rutacei ana ʒ j. ſalis ʒ j. fiat *Clyſtere.*

℞ ſyrupi glycyrrhizæ, ſyrupi de praſio ana ʒ ß. de hyſſopo ʒ j. ß. oxymellis ſquillitici ʒ j. aquarum marrhubii, hyſſopi, vngulę caballinę, ſcabioſę ana ʒ iiij. fiat *Iuleb*: dentur ʒ iiij. in aurora, ſumátque morſellum vnum diaireos ſimplicis ſingulis vicibus poſt ſumptionem ſyrupi.

℞ radicum enulę campanę, ireos ana ʒ ij. hyſſopi, vngulæ caballinę ana m. ij. ß. glycyrrhizę raſę ʒ j. ß. ſeminum aniſi ʒ j. paſſularum enucleatarum ʒ iiij. ſeminum fœnugræci ʒ j. florum violarum, thymi ana m. j. ficuum pinguium numero vj. coquantur in aqua q. ſ. ad tertię partis conſumptionem, hinc cum melle q. ſ. fiat *Syrupus*; cochlear vnum lambendo admittat aliquoties in die.

℞ oxymellis ſquillitici ʒ j. ß. detur cum præſenti decocto.

℞ enulę campanę, vngulę caballinę, hyſſopi, capillorum Veneris, praſii ana m. j. glycyrrhizæ raſę ʒ j. ſeminum aniſi ʒ ſs. fiat arte *Potio*, ſumat ʒ iij. in aurora, ſi malum inducias dederit, huius decocti, cum ʒ j. ſs. prędicti ſyrupi per tres aut quatuor dies. Poſtea prædictis dum coquuntur, addemus ſenę Alexandrinę ʒ j. agarici albi

Digitized by Google

albi & leuis ℈ iij. seminum carthami ℈ ſs. fiat *Potio* purgatoria pro tribus vicibus.

℞ agarici trochiſcati, hieræ diacolocynthidos ana ℥ j. ſs. pillularum alephanginarum ℥ j. oxymellis ſquillitici q.ſ. fiant *Pillulæ* octo numero: dentur poſt primum ſomnum.

℞ pillul. cochiarum ℥ j. pillularum de agarico ℥ ij. rhabarbari ℥ ſs. fiant *Pillulæ* vt prædictum eſt.

℞ diaphœniconis, caſſię recenter extractę ana ℈ ſs. agarici trochiſcati ℥ ſs. ſacchari albiſsimi q.ſ. fiat *Bolus*.

℞ radicum raphani ℈ ij. betonicę ℈ j. ſeminum naſturtii, atriplicis ana ʒ ij. coquantur in aqua q.ſ. ad tertię partis conſumptionem, vnciis quinque huius colaturæ addatur ℈ j. ſs. oxymellis ſquillitici, ſucci cepæ domeſticæ ℈ ſs. miſceantur, fiat *Vomitorium* medicamentum: detur poſt ſumptum cibum, hinc obambulet aliquandiu. Vomitum quoque inſtituere poterit cum radice raphani & elleboro albo, vt prędictum fuit in melancholia.

℞ conſeruæ violarum, radicum enulę campanę ana ℈ vj. conſeruæ florum anthos ℈ ſs. ſp. diaireos Salomonis, diatragacanthi frigidi ana ℥ ij. ſs. ſyrupi violacei, capillorum Veneris ana q.ſ. fiat *Linctus*.

℞ ſyrupi de hyſſopo, de praſio ana ℈ j. lohoch è ſcilla, è pulmone vulpis ana ℈ ſs. radicum enulæ campanæ ʒ ij. ſucci glycyrrhizæ, ſacchari Candi ana ʒ j. ſs. fiat *Lohoch*.

℞ ſyrupi de hyſſopo, de marrhubio, violarum ana ℈ j. oxymellis ſimplicis ℈ j. ſs. ſumat cochleare loco lohoch cum hauſtu priſanæ.

℞ ſyrupi glycyrrhizæ ℈ ſs. oxymellis ſimplicis ℈ j. ſs. lohoch de pulmone vulpis ʒ vj. gummi ammoniaci ʒ ſs. fiat *Linctus*: ſæpius vtatur in die.

℞ radicis enulæ campanę conditę, dragonteæ ana ℈ ſs. lohoch de pulmone vulpis, lohoch ſani ana ʒ v. radicum ireos ℥ ij. ſyrupi de hyſſopo q. ſ. miſceantur, fiat *Mixtura*, de qua frequenter in die ſumat nonnihil.

Digitized by Google

℞ radicum enulę campanæ,gentianæ,pulmonis vulpis ana ʒ ij.diaireos ℈ iiij. mellis ſquillitici q.ſ. fiat *Electuarium* molle: detur ʒ j. cum decocto hyſſopi, ſcabioſæ,capillorum Veneris.

℞ glycyrrhizæ raſæ ʒ ij. ſs. hyſſopi ʒ j.croci ℈ j. radicum vngulæ caballinę ʒ j.ſs.macis ℈ ij.fiat *Puluis* quo cibaria condientur.

℞ lohoch è pulmone vulpis ℈ j.aureæ Alexandrinę, mithridati optimi ana ʒ j. ſquillæ aſſæ ʒ ſs. conſeruæ radicum enulæ campanę ℥ ſs. fiat *Electuarium* : dentur bis in ſeptimana dragmę duæ cum vino in quo calidis cineribus infundatur ſcabioſa,vngula caballina per aliquot horas.

℞ radicum enulæ campanæ conditarum ℥ ij. radicis ireos conditæ ℥ j. ſucci glycyrrhizæ ℥ j. ſs. ſucci hyſſopi ℥ j. piperis , ſeminis vrticæ ana ℈ iiij. paſſularum enucleatarum, amygdalorum amarorum ana ℥ ſs. ſyrupi de hyſſopo q.ſ.fiat *Electuarium* molle.

℞ granorum lauri ʒ vj.radicum dragonteæ ʒ j. boli Armeni ʒ ij. ſucci glycyrrhizæ ʒ j. ſyrupi de hyſſopo q.ſ. fiat maſſa *Pillularum* : capiat tres aut quatuor veſperi.

℞ thuris,maſtichis ana ʒ j.ß. ſulfuris ʒ ij. ß. ligni iuniperi ℈ ij. ſtyracis ℈ j. terebinthinæ q.ſ. fiat maſſa pro *Suffumigio*. Tempore vſus pillula vna aut altera viuis carbonibus immittatur , fumúſque per fiſtulam conuenientem ore excipiatur , & tegmen capitis eo ſuffiatur: placidè ſuperfluam cerebri exiccat humiditatem.

℞ olei camomelini ℥ j. ſs. anethini ʒ vj. amygdalorum dulcium ʒ iij.ſp.diaireos ʒ ß. radicum enulę campanæ,dragonteę, ana ℈ j. ceræ & aceti parum, fiat *Vnguentum*.

℞ olei liliorum alborum,amygdalorum dulcium,lini ana ℥ ß. olei laurini,camomelini ana ʒ iij.butyri recentis,pinguedinis gallinæ, anatis, ana ʒ iij. ſucci hyſſopi, enulę campanæ ana ʒ ij. radicum dragonteæ ʒ ß. croci ℈ ß.

Digitized by Google

℈ ß. ceræ q. ſ. fiat *Vnguentum* digeſtiuum & emolliens pro pectore.

℞ radicum iridis, enulæ campanę ana ξ ß. farinę hordeaceę, oleaceę, ſeminum lini ana ξ j. ſicuum pinguium numero decem, reſinę terebinthinæ ξ j. ß. mellis deſpumati q. ſ. fiat *Cataplaſma*.

APPENDIX
ad prædicta pro curatione ASTHMATIS inſeruiens.

Omnium primò aluus ſubducatur clyſterio conuenienti: horum autem hîc frequens vſus admodum probatur. Deinde dante inducias ipſo malo naturæ obedientes reddemus humores peccantes pulmonéſque grauantes. Hos poſtea è corpore educemus placidè purgantibus medicamentis. Hinc auertemus humores ad pectus ruentes errhinis, ſternutatoriis medicamentis, apophlegmatiſmis, cucurbitulis, quarum vna magno cum commodo dorſo è regione cordis applicabitur ſi materia ſit ventoſa. Materia quoque frictionibus auocabitur, necnon balneo calente, in quo crura fouebuntur. Demum quæ materiam in pulmonibus ſepultam educere poſſunt, offeremus, in quorum numero ſunt quæ ſputum promouere poſſunt: quibus addemus ea tandem quæ reliquias diſsipare, pulmonéſque roborare poſſunt. Hîc autem cauendum, ne ea quæ multum calefacere aut exiccare poſſunt, offerantur medicamenta, ſic equidem difficiliùs multò humores grauantes educerentur adhuc: cùm enim magna ex parte humor huius mali ſit craſſus atque viſcoſus, diutiúſque in pulmonibus plerumque detineatur, intenſo calori ſi exponeretur, facilè quandam quaſi duriticm induet. Quare ea quæ placide calefacere humectaréque poſſunt, addemus medicamentis incidentibus, lenientibus abſtergentibúſque. Hîc quoque medicinæ multum frigidæ vitandæ haud ſecus atque multum calentia medicamenta, niſi periculum ſuffocationis aut exulcerationis à catarrho impendeat. Et hîc quoque, vt in reliquis ægritudinibus diuturnis, medicamenta aliquando permutabimus, cùm ab eo quod conſuetum eſt non fiat paſſio.

Digitized by Google

Methodus pro cognitione

PLEVRITIDIS INSERVIENS.

PLEVRITIS est inflammatio membranæ intrinsecus costas succingentis, quæ pleura dicitur, vnde etiam morbus hic nomen sumpsit, à parte videlicet affecta cui insidet. Hinc patet non quemcumque lateris dolorem, pleuritidem dici; quamuis enim plures laterum dolores sint, hîc tamen de eo agimus laterum dolore qui morbum acutum consequitur propter inflammationem membranę intrinsecus succingentis costas. Si enim in exterioribus musculis inflammatio consistat, aut si à flatibus dolor ibidem magnus fiat, iam notha erit pleuritis, tunc febre carent, dolorem interim percipiunt in pectoris regione, qui tactu etiam irritatur ex parte, non ita tamen stabilis est, remittitúrque aliquando ex applicatione eorum quæ flatus discutere possunt.

PARS AFFECTA, est membrana costas succingens intrinsecus: huius signa sunt præter respirationem impeditam, tussimque concurrentem, dolor punctorius, qui membranas esse affectas significat, & eiusdem doloris positus.

SIGNA. Dolor sit punctorius multum molestus & quidem plus ob dilatationis magnitudinem quàm motionis velocitatem; magnitudo equidem dilatationis, tum comprimendo, tum distendendo, tum violenter mouendo pectus dolorem auget. Dolor autem hic aliquando ad hypochondrium, subinde ad clauiculam extenditur. Spiratio est frequens propter vrgentem necessitatem, atque parua propter dolorem, qui prohibet instrumẽta respirationis plurimùm attolli; id quod tamen ne-

neceſſarium eſt propter magnam inflammationem, vnde duplare cogitur homo reſpirationem, vt vel hac ratione in maximo calore refocilletur cor. Febris quoque adeſt continua; propterea quòd inflammatio vſque eò vicina eſt cordi. Pulſus eſt frequens non nimis magnus, durus, & inæqualis, eaque ratione ad ſerræ modum aſper. Concurrit quoque tuſſis, primò quidem ſicca, quo tempore nihil quaſi extunditur; tandem ſputa pro diuerſa natura excrementi variè colorata reiiciuntur, & magis fiunt humida, plura quoque reiicere incipit, eſtque magna ex parte id flauum quod reiicitur; hinc fit rubeum & cruentum, tandem verò ad maturitatem perducto apoſtemate, fit purulentum. Decubitus in affectã partem facilior quam in alteram, potius tamen ſupinè cubat æger, malè enim affecto lateri ſi incumbat, dolor augetur, eò quòd ſubiecto corpore materia plus diffunditur propter preſſuram. In latus verò ſanum ſi conuertatur, pleura, vel membrana affecta magis diſtenditur, eo quòd tumor ſuſpendatur, & quaſi pondere dependeat. Sub noctem dolor hîc plerumque intenditur. Contingit autem hoc malum quandoque terminari, eò quòd materia exudet ſenſim ad pulmonem, ſicque cum tuſsi expellitur; quod vt frequenter euenit, ſic maximè optandum eſt. Aliàs quoque per cutis poros inſenſiles quaſi euaporat; hocque rariùs accidit. Aliàs materia maturatur, in ſaniemque tranſit, apertoque abſceſſu, niſi tunc tuſsi reiiciatur, in quadraginta diebus empicus aut phthiſicus fit æger. Materia autem dum ſuppurari incipit, dolores febreſque intenduntur, difficilius ſpirat, parum aut nihil tuſsi reiicit, maior in maxillis rubedo efflioreſcit, vigiliis, ſitique torquetur. Remittuntur autem pure iam confecto, dolor atque febris, magis autem tuſsit, parum interim reiicitur. Tempore autem eo quo rupto abſceſſus inſtat, dolor febriſque increſcit, ſpiritus difficilius ducitur: vires labuntur, homo inhorreſcit. Viribus conſtantibus hæc ſi fiant, bonaque ſint quæ ſputo redduntur, bene ſperandum eſt.

Digitized by Google

Et quò maior febris atque dolor, necnon ſpiritus difficultas tunc fuerit, eò eruptio erit celerior, & contra quò mitiora hæc fuerint accidentia, eò tardius fiet. Principium autem morbi adhuc eſſe dicimus cùm parum ſpuit, idque indigeſtum eſt, quod ſi ſubrubeum aut ſubcitrinum appareat, iam finis inſtat principii. Hoc idem cum à ſubrubedine aut ſubcitrinitate in albedinem aut ſubliuidum colorem mutatur, maiorique copia redditur, accidentiaque increſcunt, augmentum mali dicimus. Statum verò adeſſe ſignificat ſputum æqualiter album, accidentiumque remiſsio. Cùm autem ſputum minuitur vnà cum accidentibus, erit declinatio. Subinde quoque poſtquam materia digeſta eſt, tranſmittitur per venas chilis vel ad inteſtina, ſicque per ſeceſſum excluditur, aut ad vrinarios meatus inde diducitur, per vrinamque expellitur. Aliàs ad fauces, cerebrum, aures, neruos tranſmittitur, vnde fiunt apoſtemata faucium, aurium, phrenitides, paralyſis, nonnunquam labitur ad iuncturas, ſubinde ad inguina. Dum dolor ad externa potiùs vergit, grauanſque, non autem pungens fuerit, pleuritis erit notha, contingitque omnia mala mitiora eſſe. præterea à compreſſione externa, dolor ingraueſcit, decubitus in ſanam partem minus moleſtus eſt quàm in ægram. pulſus neque tenſus, neque durus; inæqualis tamen atque frequēs eſt. A febre immunis eſt. Contingit tamen tam immanes dolores interdum excitari à flatibus vt veram accerſant pleuritidem. Dolor in latere quoque excitatur in iecoris inflammatione, verùm punctorius non eſt. perpetuò quoque ſicca atque exigua eſt tuſſis à iecoris malo orta.

Cavsa eſt ſanguis magna ex parte affluens ex vena caua per venam azimos in tenues coſtarum venas; eſtque ſubinde bonus ſimpliciter, quod ſignificat ſputum rubrum, tempus vernum, adoleſcentia, victus ratio multum ſanguinis generans, temperamentum calidum & humidum, regio temperata. aliàs verò fit à pituitoſo ſanguine, tuncque morbus magis oritur diuturnus; tunc quo-

quoque ſpumans,candidúmque eſt quod extunditur ſputum: tempus anni hibernum, aeris conſtitutio regióque frigida. victus ratio pituitoſum ſanguinem generans. Et venis quoque ſæpe ſanguinem cum immodica ſua copia grauat,exprimit nimium frigus, calórve nimius,aquæ frigidæ liberalior potus, caſus,portatio alicuius rei magni ponderis, frigus dum corpori calenti aut ſudanti occurrit. Aliquando quoque multum eſt bilioſus dictus ſanguis; túncque excitatur morbus magis acutus. Hęmorrohoidum menſiúmque ſuppreſſio,pleuritidem quoque excitare poſſunt.

PROGNOSTICA. Senibus,mulieribúſque vtero gerentibus, iiſque qui iam bis térve eo malo laborauerunt, pernitioſa eſt pleuritis. Solet autem nocturno rempore magis moleſtare quàm diurno. Quicumque laterali morbo laborantes in quatuordecim diebus non purgantur,ij ad ſuppurationem vertuntur. In pleuritide in qua nihilexpuitur, aut in qua aliquid ſputo reiectum eſt, nunc autem omnino deſiit, ſuperſtite dolore pectoris atque grauitate,maximum periculum eſt; crudiſſimus enim morbus eſt, ita vt vel celeriter hominem rapiat; vel longo temporis ſpatio finiatur. Sputum omnino cruentum vel flauum,malum eſt, ſubcruentum verò multum à principio, malum nõ eſt,ſputum enim omne quanto magis commiſtos humores haber & non diductos inter ſe,tanto deterius eſt. Pulſus in pleuritide paruus, plurimúmque creber atque durus, mortem ſignificat. Cùm autem ſpecies morbi ex propriis accidentibus cognoſcatur, magnitudo autem morbi ex quantitate eorundem accidentium, dicimus pleuritidem ſatis mitem futuram, ſi dolor, anhelitus difficultas,febriſque non multum moleſtent; præterea ſi tuſſi reiiciatur aliquid coloratum, & decubitus in vtramque partem ſatis perferatur. Contrà verò maximam periculoſiſſimámque pleuritidem eſſe dicimus, ſi maximus fuerit dolor, qui ad iugulum & ad hypochondria ſe extendat,ſi tuſſis magna fuerit,cum qua nihil expellitur;

Digitized by Google

rursus febris si sit valida, anhelitúsque difficultas maxima. Prout itaque accidentia intensa sunt vel remissa, secundum hoc magnitudinem periculúmque pleuritidis prognosticare licet. Occidit autem suffocatione, aut nimio dolore, aliisve huiusmodi symptomatibus magnis, aut denique translatione materiei in pulmones, vnde vlcera atque tabes.

Methodus pro curatione

PLEVRITIDIS INSERVIENS.

Perficitur autem subsequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr sit temperatus; modicè interim ad calidum declinet.

Cibus sit leuis atque tenuis, vt iuscula gallinarum, cremor ptisanæ; cremor amygdalorum. Parum autem in morbi principio alendum erit, posteà verò plenius offeretur alimentum.

Conueniunt vuæ passæ, amygdala, mala dulcia. Inter olera, malua, intubus.

Potus: pusana, decoctum cinnamomi, glycyrrhizæ, florum violarum. Vinum nõ admittatur antequam morbus nonnihil fuerit remissus.

Quies corporis imperanda.

Somnus protrahatur solitò diutius.

Excrementa alui mouenda indies.

AVERTENTIBVS.

Venæ cubiti sectio fiet etiam media nocte, ita occasione dictante; perniciem enim minatur tum febris acuta, tum respiratio impedita, tum dolor acerbissimus. Secabimus autem vbi nonnihil mitius se habebit basilicam

Digitized by Google

basilicam aut medianam, si dicta lateat, è directo ipsius laborantis; simul enim euacuat, reuellit, necnon diuertit, partitis autem vicibus id fiet potissimùm vires sint debiles, nec plerhora adsit.

Clysteres clementes iniiciantur si adstricta sit aluus, vel eorum loco suppositoria.

Ligaturæ, necnon

Frictiones, fotúsque calidi artuum.

Cucurbitulæ hypochondriis inguinibúsque affixę; hinc etiam humeris, in senibus puerisque magis quàm sanguinis missio commendatur, nisi vires sint validæ.

Sanguisugæ etiam apponentur si vena non appareat, potissimùm quidem in pueris, caudáque earum abscindetur, vt plus sanguinis sanguisugæ proliciant.

PRAEPARANTIBVS.

Syr. violatus, de iuiubis, capillorum Veneris, addendo saccharum violatum; meliùs enim sputum educit; posteà etiam parum mellis addemus.

Syr. glycyrrhizæ cum aqua hordei.

Aqua saccharata, cui cinnamomi etiã aliquid addetur.

Aqua endiuiæ, hordei cocti.

Decoctum hordei, violarum, glycyrrhizæ, iuiubarum, sebesten, cardui benedicti, syrupis dictis additis, ad sitim remittendam; ad detergendum & incidendum præstans est potus.

VACVANTIBVS.

Diaprunum lenitiuum.

Diacatholicum, diaphœnicum.

Syr. rosarum laxatiuus.

Agaricus cum decocto pectorali.

Rhabarbarum cum manna & syr. glycyrrhizæ.

Cassia nouiter extracta.

Clystere potiùs quàm purgatorium medicamentum conuenit ex decocto communi, oleo violato, camomelino, cassia extracta.

Si materia aliqua præter sanguinẽ peccet, conueniente medicamento educatur. Diligentissimè autem hîc

Digitized by Google

obſeruandum, ne validum medicamentum purgans offeramus,& potiſſimum ſi aliquibus indiciis augurari liceat materiã adhuc fluere. Omnino autem hîc abſtinebimus ab elleboratis,ſcammoniatis,aliiſque huiuſmodi medicamentis validis; multi equidem inde periere, contingit enim virtutem multum inde debilitari: ſanguis præterea magis vt fluat, huiuſmodi purgante medicamento irritatur. Si autem à catarrho malum oriatur, aut ſi verſus hypochondria dolor vergat, aut ſi in inteſtinis, aut ventriculo, aliiſve partibus vicinis: copiam humorum, à quibus ipſe morbus incrementum ſumere poſſit, ſubſiſtere intelligamus, tunc conuenienti leniente medicamento has partes exonerare licebit, aut clyſterio. Ante ſeptimum tamen diem deiectorium medicamentum non offeremus: periculum enim eſt ne ſputa inhibeamus, quæ omni ratione promouere debemus. Et ne ſeptimo quidem die peracto, admittemus deiectorium medicamentum, ſi corpus ſit admodum extenuatum, febriſque fuerit vehemens: magis enim colliquabit corpus quàm humorem peccantem è loco affecto educet.

FACILITANTIBVS *ſputum, quæ via eſt accommodatiſſima, vt materia pleuritidis educatur.*

Syr. iuiubarum, glycyrrhizę, violarum, cum duplo aquæ hordei ad quartum vſque diem imperabitur: tunc paulatim imminuemus ſyrupum violarum, & increſcet ſyrupi glycyrrhizæ quantitas.

Syr. ziziphorum.

Saccharum violatum, Candum, pillulæ albæ.

Diapenidium, diatragacanthum frigidum cum iulebo violato: cui tandem etiam addetur diaireos Salomonis parum.

Lohoch de pino, lohoch ſanum.

Decoctum ficuum, hordei, violarum, ziziphorum, glycyrrhizæ, cui addemus ſyr. glycyrrhizæ poſt tertiũ vel quartum

Digitized by Google

quartum diem.

Diabugloſſatum prædictis permiſcebitur pro cordis confortatione.

Vnguentum ex oleo violato ad quartum diem præſcribetur, eo autem pectus vngetur: poſtea addemus oleum amygdalorum dulcium, liliorum, camomelinum: aut ſolo vtemur oleo amygdalorum: poſtea addemus etiam puluerem ireos, aut hyſſopi.

Ab aſtringentibus hîc abſtinebimus medicamentis, eorúmque loco digerentibus, & quæ partem tenſam relaxare poſſunt, vtemur, id quod oleum violatum optimè inter reliqua hîc præſtat: præterea caloris acrimoniam optimè remittit: pro varietate autem temporis hoc variabimus.

DIGERENTIBVS *reſoluentibúſque reliquias, ſuppurationémque prohibentibus; hinc enim periculum ne à ſanie vlcus pulmonium, & hinc phthiſis oriatur.*

Diahyſſopus. Prædicta ſputum promouentia.

Fomentum ex vino albo in quo decocta ſint flores camomillæ, meliloti, rádices althææ, ſemina lini, fœnugræci, furfures, anethum, hyſſopus, folia violarum, maluæ. Veſica decocto ex parte impleatur, in flatibus quidem multum emolumenti habet in principio ſi adhibeatur: ſi verò ſanguis huius mali cauſa fuerit, potiùs augebitur malum, quare in principio non niſi cautè eo vtendum, poſteà verò liberiùs.

Vnguentum dialthęę, cui pul. ireos modicum addetur.

Vnguentum ex oleo camomelino, pinguedine gallinę, oleo amygdalorum dulcium, violarum, radice ireos.

Braſſicæ folia iuxta ignem quaſi areſcant, laterique vbi butyro illita erunt, ſuperponantur,

Cataplaſma vel emplaſtrũ fiat ex fomentorum materia, oleo amygdalorum dulcium, liliorum, lini, camomelini, mucilagine ſeminum lini, fœnugræci, althææ, maluæ, quibus inſpergere licebit nonnihil pul. ſinapi, naſturtij, vbi iam lateri accommodari decretum erit.

Digitized by Google

Sint mollia actúque calentia, atque tenuia omnia quæ lateri admouentur, cúmque refrixerint, remouenda sunt.

THEORICA ET EMPIRICA MEdicamenta nobilia in PLEVRITIDE, sæpius cum summa salute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruele experta.

CVRATIO PLEVRITIDIS.

℞ hordei mundi m.j. foliorum maluæ, mercurialis, violarum ana m.j. ß. pruna damascena numero xij. coquantur in sufficienti quantitate aquæ ad ℔ j. se. colaturæ addatur cassiæ recenter extractæ, sacchari rubri ana ʒ j. olei violarum, lini ana ʒ j. se. vitellum oui, fiat *Clysture* emolliens, alternis diebus iniiciatur.

℞ syrupi de iuiubis, glycyrrhizæ ana ʒ j. se. syr. violati ʒ j. aquarum vngulæ caballinæ ʒ v. decoctionis hordei, ficuum, capillorum Veneris ʒ vj. fiat *Iuleb.*

℞ syr. violacei, glycyrrhizæ, acetosi compositi ana ʒ j. aquarũ scabiosę, vngulæ caballinę, decocti hordei mũdi ana ʒ iiij. fiat *Iuleb.* ℞ hordei mundi m. iij. passularum mundatarum ʒ ij. glycyrrhizę rasę ʒ j. hyssopi, vngulæ caballinæ ana m.j. seminis anisi, lini, melonum ana ʒ j. florum cordialium p. j. fiat decoctio in aqua q.s. ad ℔ ij. colaturæ addantur syrupi violati ʒ iiij. fiat *Ptisana.*

℞ syr. violati, glycyrrhizę, oxymellis simplicis ana ʒ se. diatragacãthi frigidi, sacchari candi ana ʒ iij. fiat *Lohoch.*

℞ cassiæ recenter extractæ, diacatholiconis ana ʒ se. decoctionis communis q.s. fiat *Haustus*, detur mane.

℞ cassiæ recenter extractæ ʒ vj. diapruni solutiui ʒ ij. rhabarbari electissimi ℈ sem. syrupi violati ʒ j. decocti hordei ʒ iij. fiat *Haustus.*

℞ agarici albi & leuis ʒ ij. rhabarbari electi ʒ ij. sem. spinæ gr. xx. infundantur in ʒ v. iusculi carnium, colaturæ ad-

ræ addantur diacatholiconis ʒ iij. syrupi violati ʒ j. fiat *Haustus.*

℞ sacchari violati ʒ j. manus Christi perlati ʒ vj. sacchari candi ʒ ß. sp. diatragacanthi frigidi ʒ ij. ß. syrupi violati q. s. fiat *Linctus.* Aut saccharum candum, necnon violatum in ore detineat, aut diapenidion.

℞ syrupi de iuiubis, violarum, glycyrrhizæ ana ʒ j. capillorum Veneris ʒ ß. sacchari candi ʒ vj. fiat *Lohoch*, incrassans sputum, si sua tenuitate illudat.

℞ syrupi glycyrrhizę de hyssopo, acetosi simplicis ana ʒ j. oxymellis squillitici ʒ vj. fiat *Lohoch*, quo vtetur si sputum ita crassum viscidúmque sit, vt ea ratione difficulter extundatur. Iuscula carnium quoque cum saccharo sæpiuscule dentur. optimè enim sputum promouent.

℞ diaireos simplicis, pillularum bechicarum ana ʒ ß. diatragacanthi frigidi ʒ iij. sacchari candi, succi glycyrrhizę ana ʒ ij. ß. syrupi violati q. s. fiat *Linctus*, coquit & expurgat, eius portionem cum bacillo glycyrrhizę lambendo transmittat paulatim æger.

℞ olei violarum, amygdalorum dulcium ana ʒ j. ceræ & croci parum, fiat *Vnguentum*, hinc tempore cùm magis resoluere consilium est, addemus radices liliorum alborum, hyssopum, oleum camomillæ, aut sic:

℞ vnguenti pectoralis, olei lini, amygdalorum dulcium, pinguedinis capi ana ʒ ij. olei camomelini ʒ iij. croci gr. ij. ceræ q. s. fiat *Linimentum.* In principio autem mali,

℞ olei violacei ʒ i. amygdalorum dulcium ʒ ß. linei panni iis imbuantur quibus locus vngatur, fasciáque firmentur.

℞ olei amygdalorum dulcium, keirini, liliorum, vnguenti dialthææ ana ʒ ß. pinguedinis capi, butyri recentis non saliti ana ʒ ij. cerę & aceti parum, fiat *Linimentum.*

℞ radicum liliorum, florum camomillæ, meliloti,

Digitized by Google

roſarum rubrarum, foliorum maluæ, ſcabioſæ ana m. j. furfurum, ſeminum lini, fœnugræci ana m. j. ſ. coquantur in aqua q.ſ. pro fotu, ſpongiáque aut veſica porcina lateri accommodentur dolenti, panno lineo lateri priùs ſuperpoſito, ne locus nimium madeſcat.

℞ olei violacei, amygdalorum dulcium ana ʒ ſ. camomillę, butyri maialis, vnguenti dialthææ ana 3 j. olei anethini, liliacei ana 3 iij radicum ireos 3 j. cerę parum; fiat *Vnguentum* mollis conſiſtentiæ.

℞ olei lini, camomelini, violarum ana q.ſ. pro *Fomentatione.*

℞ radicum ireos, enulæ campanæ ana ʒ j. radicum althææ 3 vj. thymi, vngulæ caballinæ, ſaluiæ, hyſſopi, betonicæ ana m. ſ. coquantur in aqua q.ſ. ad tertię partis conſumptionem, colaturæ adde mellis deſpumati q.ſ. fiat *Iuleb*, lenit, coquit atque educit materiam mali, maximéque verſus declinationem conuenit.

℞ ſeminum cumini ʒ j. roriſmarini, hyſſopi, origani ana m. j. ſalis torrefacti m. j. ſ. furfuris frixi m. ij. conſpergantur vino albo tenui dum friguntur, fiat *Sacculus* qui dolenti loco calidus ſuperponatur verſus ſtatum. In vino calente immergetur vbi refrixerit, ſicque iterum applicabitur, linteolíſque calentibus calor conſeruabitur; cauendum enim diligenter ne frigeſcant admota lateri.

℞ maluæ, biſmaluæ ana m. j. florum camomillæ, meliloti, artemiſię ana m. ſ. hyſſopi p. ij. abſinthii p. j. radicum althææ ʒ ſ. fiat decoctio in aqua q.ſ. ad ſpiſſitudinem, piſtentur in mortario, addatúrque farinæ hordei ʒ j. ſ. farinę ſeminis lini ʒ j. pinguedinis capi, butyri ſine ſale ana ʒ ſ. olei camomelini q.ſ. fiat *Cataplaſma.*

℞ radicum althææ ʒ j. florum camomillę, anethi ana m. j. farinę hordei, ſeminum lini, fœnugręci ana ʒ j. ſeminum aniſi ʒ ß. coquantur in aqua q.ſ. ad mollitudinem; piſtatis in mortario conuenienter, addatur

olei

olei camomelini q. ſ. fiat *Cataplaſma.*

℞. ſyrupi violacei ʒ j. papauerini ʒ ß. decocti hordei ʒ iij. detur ſub noctem ſi vigiliæ multum perturbent. Vnguentum pro temporibus atque fronte fiat cum oleo violarum, necnon populeonis.

APPENDIX

ad prædicta pro curatione PLEVRITIDIS inſeruiens.

Ne incrementum ſumat, omnium primò aluus clyſterio abluatur, eóque reiecto vena incidenda erit vti prædictum eſt: complementum morbi hoc equidem remoratur. Hinc clyſteribus lenioribus, cucurbitulis quæ hypochondriis affigentur, ligaturis, frictionibus, ſuppoſitoriis materia ad partem affectam ruens auertetur, complementúmque morbi prohibebitur. Materia quoque ſi magna copia grauet corpus, aut furioſa ſi fuerit, aut ſi nondum fluxa ſit in partem affectam, furioſa modò tamen ſit, dolórque ad inferiorem thoracis partem vergat, leni aliquo purgante medicamento vacuabitur etiam ante digeſtionem, vt augmentum morbi, eiuſdémque complementum inhibeamus, quod omni ratione prohibere debemus. Demum materia pleuritidis quæ in pulmones exudat, naturæ obediens reddetur cum iis quæ thoraci familiaria ſunt, quæque ſputum promouere poſſunt. Prædictis autem ſi ſuppurationem materiei prohibere non poſsimus, ea quæ pus efficere poſſunt præſcribentur. In quem finem bibet decoctum ficuum, dactylorum, hordei, radicum liliorum, maluæ, ſeminum naſturtij, lini, fænugræci, ſinapi, glycyrrhizæ, paſſularum. Fomentationes fiant cum decocto maluæ althææ, ſeminum fænugræci, lini, cydoniorum, ficuum. Cataplaſma fiat cum malua, althæa, ſemine lini, fænugræci, cydoniorum, dactylis, ficubus, butyro, melle, adipe gallinæ, anatis, porci. Maturationem factam eſſe poſtquàm ex febris doloríque remiſſione, necnon ex grauedinis incremento circa locum affectum, intellexerimus: tunc data opera tuſsiet frequenter, ídque hora vna interiecta, & in latere affecto potius decumbet quàm ſano: Titillabit interiora

Digitized by Google

palati placidè digito vel calamo, ita vt ad vomitum solummodo irritetur, non vomat tamen. Abscessu rupto, propinabimus aquam mellis, aut sacchari, aut aquam hordei cum syrupo de hyssopo, mundificandi gratia. Fomentabimus partem affectam cum decocto hyssopi aut calaminthae. Vngemus pectus oleo liliorum, camomillae, puluere ireos. Dabimus iusculum antiqui caponis in quo coctus sit hyssopus, capillus Veneris. Demum quae consolidare possunt, propinabimus, vt est lac caprarum, & alia quae in capite De sputo sanguinis dicentur. Pleuritis autem si fuerit non vera, tunc quae leuiter resoluere possunt, imperabuntur. ℞ *florum camomillae m. j. ss. foliorum rutae, anethi, violarum, maluae ana m. j coquantur in aqua ad tertias : spongia magna immergetur liquori calenti, lateríque dolenti applicetur, mediante panno lineo calente, vt calor diutius conseruetur : hoc multoties repetetur, singulísque vicibus nouo panno calente, concludatur spongia dum apponitur. Ab vlteriori autem operatione excusabimur si corporis absit plenitudo, & si materia dolorem excitans, ventosa fuerit, & ex pauca humoris quantitate constiterit atque subtili. In eundem finem sacculus poterit applicari ex sale, milio, furfuribus. Aut tale cataplasma,* ℞ *florum camomillae, meliloti ana m. j. foliorum rutae, maioranae, nepitę ana p. j. seminum anisi ʒ ij. baccarum lauri, ʒ iij. modicè coquantur : hinc pistentur addendo mellis q. s. fiat* Cataplasma. *Aut emplastrum fiat ex oleo camomelino, pice nauali. Cucurbitulis etiam euocare foras optimè poterimus materiam mali.*

Metho-

Methodus pro cognitione

SPVTATIONIS SANGVINIS INSERVIENS.

SPVTVM SANGVINIS seu cruenta spuitio, est quælibet ex ore sanguinis excretio. Est autem hic affectus sæpe causa morborum pessimorum longorúmque. Variis autem ex locis contingit sanguinem reiici, vti ex subsequentibus intelligi potest. Obseruandum autem hîc erit diligenter num sanguis antea fluere è naribus consueuerit; illinc enim sæpe in ventriculum, fauces, interdum etiam in pulmones ruere contingit, sed plerumque concrescit, & in grumum transit. Si itaque sanguis spuatur, neque sanguinis fluxus narium præcessit, è parte aliqua subiecta prouenit, quod peculiaribus signis, vt sequitur, innotescet.

PARS AFFECTA. A gingiuis atque ipso ore sæpe redditur sanguis sputo, túncque est sanguinei coloris, eiúsque pauci expuitio, ídque sine tussi: solutio quoque continui hîc sępe sensui manifesta est. Si à faucibus aut gurgulione proueniat, tunc screatu reiicitur, non tussi, solutióque continui apparet in locis dictis, si lingua deprimatur. Si verò à capite deferatur, capitis pręcessit grauitas & dolor, auriúmque sonitus, venæ frontis sunt elatę, in ore quidam sensus caloris, sanguiníque, & iuxta palatum titillatio quędam percipitur si in guttur irruat, vnde cum frequenti screatu etiam reiicitur. Sępe etiam cupiditas tussiendi, absque multa tamen tussi est. Si verò à pulmonibus deferatur, tunc sanguis erit spumosus atque floridus; semper quoque tunc cum tussi frequenti, citráque dolorem reiicitur, ídque per interualla. Quotiescumque autẽ sanguis reiicitur,

Digitized by Google

propterea quòd rupta est vena aliqua magna, tunc magna copia extunditur, etiam nulla notabili præcedente causa, quasique vomitu propellitur ita, vt aliquando etiam eo pelues impleantur. Si verò effundatur propter venæ alicuius in pulmone erosionem, quæ sæpe ab acri humore destillante fit, tunc sensim & per modica interualla, minúsque copiosè profunditur, nisi magna aliqua vena sit erosa, tunc enim copiosè etiam profunditur, estque hoc periculosum magis. Solet tunc tussis fieri sicca atque magna. Sputum fit purulentum vel subcruentum; prauique fit coloris atque odoris. Febris hîc quoque concurrit. Aliquando etiam pulmonis pars aliqua putrefacta reiicitur tussi; estque illud omnium certissimum indicium propriam pulmonum substantiam esse vlceratam. Subinde etiam sanguis reiicitur sputo ex venæ solius apertura, vti in calidiore humidioreque victus ratione accidit, tunc in parua quoque quantitate in principio reiicitur, estque tenuis rubeusque. Si verò à thorace, pectoréve reiiciatur, minimè est tunc sanguis spumosus, sed nigricans ac grumosus; quem colorem aliquando quoque consequitur in pulmonibus, dum è naribus eò deuolutus in grumum concreuit. Interdum etiam fœtidus, aliquando puri est permixtus, & tussi reiicitur magis valida atque frequenti, eò quòd necessum sit vt ad pulmones trahatur antequam per asperam arteriam propellatur; in pauca autem quantitate etiam reiicitur, idque non absque thoracis dolore. Si ab aspera arteria prodeat, id cum aliquali fit dolore, sanguis quoque paucus, ruber, caliduque cum parua tussi reiicitur. Si à ventriculo deferatur, id fiet absque tussi, & cum vomitu, eritque non multus, eò quòd paruæ venæ sint in stomacho, grauitas in stomacho etiam percepta fuit. Si verò ab hepate deferatur, splene vel ventre, dolor grauans has partes turbauit, vomitione tunc sanguis redditur. Maiorem autem quantitatem ipso stomacho, reliquæ solent conferre partes. Obscuri quoque coloris erit, ad nigredinem enim

enim aliqualem vergit, grumosus insuper nonnihil erit, potissimùm tamen si à splene eructetur. Diligenter itaque priusquam remedia instituantur, proprii reiectionis modi singularum prædictarum partium obseruandi sunt. Est autẽ cruenta spuitio, symptoma pertinens ad exiens mutatũ toto genere præter naturam.

SIGNA ipsius affectus partiumque affectarum ex prædictis parent.

CAVSA. Fit frequentiùs à plenitudine, & à sanguine peccante in quantitate, multitudine nimirum; hinc enim oscula vasorum reserari contingit, cuius signa sunt, bona corporis habitudo, alimentorum calidorum, vinique immoderatus vsus; mensium suppressio. nullus autem tunc incidit dolor, sed potiùs corporis alleuiatio sequitur, grauitasque eiusdem antecessit. tuncque paucus est, necnon floridus, spumosus, rubeusque. Mulieres aliquando absque vllo tabis periculo hac sanguinis profusione in menstruorum suppressione leuatæ sunt. Sæpe quoque ex laboribus, casu, valido clamore venam pulmonum rumpi contingit, sanguinemque hac ratione profundi. Interdum etiam fit propter vasorum erosionem, tuncque sanguinis reiectio fit paulatim vt prædiximus, & per modica interualla & non confertim, præcessit acris distillatio. Si quoque purulentus sit sanguis, magis certò in pulmonibus aliquid exulceratum esse significabitur: vti si pars aliqua venæ vel arteriæ pulmonum reiiciatur, certum est easdem pulmonum partes exesas esse.

PROGNOSTICA. A pulmone vlcerato plurimùm impendet periculi, cùm indè suppuratio & tabes certò expectanda sit; ratione enim continui motus, consolidari non nisi difficulter possunt pulmones: adde quòd in spongioso membro sanies firmiùs hæret, ità vt non nisi magna cum difficultate educi possit, eaque ratione malignam acredinem contrahit, magisque pulmonem exulcerat, vnde anhelitus impeditur; calor incrementũ sumit, corpusque tabescit. Vena autẽ pulmo-

Digitized by Google

in pulmonibus fiat; vt lac, pedes vitulorum, ſuum, hædorum, gluten piſcium. Conueniunt carnes gallinarum, columbarum, cuniculorum, capreolorum, perdicum, phaſianorum, auicularum, piſces ſaxatiles; cancri quoque fluuiales. Sit quoque parua cibi quantitas.

Potus ſit vinum aut aquoſum, aut aqua roſata dilutum. aliquando etiam detur vinum rubellum aſtrictorium, ſi vires imbecilles ſint.

Lac caprinum bibat.

Exercitium fugiat omne, eiúſque loco quies imperetur. Spiritus leniter ducatur; magna equidem reſpiratio offendit.

Somnus conuenit nocturnus moderatus, nequaquam diurnus.

Excrementa alui reſpondeant indies arte aut natura. A Venere abſtineat.

Animi perturbationes vitet, & potiſſimùm iram.

PRÆPARANTIBVS.

Syr. de ſucco acetoſæ.

Syr. violarum, roſarum.

Syr. myrtilorum, cydoniorum.

Succus granatorum, omphacini.

Aqua acetoſæ, roſarum, ſolani, plantaginis, portulacæ.

Bilis feruorem hæc leniunt; ſanguinis quoque fluorem aſtrictione ſua inhibent.

VACVANTIBVS.

Rhabarbarum cum aqua plantaginis.

Myrobalani citrini, chebuli.

Caſſia.

Turbith cum zinzibere.

Hæc pituitoſos humores ſanguini permiſtos, necnon bilioſos acréſque, à quibus ſæpe venarum fit apertura, & aliquando etiam eroſio, & per conſequens etiam ſanguinis ſputum purgant.

Digitized by Google

AVERTENTIBVS.

Venæ ſectio fiet internæ, aut medianæ, bis aut ter autem inſtituetur in die ; parumque euacuabitur ſi iam bona ſanguinis quantitas ſit excreta : contra verò ſi recens malum ſit , & ſi vaſorum adſit plenitudo , parumque ſanguinis excreuerit,& ab vlcere ſit immunis , liberius euacuabitur,ſecabitur autem vena in eo latere in quo occaſionem mali eſſe veriſimile eſt, ſiue ob aperturam aur rupturam ſanguinis effuſio fiat.Malleoli verò vena aperietur ſi à menſium ſuppreſſione ortum habeat.

Cucurbitulæ natibus,coxis,inguinibus,hypochondriis, hepatiſque regioni affigentur.

Frictiones infernarum partium dolorificæ,& ligaturæ paululum ſupra genu, vel malleolos,necnon ſupra cubitum & brachia fient.

Fotus earundem partium fiet ex aqua calente; tam enim calor quàm dolor attrahit.

Sanguiſugæ pectori apponentur.

Hæmorrhoidum prouocatio fiat, aut menſtruorum.

Vena aperta vel rupta,præſentibus remediis ſummoperè ſanguinis impetum auertere debemus.

SISTENTIBVS *ſanguinis motum,vaſorúmque ora contrahentibus,tenuitatémque ſanguinis atque humorum incraſſantibus.*

Trochiſci de terra ſigillata cum aqua plantaginis,de ſpodio cum ſyr.cydoniorum plurimùm iuuant.

Athanaſia,phylonium Perſicum,Romanum.

Syr.granatorum,myrtinus,cydoniorum,roſatus.

Saccharum roſatum,conſerua roſarum antiquarum.

Diacydonium.

Cornu cerui vſtum,corallum album vſtum,terra Lemnia,ſigillata,ſemina cydoniorum,myrtilorum.

Bolus Armenus,malicorium,balauſtiæ,ſuccus ribes.

Maſtis,tragacanthum,gummi Arabicum.

Plantago atque portulaca magnarum ſunt virium in hoc malo.

Centino-

Digitized by Google

Centinodium, decoctum hordei cum syr. rosato, cydoniorum, de rosis siccis, saccharo rosato.
Vinum saluiatum, portulaca commansa ore diutius.
Diatragacanthum frigidum.
Loch è lapide hæmatite, bolo Armeno, balaustiis, malicorio, myrtillis, mastiche, tragacantho, corallo, gummi Arabico, cornu cerui vsto, amilo, terra Lemnia, conserua rosarum, diatragacãtho frigido, syr. violato.
Fomentum fiat cum aqua scabiosæ, & vino astringente, rosato, cydoniorum, myrtino.
Vnguentum ex oleo cydoniorum, myrtilorum, rosarum, amygdalorum dulcium, camomelino.

Sistunt sanguinem fluentem hæc astrictione sua, & bilis quoque vim obtundunt, vlcus denique vsu glutinant, & catarrhum tenuem incrassant & obtundunt; quæ aliquandiu continuabuntur, etiamsi fluxus sit suppressus, facilè enim repetere solet. Sumuntur autem hîc omnia actu frigida. Addenda quoque sunt aliqua quæ tenuium sunt partium, eò quòd eorum vis non admodum penetrat, vt est cinnamomum, spica. Cauendum quoque à medicamentis nimium astringentibus, aut refrigerantibus, cùm sanguinem intrò in pulmones impellant, sistántque, vnde eius putrefactio, pulmonúmque vlcera sequuntur insanabilia. Ante vsum autem auertentium istis nequaquam vtemur extrinsecus: periculum enim est ne sanguinem intrò in pulmones propellant, cùm magna inde venarum internarum repletio tumefactióque sequatur.

CORRIGENTIBVS *symptomata grauia.*

Oxymel simplex, compositum, squilliticum.
Oxycratum, seu aqua aceto ita permixta, vt bibi possit, in principio potissimùm mali plurimùm iuuat, si grumi obhæreant sanguinis concreti.
Diacurcuma, theriaca cum aqua scabiosæ.
Coagulum leporis celebre medicamentum, cerui, hædique.

Digitized by Google

Mummia.
Succus ſaluiæ cum ſaccharo.
Aqua oxalidis,ſaluiæ,ſcabioſæ.
Theriaca vnius anni.
Phylonium Romanum cum ſucco polygonij.
Syr.papauerinus,violarum.
Semen papaueris albi.
Cortex radicum mandragoræ.
Iuſcula carnium expreſſa.
Diarhodum abbatis.
Aromaticum roſatum.

Prima ſanguinem concretum ad exitum adiuuant, ſequentia tuſſim ſedant,ſomnúmque accerſunt. Poſtremo ordine poſita,vires reſtaurant.

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAmenta nobilia in SPVTATIONE SANGVINIS ſæpius cum ſumma ſalute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruele experta.

CVRATIO SPVTATIONIS SANGVINIS.

℞ ſyrupi myrtini,de portulaca,cydoniorum , violati ana ʒ j.boli Armeni,lapidis hæmatitis vſti ana ʒ j.ſe.aquæ portulacæ,plantaginis,burſæ paſtoris ana ʒ iiij.miſceantur,fiat *Iuleb*: detur quatuor vicibus actu frigidum.

℞ hordei mundati,roſarum ſiccarum ana m.ij.ſeminum plantaginis ʒ j. coquantur in aqua q. ſ. ad tertiæ partis conſumptionem,colaturæ ʒ iiij. addatur ſacchari roſacei ʒ ſe.ſyrupi de roſis ſiccis ʒ j.fiat *Potus* quo familiariter vtatur.

℞ ſyrupi papauerini, de roſis ſiccis ana ʒ j. ſe. cydoniorum ʒ j.aquarum burſæ paſtoris, plantaginis,violarum ana ʒ iiij.fiat *Iuleb*.

℞ radicum & foliorum plantaginis ana m.j.glycyrrhizæ raſæ

zæ raſæ ʒ ij. rhabarbari electi ʒ j. ſe. coquantur in aqua q.ſ. ad tertiæ partis conſumptionem: huius colaturæ accipe ʒ iiij. caſſiæ recenter extractæ, ſyrupi violarum ana ʒ j. miſceantur, fiat *Haustus* detur frigidum.

℞ ſucci plantaginis, portulacæ, virgæ paſtoris, millefolij ana ʒ j. ſem. ſyrupi violati ʒ j. myrtini ʒ ſem. boli Armeni, lapidis hæmatitis ana ℈ ſe. miſceantur: fiat *Potus* præſtans.

℞ ſacchari roſacei veteris ʒ ſe. ſucci plantaginis, ſaluiæ ana ʒ j. ſe. boli Armeni, phylonij Romani, theriacæ recentis ana ℈ ſem. miſceantur; fiat *Potus*, aut eius loco theriaca recens propinetur; aut ſi antiqua fuerit, momentum opij permiſcebitur.

℞ radicum plantaginis ʒ j. ſe. portulacæ, polygonij ana m. j. fructuum rubi immaturorum, vuarum acerbarum ana ʒ j. ſe. balauſtiorum ʒ ſe. glycyrrhizæ raſæ ʒ j. coquantur in aqua quantum ſatis ad tertiæ partis conſumptionem: colaturæ addatur ſacchari albiſſimi q.ſ. iterúmque ad ſyrupi conſidentiam coquantur, de quo capiat ʒ ij. cum ſucci plantaginis & portulacæ vncia vna & media.

℞ diatragacanthi fridi, ſacchari roſacei veteris ana ʒ j. ſe. rob berberorum ʒ ſe. pillularum de cynogloſſa ℈ ij. ſyrupi violarum ʒ ij. fiat *Linctus*: ſæpiùs in die lambendo tranſmittat portionem ad pectoris regionem.

℞ ſacchari roſacei ʒ j. terræ ſigillatæ, boli Armeni, mummiæ, roſarum rubrarum, rhabarbari toſti ana ℈ j. ſe. puluerís pulmonis vulpis exiccati, cinnamomi, lapidis hæmatitis ana ℈ j. ſeminis plantaginis, papaueris, antheræ ana ℈ ſe. fiat *Puluis*: doſis ʒ j. cum aqua ferrata detur.

℞ mororũ rubi immaturorũ & exiccatorũ ʒ ij. cornu cerui vſti ʒ ij. ſem. boli Armeni, ſeminum planraginis ana ʒ j. troſchicorum de carabe ʒ j. ſem. thuris, myrrhæ, maſtichis ana ℈ j. glycyrrhizæ ʒ j. miſceantur, fiat *Puluis*. detur ʒ j. cum vino rubro aſtringente.

℞ trhochiſcorum de terra ſigillata ʒ ij. trochiſcorum de carabe ʒ j. ſe. pillularum de cynogloſſa ℈ j. cum ſyru-

Digitized by Google

po violarum, fiat massa *Pillularum*: detur ʒ j. in aurora.

℞ rosarum siccarum m.j. granorum sumach, myrtilorum, hypocisthidos ana ʒ j. sandalorum rubrorum, corticum malorum granatorum ana ʒ iij. coquantur vino austero q.s. ad tertiæ partis consumptionem, fiat *Epithema*, quo pectus forinsecus irrigetur.

℞ olei rosacei, cydoniorum ana ʒ v. boli Armeni ℈ j. troschiscorum de carabe ʒ ss. malicorij ʒ j. fiat *Vnguentum* pro pectoris regione.

℞ farinæ hordei, lentium, radicum symphyti ana ʒ j. malicorij ʒ ss. foliorum sanguinariæ, portulacæ, plantaginis ana m.j. coquantur in vino austero q.s. ad mollitudinem: hinc adde thuris, aluminis ana ʒ j. ss. boli Armeni ʒ ij. ss. corallorum rubeorum ʒ j. olei rosacei, myrtini ana q.s. fiat *Cataplasma*.

℞ mastichis, thuris ana ʒ j. boli Armeni ʒ iij. sem. mummiæ ʒ ss. picis & ceræ quantum satis, fiat *Emplastrum* molle.

APPENDIX
ad prædicta pro curatione SPVTATIONIS SANGVINIS inseruiens.

Omnium primò vena interna secabitur obseruatis antea dictis. Deinde cucurbitulis, ligaturis, sanguisugis, frictionibus, sanguinis motum auertemus. Hinc medicamenta quæ immodicè fluentem sanguinem sistere possunt, offeremus. Magis autem præsens remedium in potionibus quàm in localibus medicamentis est. Deinde quæ conglutinare partes diuisas possunt, præscribentur, potissimùm si sanguis profundatur propter rupturam venæ alicuius ipsius pulmonis, antequam sanies generetur: magna equidem cum difficultate alioqui sanabitur si in saniem atque putredinem transeat sanguis excretus antequam vena rupta fuerit consolidata. Multum autem in præsenti malo iuuare compertum est potum ex aceto, cui multum permistum sit aquæ: sanguinem equidem infrigidat, & incrassat, sicque à fluxu, & ne congeletur, prohibet; vix tamen eò quòd

cò quòd tussim nonnihil moueat, admittetur, nisi ea quæ tussim sedare possint, commisceantur. Narcoticis autem medicamentis hîc nequaquam vtemur in mali principio; sed vbi frustrà leuioribus remediis vsi fuerimus, calamitatémque potiùs incrementum sumere obseruabimus, maiora auxilio adhibebimus, viribúsque constantibus narcoticis tunc vti licebit. Si autem à capite ad pulmonem sanguinem illapsum esse ex colore aliqualiter nigricante intellexerimus, astringentia intrò non dentur.

Methodus pro curatione

PALPITATIONIS CORDIS INSERVIENS.

PALPITATIO CORDIS est immodica cordis eleuatio atque depressio,& quidem molesta,prętérque naturam, ab excretrice facultate id quod noxium est excludere nitente,incitata. In pulsu quidem naturaliter & ex seipso cor mouetur;in hoc verò malo, quamuis à corde fiat ipse motus, nequaquam tamen fit naturaliter,sed ab excretrice facultate irritatur, & quodammodo concutitur cor,mouetúrque quasi tremulo quodam motu,cùm se nunc dilatet,nunc contrahat, vt noxium vaporem,& id quod molestum est,dissoluat atque excutiat. Operatio itaque motus qui in pulsu fit,naturalis est; qui verò in palpitatione cordis motus accidit, præter naturam est. Affectus autem hic nomen inuenit à parte affecta atque symptomate quo molestatur æger. A cardiaca passione plurimum differt palpitatio cordis, illa enim ipsius oris ventriculi affectus est, nequaquam autem cordis,vti hoc de quo nunc agimus malum.

PARS AFFECTA, est ipsum cor,quod cum pericar-

Digitized by Google

dio afficitur aut primario, aut per consensum stomachi, matricis, intestinorum, lienis, hepatis, aut alterius partis, quod fit, cum in iis humores aut vapores maligni latent, cordique inde communicantur, quod intelligitur per nocumenta earundem partium quę adsunt aut præcesserunt. Est autem palpitatio cordis, symptoma quod continetur sub deprauato motu ipsius cordis, qui toto genere præter naturam est.

Signa. Spiratio est exigua atque rara; pulsus ipse est inæqualis, cor ipsius ægri quasi concussum, tremit & palpitat, ita vt id medicus etiam primò occursu quasi percipiet, modò manum cordis regioni applicet: facilé-que obseruabit, multum differre hanc motionem cordis, à vero pulsu cordis. Totius quoque corporis arteriæ, potissimùm tamen quæ iuxta iugulum sunt, validè pulsant. In aliquibus quoque tantus est tremor cordis, vt etiam panni qui pectus ab iniuriis externis muniunt, videantur ab astantibus ad motum cordis per interualla eleuari atque deprimi, subinde quoque sonitum audire solent astantes satis manifestum.

Causa. Frequentissimè fit à flatuosis, fumosis, malignis, crassis vaporibus atque spiritibus in pericardio magna ex parte, aliquando quoque in sinibus cordis conclusis, qui aut in corde generantur, aut aliunde importantur, nimirum ex hypochondriis, in hypochondriaca melancholia, matrice, ventre, aliisque corporis partibus malè disposítis; ex partibus enim prædictis facilè multi feculenti, fuliginosíque vapores per arterias in cor subeunt. Sæpe quoque fit ab aquoso putridóque humore, vrinæ simili, à quo malus odor quoque efflorescit, qui maiori copia pericardio concluditur quàm vt cor liberè se dilatare possit. Ab ira, Venere, crapula, cibis flatuosis, balneorum denique vsu, laboribúsque validis hoc malum sæpe irritatur, corporisque quiete remittitur; contingit equidem cor à prædictis irritari, túncque nititur id quod noxium est, valida pulsatione expellere. Potest idem malum nasci ex tumore aliquo aquoso,

Digitized by Google

aquoſo,ſanguineo,vel carnoſo in pericardio enato. Intemperies quoque cordis calida vel frigida, huius malꝰ cauſa eſt,vti ſubita quoque euacuatio, necnon imprægnatio idem incommodum adducere ſolet interdum.

PROGNOSTICA. Quamuis nonnulli ab hoc ſymptomate liberati ſint per venæ ſectionem, victúmque extenuantem,ac medicamentorum ope; nihilominus permulti eorum qui poſt annum vel plures menſes eodem malo rurſus correpti fuerunt, ante ſenectutem morte præuenti ſunt;verùm alii quidem per acutas febres,alii verò cùm ſani degerent, ſyncope correpti, extincti ſunt; periculum enim repentinę mortis impendet,ſi diutiùs ſuperfluéque affligat, crebróque repetat. Hoc malum familiare eſt ſyncope correptis,quam ęgritudinem & antecedere, & in quam etiam mutari ſolet. rurſus etiam iis quibus lien tumidum eſt atro fœculentóque ſanguine, & qui hypochondriaca melancholia laborant, hoc etiam malo familiariter perturbari ſolent.

Methodus pro curatione

PALPITATIONIS CORDIS INSERVIENS.

Perficitur autem ſubſequèntibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr ad caliditatem ſiccitatémque declinet, ſitque ſuauiter olens.

Cibus. Carnes conueniunt pullorum,perdicum,caponum, gallinarum, vitulorum, quæ condiri poterunt ſiue elixentur, ſiue aſſentur, caryophyllis, pipere, cinnamomo, fœniculo, hyſſopo, ſerpyllo. Inter olera conueniunt ſerpyllum, hyſſopus, maiorana,

Digitized by Google

borago,fœniculum,ſaturcia,meliſſa,pulegium.
Potus. Vinum conuenit dilutum aqua, in qua borago aut meliſſa eſt cocta.
Exercitium ſit moderatum.
Somnus quoque ſit moderatus.
Excrementa alui reſpondeant arte aut natura.
Animo ſit quieto; non conturbetur ira, aut mœſtitia, gaudióve immodico.

PRAEPARANTIBVS.

Syr. acetoſus compoſitus,ſimplex,de duabus radicibus, de bugloſſa.
Syr. Byzantinus,glycyrrhizæ,de praſio.
Mel roſaceum.
Oxymel ſimplex,compoſitum,ſquilliticum.
Syr. de hyſſopo,de quinque & duabus radicibus.
Aqua betonicæ,praſii,ſcabioſæ.
Decoctum aniſi,fœniculi,galangæ,meliſſophylli,betonicę,praſii,ſcabioſę,fœniculi marini ſeu empetri, caryophyllorum, macis.
Syr. de epithymo,de lupulis,pomis dulcibus.
Syr. de fumaria,ſucco boraginis.
Aqua bugloſſæ,ſcolopendrię,boraginis,fumarię,meliſſæ,fœniculi.
Syr. violatus,acetoſus ſimplex.
De cichoreo cum rhabarbaro.
De ſucco limonum.
De ſucco acetoſæ.
Aqua lactucæ, violarum, bugloſſæ, roſarum, cichorei.

Prioribus vtemur,ſi fiat à materia craſſa pituitoſáque; ſequentibus verò, ſi à materia fiat melancholica, quæ frequentiſſimè quidem hunc affectum adducere ſolet. Vltimo verò loco poſitis vtemur, cùm materia calida huius mali cauſa fuerit.

VACVANTIBVS.

Agaricus trochiſcatus.
Electuarium Indum,diaphœnicum.

Myro-

Myrobalani kebuli.
Pillulæ de agarico.
Diacatholicum,confectio hamech.
Diasena.
Pillulæ Indæ, de lapide lazuli,aureæ,aggregatiuæ,sine quibus esse nolo.
Hiera simplex.
Myrobalani Indi,sena,epithymus.
Syr.de multiplici infusione rosarum.
Myrobalani citrini.
Rhabarbarum.

Venæ sectio fiat in plethorico corpore ipsius basilicæ in dextro brachio, si periculum sit alicuius apostematis, aut si hæmorrhoidarum mensiúmve subsistentium ratione fiat hoc malum, aut si ab aquosis multis humoribus fiat pericardio concluſis, breui enim temporis spatio finire malum solet. In sinistro verò brachio instituetur venæ sectio,si à melancholia fiat,aut si vapores melancholici in causa sint.Si verò id quod noxiam affert,ex inferioribus partibus illabatur,sectio fiet ipsius malleoli.

Posteriora conueniunt,dum à calidis humoribus ortum habet malum,priora verò dum à frigidis pituitosisque oritur:medio verò loco positis vtemur, dum à melancholicis fit humoribus. Purgantibus autem hisce vtemur medicamentis,si corpus fuerit cacochymicum, etiam statim à principio ante præparantium vsum,si necessitas vrgeat, & cùm à malignis multisque fit humoribus aliunde transmissis, aut ibidem generatis;aut cùm materia multa subitò ad cor ruit.Hinc per interualla humores præparabimus,rursusque paulò fortioribus medicamentis euacuabimus.

AVERTENTIBVS *materiam,vaporésque ad corde.*

Venæ sectio ipsius malleoli.
Clysteres.
Cucurbitulæ.

Digitized by Google

Ligaturæ dolorificæ tempore acceſſionis ſolummodò.

Frictiones cum linteolis odoratis fient.

ROBORANTIBVS, *intemperiémque relictam corrigentibus.*

Diambra, confectio de granis tinctoriis, diarhod. abbatis, aromaticum roſatum, theriaca cum aqua buglosſæ.

Conſerua magna noſtræ deſcriptionis mirificas hîc habet vires.

Mithridatum, confectio de ligno aloës, electuarium de hyacintho, de gemnis, ſp. lætificantis Galeni.

Diacinnamomum, diamuſcum dulce, dianiſum, diabugloſſatum, diaboraginatum, diamargaritum calidum, pliriſarcoticum.

Vinum Hippocraticum, ſuccus buglosſæ, cortices citri conditi, ſeminaque, zedoaria, doronicum.

Moſcus, ambra, caryophylli, nux muſcata, galanga, amomum, cinnamomum, macis, mentha, roſmarinus.

Auri laminæ tenues frequentiſſimè incaleſcant, totieſque extinguantur vino aliquo generoſo.

Epithema ex aqua boraginis, meliſſæ, maiorana, ſp. diambræ, diamoſci dulcis, ligno aloës, ſeminibus citri, mace, cinnamomo, caryophyllis, nuce muſcata, vino aromatico.

Diarhodum abbatis, diamargaritum frigidum, diatrion ſandali.

Syr. de ſucco granatorum, acetoſæ, è perſicorum floribus.

Succus ribes, camphora, ſandali, coriandrum præparatum, ſuccus granatorum, limonum, pomorum odoratorum, cydoniorum.

Epithema è floribus nymphææ, roſarum.

Sacculus ex prædictis, quibus addere licebit moſcum, ambram, flores buglosſi.

Pomum odoriferum fieri poterit ex dictis, addendo ceram & labdanum. Vn-

Digitized by Google

Vnguentum ex oleo liliorum, amygdalorum dulcium, ſpicę, croco, ligno aloës, mace, alipta moſcata, cera.
Meliſſa, bugloſſum, borago, corallũ, margaritę, ſmaragdus, hyacinthus, aurum, cornu ceruinum, vnicornu, ebur, os de corde cerui.

Prioribus, ſi cordis intemperies frigida in cauſa ſit; poſterioribus verò, ſi calida eam excitarit, vtemur. Vtrique autem malo conueniunt meliſſa, carduus benedictus, bugloſſum, aliáque quæ vltimo ordine ponuntur.

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAMENTA *nobilia in* PALPITATIONE CORDIS *ſæpius cum ſumma ſalute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruel experta.*

CVRATIO PALPITATIONIS CORDIS.

℞ radicum angelicæ ʒ iij. ß. bugloſſæ ʒ j. ß. maioranę, meliſſæ, hyſſopi ana m. j. ß. ſeminum aniſi, fœniculi ana ʒ iiij. cardui benedicti ʒ j. ß. corticum aurantiorum, limonum ana ʒ j. florum cardui benedicti m. ß. ſenæ Alexandrinæ ℥ j. rhabarbari ʒ ij. ß. myrobalanorum citrinorum, Indorum ana ʒ ij. ß. caryophyllorum ʒ ß. coquantur in iuſculo carnium ad libram j. ſs. colaturæ adde olei amygdalorum dulcium, liliorum ana ʒ j. ſs. pulueris diaſenæ ʒ j. fiat *Clyſtere.*

℞ ſyrupi pomorum dulcium ʒ j. ſs. bugloſſę, de corticibus citri, oxymellis ſquillitici ana ʒ j. aquarum boraginis, bugloſſę, cardui benedicti ana ʒ iiij. fiat *Iulebus:* detur tribus vicibus in aurora.

℞ ſucci boraginis, pomorum odoriferorum, cydoniorum, acetoſę, è floribus perſicorum, granatorum ana ʒ ij. ſacchari albiſſimi q.ſ. fiat arte *Syrupus:* detur ʒ j. cum aquæ cardui benedicti ʒ iiij.

Digitized by Google

℞ radicum fœniculi,petroſelini ana ʒ j. zedoariæ ʒ iij. roriſmarini, menthæ ana m. j florum cordialium m. ſs. ſeminum cardui benedicti ʒ j. aniſi ʒ ß. agarici albi & leuis ʒ ij. zinziberis ℈ j. ß. polypodii quercini ʒ vj. ſenę Alexandrinę ʒ j. coquantur in aqua q. ſ. ad ℔ j. ß. colaturę adde diaturbith cum rhabarbaro ʒ vj. ſyrupi de ſucco acetoſę ʒ iij. fiat *Potio* : ſumat ʒ iiij. in aurora.

℞ pillularum cochiarum, agarici trochiſcati,pillularum de rhabarbaro ana ℈ j. trochiſcorum alhandal gr. iiij. ſyrupi granatorum q. ſ. fiant *Pillulæ* ſex aut ſeptem numero;dentur poſt primum ſomnum.

℞ radicum angelicę,galangę ana ʒ ij.ſeminum aniſi ʒ j.ſs.cardui benedicti ʒ j.rhabarbari electi ʒ j.ß. agarici albi & leuis ʒ ij. zinziberis ʒ j. ß. calentibus cineribus viginti quatuor horarum ſpatio macerentur in aqua cardui benedicti, fumarię & bugloſſę q. ſ. hinc fortiter exprimantur,colaturę addantur ſyrupi de multiplici infuſione roſarum ʒ iij. diacatholiconis ʒ vij. fiat *Potio* pro duabus vicibus.

℞ confectionis hamech,electuarii Indi maioris ana ʒ iij. ſs. corticum myrobalanorum chebulorum ʒ j.ß. ſyrupi de epithymo, byzantiis ana ʒ ß. aquarum cardui benedicti,boraginis ana ʒ ij.fiat *Hauſtus*,detur ſex horis ante prandium.

℞ mithridati electi ʒ j. radicum angelicę, theriacæ andromachi ana ℈ j.radicum zedoarię ℈ ſs. vini hypocratici ʒ iiij.fiat *Hauſtus* ; detur die ſequenti in aurora vbi purgatus fuerit.

℞ radicum angelicę ʒ j. caryophyllorum ʒ j. cinnamomi ʒ ij. ſs.in vino generoſo infundantur per aliquot horas,colaturę addatur ſacchari albiſſimi q.ſ. ad dulcorandum: detur hauſtus tempore prandii & cœnę per aliquot dies.

℞ ſp. aromatici roſati, diacinnamomi ana ʒ ſs. ſp. diamuſci dulcis, diambrę ana ℈ ij. dianiſi, ſacchari albiſſimi diſſoluti in aqua boraginis, bugloſſę ana q.ſ.fiat

Elec-

Electuarium in tabulis.

℞ conſeruæ bugloſſę, violarum ana ʒ ß. ſp. diamuſci dulcis, theriacę veteris, electuarii de gemmis, diarhodonis abbatis ana ʒ j. ß. dianiſi ʒ j. cinnamomi ℈ j. ſacchari roſacei ʒ j. ſyr. de corticibus citri q.ſ. ad *Electuarij* mollis conſiſtentiam.

℞ vini odoriferi ʒ iiij. in eo diſſoluantur muſci gr. iiij. ambræ ℈ ß. huius portio aliqua naribus attrahatur. fiat *Naſale*.

℞ aquarum acetoſę, maioranę, roſarum, boraginis, bugloſſę, meliſſę ana ʒ iiij. vini generoſi ʒ iij. ſp. electuarii de gemmis, diamuſci dulcis, diambrę ana ʒ j. ß. ſandalorum ʒ j. ligni aloës, maceris, doronici, croci ana ℈ ß. muſci gr. ij. aceti guttas aliquot, fiat *Epithema*, quo tepente cor refocillabimus manè & veſperi.

℞ florum meliſſophylli, roſarum rubrarum ſiccatarum, lauendulę, roriſmarini, boraginis, bugloſſę, maioranę ana m. ß. foliorum lauri numero iiij. ſandalorum citrinorum, caryophyllorum, maceris, corticum citri, cinnamoni, ligni aloës, oſſis de corde cerui, galliæ muſcatę ana ℈ ij. ambrę, moſchi ana gr. j. fiat *Sacculus* è ſerico, in quo ſuperiora inſinuantur, habeátque figuram pyramidis; tempore vſus irrigetur aqua roſarum, bugloſſę, vino odorifero, cordíque applicetur ad conſeruandum eius vires.

℞ olei nardini, liliacei, balſami ana ʒ ß. olei roſacei ʒ iij. ſeminis acetoſę, nucis muſcatę, caryophyllorum, doronici, zedoarię, macis ana ʒ j. ß. croci gr. iij. ceræ quantum ſatis; fiat *Vnguentum*, quo cor poſt epithematis vſum inungetur.

℞ olei liliorum alborum ʒ j. olei lateritii ʒ j. rad. angelicę ℈ j. aquę vitę & cerę parum; fiat *Vnguentum*, quo ſpina dorſi inungetur calentibus manibus, ſecundum eius longitudinem.

Digitized by Google

APPENDIX

ad prædicta pro curatione PALPITATIONIS CORDIS inseruiens.

Omnium primò vena incidatur, si vires aliáque prædicta admittant, & si ab humoribus inuicem permistis, vaporibúsque fiat, id quod magna ex parte accidit. Demum si cacochymicum fuerit corpus, humores naturæ obedientes reddantur: hinc è corpore excludantur; interim caueat sibi diligenter à medicamentis fortiter purgantibus. Demum materiam peccantem ad partes ignobiles deducemus: id quod omnium commodissimè fiet clysteribus, necnon cucurbitulis: nonnihil quoque frictiones ad iá adiumenti afferent. Posteà roborabimus ipsum cor, intemperiémque emendabimus. Quæ omnia nunc anteáque dictis medicamentis felicissimo cum successu consequi poterimus: modò vniuersalia particularibus debita ratione adhibeantur. Si à vermibus hoc malum fiat, occidantur & expellantur, vti suo loco iudicabitur. Si ab humiditate fiat in capsula cordis existente, non multum in quantitate peccante, vtatur cibis bonum sanguinem generantibus, interim parcè. Si per consensum ventriculi fiat, ante cænam detur ℈ j. ss. hieræ picræ Galeni bis in septimana. Eodem modo si per consensum alterius membri fiat, curetur illarum partium affectus omnium primò: hinc quæcor corroborare possunt, propinentur.

Metho-

Methodus pro cognitione

SYNCOPES INSERVIENS.

SYNCOPE est præceps virium lapsus, malumque est morti finitimum, cùm sit solutionis initium ipsius naturæ. Solet autem Lipothymia præcedere Syncopen. Significat autem Lipothymia animi quidem defectionem absque sudore tamen, frigescentibus tantùm extremis corporis partibus vnà cum virium præcipiti lapsu; tuncque spiritus vel dissoluti, vel aliqua ratione vitiati sunt, facultate vitali non omnino dissoluta existente. Præter animales autem facultates, contingit quoque cor & vitales facultates, quæ aliarum facultatum fundamentum existunt, in syncope semper oblædi, etiamsi primariò non laboret cor, vnde reliquæ etiam corporis vires seu facultates necessariò offenduntur. Omnes equidem corporis partes peculiari cordis temperie actiones suas perficiunt; vnde si huius vires infringantur, reliquarum etiam sequitur iactura atque detrimentum, actionumque priuatio.

PARS AFFECTA: est ipsum cor, id quod patet ex præcipiti omnium virium lapsu, ex imbecillitate paruitateque pulsus, ab extremorum frigiditate. Est autem symptoma pertinẽs ad actionem læsam omnium facultatum, omnium tamen primò vitalium. Contingit autẽ cor laborare aliquando per se, cùm videlicet nullus alius affectus antecessit, nullumque signum præcessit alicuius alterius partis affectæ. Id autem accidit, aut propter magnam eius intemperiem, tunc autem subitò non perit animal: aut propter vitiosum venenosúmve aliquem humorem. Subinde quoque fit propter inflammationem tumorémve ab aliquo alio humore excitatum,

Digitized by Google

tuncque plerumque ſubitanea comitatur mors. Aliàs laborat per conſenſum alterius partis,& ſubinde quidem ob conſenſum quem habet cùm ore ventriculi, diciturque tunc ſyncope ſtomatica, id quod patet ex propriis eius mali ſignis,& ſic de reliquis partibus intelligendum erit.

SIGNA. Magna ex parte facies homini mortuo ſimilis fit,ita faciei color mutatur ad pallorem,cineritiumque, propterea quòd ſanguis intrò ruat,extremæ corporis partes frigent,propter caloris exolutionem,ſudoremque reddunt ingratum,propter ſolidarùm partium diſſolutionem.Anxietas ſuboritur atque animi perturbatio, tandemque animus deficit,ita vt corpus reſolutum,ſentiendi mouendique vi deſtituatur, in tantum, vt ſtans cadat, pedeſque nec non brachia & manus plicabiles manent. Spectra noua malo inuadente viſui offeruntur, impotentia ſequitur ad loquendum,& pænè reſpirandi facultas intercipitur,palpebræ concidunt, pulſus fit rarus,obſcurus,& quaſi abolitus,necnon formicans.

CAVSÆ Syncopes ſunt frequenter vigiliæ immodicè, ira, triſtitia, magna anxietas, timor grauis,dolor acerbus, febres acutæ,prolixæ.Immodicæ corporis inanitiones per famen,ſudores, labores,vomitiones, ventris vacuationes,ſanguinis profuſionem,per aquę in hydrope vacuationem ſubitò factam.Immodicæ equidem hinc ſpirituum euacuationes atque reſolutiones fiunt, vnde non poſſunt non fieri cordis maximæ euerſiones. Frequenter quoque fit à copia craſſorum, crudorum, putridorum, acrium, mordaciumque humorum,quorum poſtremis aſſidua mordicatione vellicant os ſtomachi, præcedentes verò vias ſpiritum ita obſtruunt vt à motu intercipiantur,haud ſecus atque fit in reſpiratione prohibita, ſicque ſyncopen frequentiſſimè inducere ſolent. Nec mirum eſt ſpiritus poſſe intercipi, cùm in reſpiratione id etiam fiat,cùm tanta humorum copia in ductibus pulmonum concludatur aliquando, vt

vt ſpiritu attrahere æger non poſſit. Aëris quoque ambientis malitia, necnon venenatus humor vel vapor ex aliqua corporis parte, vel intrinſecus cordi communicatus aut ſtomacho: item inflammatio & reliqua huiuſmodi quæ immodicè alterare vel corrumpere poſſunt cordis, vel ſtomachi, vel ſpirituum intemperiem, ſyncopen quoque frequenter inducunt, cùm virium robur conſiſtat in earundem partium bona conſtitutione. Spiritus quoque ſoli prædicto modo læſi, affectionem ſuam principibus partibus, illiſque conſentientibus, communicant; earúmque temperiem infringunt, ſic ſyncope irruit periculoſa, ſæpe quidem mortalis, cui ſudor concurrit magna ex parte. Atque hoc ſymptoma potiorem quaſi partium morientium inuoluit. Subitò autem vires, quæ in ſpiritibus, nõ in temperamento partium ſolidarum quaſi habitant, labuntur; aut propter ſpirituum defectum, aut eorundem alterationem, aut ob eorum corruptionem, aut propter partium ſolidarum temperamenti deſtructionem, quod morbi tam acuti quàm diuturni ſæpe efficiunt.

PROGNOSTICA. Si ſyncope correpti caput in humeros aut thoracem delabatur, pulſus atque reſpiratio aboleatur, fac. éſque fuerit viridis, nigra vel liuida, ſumptóque medicamento ſternutatorio conuenienti fruſtra, iam preſens adeſt exitium. Qui ſæpe & ſubitò exoluuntur ſine cauſa manifeſta, ne ſubitò moriantur, periclitantur. Quando cauſę ſyncopen accerſentes non fuerint fortes, tremorẽ ſæpe, cùm verò multum fortes fuerint, ſyncopen inducunt; ſi verò magis adhuc increſcant, tandem mortem immittunt. Syncope ex animi affectibus inducta, nequaquam mortalis eſt, ſi robur ſit validum. Quemadmodum ſyncope ex cerebri intemperie orta, grauior erit quàm ſi ex iecore originem haberet, ſic quoque ſi ex cordis intemperie fiat, deterior eſt quàm ſi ex cerebro id fieret intemperato, aut ſtomacho.

Digitized by Google

Methodus pro curatione

SYNCOPES INSERVIENS.

Perficitur autem subsequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr sit temperatus ; plurimùm enim tam frigidus quàm calidus aër offendere solet laborantes. Modicè quoque luceat cubiculum.

Cibus facilis concoctu conuenit; iuscula carnium nimirum, cremórque ptisanæ.

Potus sit vinum tenue dilutum. aqua hordei cui oxymellis parum addatur. Mulsa quoque principio mali per aliquot dies imperetur, in parua interim quantitate, in qua hyssopi manipulus vnus aut alter coquatur.

Exercitium motúsque vitentur, quiésque imperetur.

Somnus consueto tempore longior non sit, vigiliásque admittat moderatas. Si tamen syncope fiat ob magnum dolorem; aut magnos labores, aut immodicam famem; aut grauia animi accidentia, somnus protrahetur diutius. Idque hîc obseruandum, quòd medicum quasi requirat astantem, vt obseruet qualiter æger in somno se habeat, & qualiter tempore vigiliarum, & secundum hoc somnum admittat, aut vigilia imperetur; si enim dum vigilat, pulsus, faciei color, anhelitúsque sibi magis constent, à somno interpellabitur : si verò eadem accidentia meliùs se habeant tempore somni, vt dormiat potius consulemus.

Animi perturbationes longè ablegentur, amicisque iucundis vtatur.

PRAE-

PRAEPARANTIBVS.

Syr.de corticibus citri,Byzantinus.
Syr.de ſucco granatorum.
Syr.de pomis,oxymel ſimplex,compoſitum.
Oxyſaccharum ſimplex.
Syr.acetoſus,violarum,limonum,de perſicis, cydoniorum,roſarum,de ſucco endiuiæ.
De acetoſitate citri,de pomis.
Aqua boraginis,violarum,roſarum,buglоſſæ,acetoſæ.
Poſteriоribus in calida,prioribus verò in frigida cauſa vtemur.

VACVANTIBVS.

Venæ ſectio dum à plenitudine fit, præſentaneum admodum eſt remedium.
Manna,agaricus.
Caſſia recenter extracta.
Diaphœnicum.
Rhabarbarum.
Pillulæ alephanginæ.
Tamarindi.
Clyſtere lene.
Vomitus cum aqua calida, ſyr. acetoſo ſimplici, oleo communi, vbi à phlegmate viſcoſo aut putridis humoribus ventriculo concluſis oritur, aut ſuſpicio veneni eſt,túncque repetetur, digitiſque aut penna adiuuabitur.
Purgantia medicamenta hîc conueniunt fortia, ſic nec venæ ſectio, cùm etiam ſine his ſæpe ſyncope incidat, niſi dolor acerbus à vitioſis humoribus excitatus, ſyncopen inducat.

AVERTENTIBVS.

Venæ ſectio.
Frictiones fient tam in tempore paroxyſmi quàm extra, à ſummitate humerorum verſus inferiora, cum

Digitized by Google

linteolis modicè aſperis. Spina quoque dorſi ſimiliter fricabitur.

Fricatio linguæ, tempore paroxyſmi cum mithridato, theriaca.

Ligaturæ dolorificæ fient crurum, necnon brachiorum, ſic equidem ſpiritus ad externas partes reuocabuntur, qui ad cor iam ſe receperant.

Cucurbitulæ.

Iniectio fiet in faciem ab alto aquæ roſaceæ, aut frigidæ, cui aceti nonnihil permiſcebitur, ſic equidem ſpiritus euocantur, id tamen vitabitur, ſi à fluore fiat alui, aut à frigida cauſa.

Clamores atque vociferationes fiant altæ.

Sternutamentum cientia, & potiſſimùm ſi à præfocatione fiat.

Oris, narium, digitorum atque manuum compreſſio fiet.

Frictionibus atque ligaturis non vtemur, ſi ab immodica fiat euacuatione, periculum enim eſt ne ij qui reliqui ſunt ſpiritus circa cor, ſi reuocentur, omnino diſſoluantur, ſed his potiùs quietem imperabimus, viniſque generoſioris pauxillum per interualla offeremus.

CORROBORANTIBVS *alterantibúſque ſpirituum intemperiem.*

Diamuſcum dulce, diambra, theriaca, mithridatum.

Electuarium de gemmis, aromaticum roſatum, diatrium pipereon.

Ol. cinnamomi arte chymica extracti.

Syr. de corticibus citri, vinum generoſum.

Epithema pro corde ex caryophyllis, cinnamomo, croco, moſcho, ligno aloës, ambra, cortice mali citri, aqua roriſmarini, aqua roſacea, meliſſæ, maioranæ, vino odorifero.

Vnguentum ex oleo camomelino, anethino, liliorum alborum, quo dorſi ſpina atque artus fricabuntur.

Odoramentum ex ligno aloës, corticibus mali citri, floribus citrangulorum, ambra, moſcho, aceto, aqua roſacea,

Digitized by Google

rosacea,meliſſæ,maioranæ.
Sacculus ex caryophyllis,cinnamomo,ligno aloës, corticibus mali citri,croco,moſcho , roſis ſiccis , floribus roriſmarini.maiorana,meliſſa,ſerpyllo.
Emplaſtrum ex farina hordei, palmulis,maſtiche,aloë, croco,vino.
Syr.de pomis,limonum.
Saccharum roſarum,violarum.
Diamargaritum frigidum,diatrion ſandali.
Conſerua bugloſſæ,oxyſaccharum,diabugloſſatum.
Potio ex decocto abſinthij.
Epithema pro corde ex ligno aloës,ſp.ſandalorum,croco,oſſe de corde cerui,cortice mali citri, moſcho , corallo rubro,aqua roſarum,acetoſæ,boraginis,meliſſæ, vino generoſo.
Sacculus ex ligno aloës , ſandalis , ambra,croco,cortice citri,floribus roſarum,violarum,boraginis,nymphęę, meliſſophylli.
Odoramentum ex ſandalis,corticibus mali citri,corallo rubro,aceto,moſcho , aqua nymphææ,roſarum,myrtilorum.
Prioribus , dum à frigida; ſecundo verò ordine poſitis, dum à calida cauſa ortum habet ſyncope , locus erit. Epithemata autem atque vnctiones ſub ſiniſtra papilla applicabuntur.

THEORICA ET EMPIRICA Medicamenta nobilia in SYNCOPE, *ſæpius cum ſumma ſalute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruele experta.*

CVRATIO SYNCOPES.

℞ radicum angelicæ , corticum mali citri ana ʒ vj. foliorum meliſſæ , maioranæ , acetoſæ ana m. j. florum

Digitized by Google

cordialium p.j.agarici albi & leuis ʒ iij.rhabarbari ʒ ij. coquantur in aqua q.ſ.ad ℔ j.colaturæ adde diacatholiconis ʒ vij.olei roſacei,liliorum ana ℥ j.ß.vini maluatici ℥ iiij.fiat *Enema*.

℞ ſyrupi de corticibus citri,mellis roſati colati,ſyrupi Byzantini ana ℥ j.aquarum boraginis,meliſſæ ana ℥ iiij.vini odoriferi ℥ iij.fiat *Iuleb*.

℞ radicum fœniculi,petroſelini ℥ j.radicum angelicæ ʒ iij.foliorum meliſſæ,florum boraginis,bugloſſæ ana m.j. corticum mali citri ℥ j. ſeminum aniſi, glycyrrhizæ raſæ ana ʒ v. agarici albi & leuis ʒ ij. zinziberis ʒ ſe.rhabarbari ʒ j.nucis muſcatæ,cinnamomi ana ℈ ij. coquantur in aqua q.ſ.ad ℔ j.ſe. colaturæ addantur ſyrupi Byzanti ℥ ij.de corticibus citri ℥ j. diaphœniconis ʒ vij.miſceantur,fiat *Potio*.

℞ diaphœniconis ʒ vj. caſſiæ recenter extractæ ʒ v. aquæ boraginis ℥ iij.fiat *Hauſtus*.

℞ ſyrupi acetoſi ſimplicis ℥ j. ſem.aquæ calidæ ℥ vj. miſceantur pro *Vomitorio* medicamento: digito autem aut calamo incitabitur.

℞ diaphœniconis ℥ ſe. agarici trochiſcati ʒ ſe. rhabarbari electi ℈ j.decocti radicum angelicæ,maioranæ, meliſſæ,corticum citri,nucis muſcatæ ℥ iiij.miſceantur pro hauſtu.

℞ mithridati ʒ j. theriacæ Andromachi ʒ ſe. ſyrupi de corticibus citri ℥ ſe. aquarum meliſſæ,cardui benedicti,angelicæ ana ℥ iij. fiat *Hauſtus*, detur ſequenti die manè poſtquam purgatus erit, in veneni ſuſpicione multum etiam valet.

℞ caſſiæ recenter extractæ ʒ vj. rhabarbari electiſſimi,agarici troſchicati ana ℈ ij.cinnamomi gr.xij.ſyrupi menthæ q.ſ.fiat *Bolus*.

℞ pillularum alephanginarum ℈ ij.agarici trochiſcati ℈ j.rhabarbari electiſſimi ℈ ſe.ſyrupi de ſucco acetoſæ q.ſ.fiant *Pillulæ* ſeptem aut octo numero.

℞ diambræ,diamuſci dulcis ana ʒ ij.ſpecierum lætificantis Galeni ʒ j.aromatici roſati Gabrielis ℈ iiij.ſyrupi men-

pi menthæ q.ſ. fiat *Electuarium* ad formam opiati; ſumat dragmam vnam cum vini odoriferi ʒ ij. ſex horis ante prandium.

℞ ſpecierum lætificantis Galeni, electuarii de gemmis ana ℈ j. ſs. aromatici roſati, cinnamomi, nucis muſcatę ana ℈ j. corticis citri ℈ j. ſs. caryophyllorum gr. xij. fiat *Puluis*. Cum iuſculis alimentiſque conuenientibus ſumat.

℞ corticum mali citri ʒ j. nucis muſcatę ʒ j. ſs caryophyllorum, cinnamomi ana ʒ j. infundantur viginti quatuor horarum ſpatio in vini maluatici ℔ j. colaturę adde ſacchari albiſſimi q. ſ. huius hauſtum tempore prandii & cœnæ bibat.

℞ ſpecierum diamuſci dulcis ʒ ſs. pliriſarcotici ℈ j. electuarii de gemmis, caryophyllorum, corticum mali citri ana ℈ ſs. ſacchari albiſſimi in aqua menthæ diſſoluti q.ſ. fiat *Electuarium* in tabulis, detur tabella vna aliquoties in die.

℞ corticum citri, cinnamomi, nucis muſcatæ ana ʒ j. maſtiches, caryophyllorum ana ʒ ſs. mithridati optimi ʒ j. ſs. electuarii de gemmis ℈ ij. conſeruę bugloſſę ʒ j. conſeruæ anthos ʒ ſs. ſyrupi de pomis dulcibus q.ſ. fiat *Electuarium* molle.

℞ caryophyllorum, cinnamomi ana ℈ ij. oſſis de corde cerui ʒ j. corticum mali citri, ligni aloës ana ʒ j. roſarum m. j. ſpecierum electuarii lętificantis Galeni ʒ j. moſchi, croci ana gr. iij. vini odoriferi ʒ vj. aquæ meliſſæ, cardui benedicti, maioranæ, bugloſſæ, vini maluatici ana ʒ iiij. miſceantur, fiat *Epithema* pro cordis regione.

℞ olei camomelini, liliorum alborum ana ʒ iij. electuarii de gemmis, corticum mali citri ana ℈ ſs. aquæ cinnamomi ʒ j. ſs. ceræ parum; fiat *Vnguentum* molle pro cordis regione.

℞ ligni aloës, cinnamomi, caryophyllorum, corticum mali citri ana ʒ j. croci gr. xij. florum roſarum ℈ ij. roriſmarini, meliſſæ, maioranæ ana ʒ ſs. fiat *Sacculus*, eo cor-

Digitized by Google

languidum recreabimus postquam inunctum erit prædicto vnguento, calens autem cordi applicetur, vinóque generoso calente irroretur.

℞ olei nucis muscatę, mastichini, liliorum ana ʒ iij. camomelini ʒ ſs. cinnamomi, caryophyllorum ana ℈ ſs. fiat *Vnguentum*, quo spina dorsi vngetur.

APPENDIX
ad prædicta pro curatione SYNCOPES inseruiens.

Dum ab humoribus obstruentibus vias spiritum fit, Omnium primò enemate aluus eluatur. Demum humores obstruentes spirituum vias, naturæ obedientes reddantur, cùm aliqualiter restauratæ fuerint vires. Leni deinde medicamento solutiuo è corpore educantur. Procul autem hîc ea medicamenta purgantia ablegentur, quæ spiritum vitalem aliquo modo resoluere possunt. Auertentibus demum medicamentis quoque locus erit. Cor autem interea temporis quoque roborabimus tam sumptis quàm admotis medicamentis. Quæ omnia nunc anteáque dictis medicamentis felicissimò cum successu consequi poterimus, modò uniuersalia particularibus debita ratione adhibeantur. Si ab immodica sanguinis vacuatione fiat, lectulo quiescat, atque inspergatur violenter tempore paroxysmi in faciem vt excitetur, aqua rosacea, vel frigida communis, cui vini generosi aliquid addetur. Atque hoc in omni syncope fieri potest tempore paroxysmi, quia inde spiritus vitales excitantur, & ad exteriora reuocantur. Digiti quoque tempore paroxysmi contorquendi sunt, vt dolores excitentur. Sternutamentum excitantia in eundem finem tuna quoque offerantur. Nares quoque & os constringatur vt anhelitus retineatur: exitum equidem non inueniens, ad interiora redit, sicque spiritus vitales commouet atque excitat. Ob morbum verò si accidat diuturnum, propterea quòd spiritus consumpti sunt, nutriatur optimis alimentis. Si syncope à venenosis vaporibus in corpore natis fiat, conserua magnæ nostræ descriptionis cum felicissimo successu propinabitur: mirabiliter enim auxiliatur morbis qui à malignis vaporibus in corpore natis ortum

suum

Digitized by Google

ſuum aliqua ratione habent, vt eſt matricis ſuffocatio, epilepſia, vertigo, incubus, melancholicus affectus omnis, quem comitantur malæ cogitationes, triſtitia atque timiditas ſine cauſa manifeſta, obliuio, ſaltus, tremor, aut inſaniæ quædam ſpecies, qualis in ſpaticis, ſeu iis qui dæmonium quaſi habere videntur, aliquando obſeruamus. Mirificum quoque antidotum eſt contra febres omnes intermittentes atque erraticas, contra neruorum tenſiones, vermium luxuriem. Seminaria enim horum morborum mirificè abſumit, ſpiritúſque vitales, humidúmque radicale, ſeu vitæ ſubiectum, ſummopere reficit atque præſeruat, & propterea in præcauendis morbis ſummopere quoque commendatum eſt medicamentum. Si ſtomachus acribus oppreſſus humoribus ſyncopen induxerit, vnguentum pro eo fiat ex oleo roſarum, cydoniorum, myrtilorum. Si poſt purgatorium medicamentum, ſyncope irruat: ℞ theriacæ nouæ ℈ iiij. aiit ſi antiqua ſit, addantur gr. ij. opij, vini generoſi ʒ iij. detur vnica vice. Odoramenta naribus nequaquam offerantur, ſi à præfocatione matricis ſyncope fiat: alioqui verò licebit.

Methodus pro cognitione

CHOLERÆ INSERVIENS.

CHOLERA, eſt immodica ventriculi inteſtinorúmque perturbatio, in qua ſupra infráque malignorum humorum fit eruptio. Vſque adeò autem vehemens frequenter eſt hoc malum, vt vno atque altero die ferè ſine febre, vel ſaltem paucis diebus hominem è medio tollat, per vomitum atque ſeceſſum effuſa corporis ſubſtantia; tanto enim impetu deiectio hîc ſæpe fit, vt etiam ſpirituum multitudo vnà cum humoribus expellatur, vnde ſitis, cordis tremor, viriúmque languor,

Digitized by Google

tandem etiam ſudor, necnon mors ſuccedit; eſt enim acutiſſimus atrociſſimuſque affectus. eſtque huic malo inditum nomen ab ipſa materia, cauſaque efficiente.

PARS AFFECTA, ipſe eſt ventriculus tam ſecundum ſuperiorem eius partem quàm inferiorem, ipſe enim primariò totus afficitur. Per conſenſum autem etiam laborant inteſtina, eò quòd per ipſa ventriculus ſe exonerare cogatur. Signa autem indicantia has partes eſſe affectas, eſt vomitus delectioque concurrens, inteſtinorum dolor, ſtomachique magna torſio, necnon diſtenſio à flatibus facta. eſt autem ſymptoma pertinens ad actionem læſam facultatis expultricis.

SIGNA. Vomitibus & delectionibus bilioſa, acida, nidoroſaque deiiciuntur tam ſupernè quàm infernè per plures etiam horas, haud ſecus atque ſi talia in maxima copia ebibiſſet, & primò quidem liquidiora minuſque maligna, hinc craſſiora coloratioraque redduntur; nam ſubinde citrino, hinc viridi, aliquando etiam nigro colore tincta profunduntur. In principio malum ſatis leue eſt, verùm tandem in ventriculo & inteſtinis ſuperioribus ſentitur dolor & anguſtia, necnon mordicatio, ſitis quoque concurrit moleſta, ſudoribus quoque languido homine reddito, totum corpus perfunditur, pulſus fit frequens, celer ac ferè paruus, tandem etiam omninò ferè concidit. Malo increſcente muſculorum, maximè autem ſurarum, ſubinde etiam manuum & pedum fit contractio tenſioque, eſtque maximè proprium huic morbo ſymptoma, magiſque ſi malum increſcat, tandem cum animi deliquio frigidiſque ſudoribus mors haud rarò irruit.

CAVSA huius mali plerumque eſt bilis, quæ ſubinde magna copia colligitur vel in toto corpore, aut in ſolliculo fellis, aliàs in iecore, nonnunquam in meſenterio, ſubinde etiam in inteſtinis aut alia aliqua totius parte, quæ tempore maligna venenoſaque qualitate aliqua perfunditur, quæ in ventriculum ſi reiiciatur à parte grauata, naturæ ſummè fit infenſa atque moleſta pro-

Digitized by Google

propter copiam malignámq; qualitatem, erosioníſque ſenſum fortem, quem orificio ventriculi infert; quare huc illúcque variè impellitur, tandémque dicto modo excluditur. Idem malum etiam fit frequenter ex prauis corruptíſque alimentis aſſumptis, humoribúſve aliis vnà cum bile in corpore putrefacti.

PROGNOSTICA. Morbus hic eſt acutiſſimus; immodicè enim vires in eo breuiſſimo etiam temporis ſpatio reſolui contingit, eáque ratione citò ſuccurrendum eſt. Senioribus autem maximè eſt formidabilis morbus: eo interim rariùs corripiuntur. tunc autem ſummo in periculo res verſatur, ſi continuò vomat, necnon ſudet, ſi ſyncope comitetur, aut ſi quod euomitur malè oleat; quando enim fœtentia vomit, vel ſtercus, pulſúſque quaſi deficit vnà cum viribus, partiúmque extremarum ſi frigus concurrat, eſt mortale; benè autem eſt ſperandum, ſi vomitum ſupprimi contingat, melius quoque ſi ſomnus admittatur. In vrinæ autem ardorem aliquando hoc malum tranſit; materia mali ad veſicam depreſſa.

Methodus pro curatione

CHOLERICÆ PASSIONIS INSERVIENS.

Perficitur autem ſubſequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr ad frigidum parum declinet, mediocriter quoque ſit luminoſus, exagitantur enim humores atque ſpiritus à calore atque lumine notabili.

Cibus. Oua ſorbilia, carnes gallinarum, columbarum,

Digitized by Google

leporum,auicularum,perdicum, turturum,capreolorum conueniunt. parum autem alimenti admittat in principio mali, modò vires conſtent,imò à cibo omnino quaſi tunc abſtinebit.

Potus. Vinum generoſum tenue, vt meliùs penetret, offeratur;in eo autem extinguantur auri laminæ aliquoties, hoc quidem ſolo remedio frequenter hoc morbi genus miteſcit, in principio tamen parcè bibat,in quem finem os colluat ſucco cydoniorum aut granatorum.

Quies corporis imperetur, interim vt vomat placidiſsimè iuuandus eſt æger ſi nauſea moleſtetur,parumque aut nihil vomat.

Somnus omni ratione conciliandus eſt,nocturno potiſſimùm tempore.

Animi pathemata euitentur,mœſtitia nimirum,ſolicitudo,ira.

VACVANTIBVS.

Clyſtere ex aqua hordei,oleo communi,violarum,ſaccharo rubro,vitello oui,quo educto bibat aquæ calidæ vel hordei bonam quantitatem;ſuntque hæc ſæpius reiteranda,vt materia mordens atque acris nonnihil temperetur.

Vomitus cum aqua hordei calente & oxymelite ſimplici, vel ſyr. de ſucco acetoſæ,aut decocto raphani & aqua ſaccharata inſtituatur, quibus cumini atque nitri nonnihil incoquemus,magna autem huius copia bibetur, ſic enim retentrix facultas nimio onere grauata,expultricem mouet.digito quoque in os immiſſo, aut penna oleo intincta iuuari,vt meliùs vomat, poterit; dabitur autem in magna quantitate & frequenter,idque ſtatim in principio antequàm alia offerantur remedia. In cauſa frigida addetur cinnamomum, in calida ſaccharum.

Syr.roſarum laxatiuus, pillulæ de hiera picra, pillulæ aromaticæ in cauſa frigida.

Caſsia fiſtula, aloë,manna,rhabarbarum,myrobalanorum decoctum.

Clyſteriis,

Digitized by Google

Clysteriis, aut aliis vtemur purgantibus medicamentis, dum ad inferna materiam peccantem deturbare nos posse existimamus; sic enim naturam blandè iuuabimus. Vomitum autem nonnihil promouebimus in principio mali; dum nauseabundus est æger, neque liberè tamen vomit; cumque id quod corruptum atque noxium est natura vomitu expellere laborat, quam hoc quoque ingenio blandè iuuabimus. Vitentur autem omninò fortia vomitiua & solutiua, ne stomachus nimium relaxetur, iis autem minus erit opus si humores per se ad fluendum satis sint parati; quare tunc quàm ocyssimè fieri poterit, vomitum componemus, materiamque corruptam atque exitiosam per infernas corporis partes educere conabimur.

PRÆPARANTIBVS.

Ligaturæ dolorificæ coxarum, cubitorum: earumdemque partium.

Frictiones primò validæ, hinc mediocres.

Cucurbitulæ magnæ dorso, spatulis, regionique mediæ inter vmbilicum & stomachum affixæ plurimùm iuuant; nonnunquam etiam splenis iecorisque regioni applicari poterunt, non diu autem permaneant, sed sæpius permutentur, ne dolorem nimium excitent.

Sudoris prouocatio fiat; plurimùm enim conferre poterit, modò vires satis constent.

Balneum quoque aquæ calidæ si vires ferant, cùm concoctio peracta erit, conuenit, eo autem non diu detineatur, ne vires prosternantur.

Materia non admodum maligna existente, hisce remediis vtemur, & potissimùm si secessibus nimium frequentibus fagitetur.

SISTENTIBVS *humorum fluxum, roborantibúsque stomachum & intestina.*

Syr. de rosis siccis, de succo granatorum, limonum, cydoniorum, de acida citri parte.

Aqua mensalis nostræ descriptionis.

Digitized by Google

Roſata nouella,diacodium,trochiſci de olibano.
Cortices citri conditi.Caro cydoniorum ſine ſpeciebus, conſerua roſarum.
Succus malorum agreſtium,trifolii,tam ſumptus quàm admotus.Dum ſtomacho applicantur,linteolo excipiantur duplici.
Cyathus aquæ frigidæ,modicè interim bibat.
Vinum rubellum aſtringens generoſum, cui aqua chalybeata permiſceatur.
Clyſtere ex decocto capitum papaueris addito amylo, humorum motum ſiſtit, ſomnúmque accerſit, vnde plurimùm iuuantur in hoc ſimilibus malis ægri.
Aquæ frigidæ in faciem ſubita iniectio vomitum ſiſtere poteſt, ſi fiat eo tempore quo videmus hominem vt vomat inclinari.
Fotus aſtringentes fiant,celeriter enim agunt.
Vnguentum ex oleo violarum, myrtino, roſaceo,cydoniorum,abſinthii,menthæ,maſtichino, nardino,balauſtiis, hypociſtide, malicorio, roſis rubris, bolo Armeno, ſanguine draconis, thure, myrtilis, ſandalis,dactylis, maſtiche, acacia, corallo, rhoë obſoniorum.
Cataplaſma ex dictorum materia.
Dropax ex pice,ol.cydoniorum eximiè vomitum ſiſtit.
Ceratum ſtomaticum Galeni,modò frigida ſit cauſa.
Emplaſtrum diaphœnicum, de mica panis, pro ſtomacho Meſuæ,maſtichinum.
Iſta ductus & vias communes conſtringunt,humoréſque currentes incraſſant, ſtomachúmq; & inteſtina roborant,ne humores eò ruentes ita facilè recipiant. Hiſce interim non vtemur antequam vitioſi humores aut vomitu aut ſeceſſu bona ex parte ſint expulſi, niſi periculum ſyncopis aut conuulſionis impendere videamus; quantumuis enim hęc excretio vtilis ſit,tamen modum ſi exceſſerit;periculo haud vacat,eò quòd ex immodica virium proſtratione ſæpe mors ſequitur. Localia autem me-

medicamenta hîc citiùs operantur cùm ſumpta ferè reiiciantur à ventriculo iam immodicè perturbato. Vbi verò modicè ſe remittit malum, plus proderunt ſumpta quàm admota, eò quòd tunc citiùs agunt aſſumpta. Omnium autem primò vomitum ſiſtemus. Aluus autem vt moderatè fluat operam dabimus, donec humores malignos mediocriter expulſos eſſe intellexerimus.

CORRIGENTIBVS *accidentia.*

Vinum rubellum auſteriuſculum, odoriferúmque.

Vinum quoquè generoſum aqua frigida dilutum, generoſum eſt remedium.

Miua cydoniorum.

Emplaſtrum ex roſis, ſandalis, cydoniis, acetóque pro ſtomacho.

Vnguentum ex oleo liliorum, amygdalorum, irino, violarum, axungia humana, caſtoreo.

Fomentatio partium contractarum fiet cum iiſdem oleis; vel,

Linimenta oleis calidis conſtantia, partibus contractis circumponantur.

Balneum ex iiſdem etiam oleis pro parte ſpaſmata, maximi eſt iuuamenti.

Decoctum ſeminis lactucæ, cucurbitæ, intubi, cucumeris.

Aqua communis cocta, cui addatur ſyr. cydoniorum, de roſis ſiccis, de acetoſa citri parte.

Syrupus granatorum, cydoniorum, eorundémque ſucci, ſyr. roſarum.

Clyſtere ex aqua in qua decocta ſint ſemina intubi, lactucæ, papaueris albi capita, amylum.

Singultum priora corrigunt; ſpaſmum verò ex inanitione ſequentia; ſitim ſedant ſomnúmque prouocant vltimo loco poſita.

Digitized by Google

THEORICA ET EMPIRICA MEDI-camenta nobilia in CHOLERICA PASSIONE ſæpius cùm ſumma ſalute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruel experta.

CVRATIO CHOLERÆ.

℞ hordei mundi m.ij.ß.foliorum violarum,centaurei minoris,abſinthii,menthę,florum camomillæ,meliloti ana m.j.agarici albi & leuis ʒ ij. rhabarbari electiſſimi ʒ j.ß.polypodii quercini ʒ iij.coquantur in aqua q. ſ.ad ℔ j. colaturę adde olei rutacei,camomelini ana ʒ j.ß. vini generoſi ʒ iij.diacatholic. ʒ.iij.fiat *Clyſtere.*

℞ ſyr. acetoſi ſimplicis ʒ ij. decoctionis hordei,raphani, ficuum pinguium ʒ vj. fiat *Vomitorium* medicamentum,ſumat tepidum. Si verò laboriosè admodum vomat, purgante medicamento ſequenti naturam iuuabimus.

℞ rhabarbari electiſſimi ʒ j. ſyrupi menthæ ʒ j. gt. iij.ſpicæ,aquæ menthæ ʒ iij.fiat *Hauſtus.*

℞ electuarii de ſucco roſarum,rhabarbari electiſſimi ana ʒ j. ß. ſpicæ gr.iij. ſyr. de cichoreo cum rhabarbaro ʒ ß. aquarum abſinthii ʒ iij. fiat *Hauſtus* choleræ ſolutiuus, dabimúſque ſi ad inferiora materiam aliquo modo repere intelligamus, ſic enim plenius ad inferiora conuertetur. Optimè verò clyſteribus frequenter repetitis ad inferiora ducemus materiam.

℞ foliorum violarum m.j.roſarum m.ß.ſeminum portulacæ,plantaginis ana ʒ j.malicorii,ſeminum berberorum ana ʒ ij.ß. myrobalanorum citrinorum ʒ j. cinnamomi electi ℈ j.ß. coquantur in aqua q.ſ.ad ℔ j.vnciis quatuor colaturæ adde rhabarbari electi ʒ ß. ſyr. roſati ʒ ſs. fiat *Potio.*

℞ ſyr. cydoniorum,roſarum ana ʒ j.ſs. myrtilorum ʒ j. cinnamomi, nucis muſcatæ ana ℈ ſs. dentur duo cochlea-

Digitized by Google

cochlearia ſæpe in die abſque aquis, cùm ventriculus nimia humiditate relaxetur.

℞ ſyr. de agreſta, menthæ ana ℥ j. ſem. ſucci granatorum ℥ j. ſumat ℥ j. cum tribus vnciis aquæ cinnamomi aliquoties in die.

℞ ſacchari roſati, conſeruæ roſarum antiquarum ana ℥ j. ſe. carnis cydoniorum ℥ j. corallorum rubrorum ℈ ij. ſe. corticum citri conditorum ℥ ſe. cornu cerui vſti, boli Armeni ana ℈ j. ſe. ſyr. de acida citri parte, ſyr. in quo myrobalani citrini conſeruati fuerint q. ſ. ad *Electuarij* mollis conſiſtentiam, fiat *Mixtura*, vbi materiam mediocriter vacuatam eſſe coniicere licebit, cauemur.

℞ foliorum abſinthij, menthæ ſiccæ ana m. j. roſarum rubrarum. camomillæ ana m. ij. ſe. malicorij. balauſtiorum ana ʒ ij. ſeminum myrtilorum ℥ j. ſandalorum rubrorum ʒ j. coquantur in ſufficienti quantitate vini nigri ſtiptici ad tertiæ partis conſumptionem, fiat *Fomentatio* pro ſtomacho.

℞ olei myrtilorum, cydoniorum, roſarum ana ℥ ſe. abſinthij, menthæ, ana ʒ j. ſe. ſeminum antheræ, boli Armeni, thuris ana ʒ j. miſceantur, fiat *Vnguentum*, quo ventriculus calidè inungatur manè & veſperi extrinſecus, roborat vires ſtomachi aſtrictione ſua nobili.

℞ cerati ſtomatici Meſuæ ℈ j. ſe. maſtichis, thuris ana ʒ j. coralli rubri, galangæ, ſandalorum alborum, roſarum rubrarum ana ℈ j. balauſtiorum, menthæ ſiccæ, abſinthii ana ℈ ſe. olei nardini, maſtichini, roſacei ana q. ſ. fiat *Scutum* ſtomaticum.

℞ abſinthii, menthæ, ſpicæ nardi ana ℈ ſe. roſarum rubrarum, camomillæ ana ʒ i. thuris ʒ i. ſe. boli Armeni ʒ ſe. fiat *Puluis*, qui ſtomacho inſpergetur poſtquam dicto vnguento inunctus erit.

℞ menthæ, trifolii, abſinthii ana m. i. ſe. roſarum rubrarum m. ii. cinnamomi, macis, ana ʒ ſem. trochiſc. de olibano ʒ i. panis roſti maceratique in vino generoſo adſtringente & aceti nonnihil ℈ ii. fiat *Emplaſtrum*:

Digitized by Google

aut, maſtix diſſoluatur cum albumine oui, hinc cum mica panis toſta, in vinóque generoſo & aceti nonnihil macerata, fiat ad modum emplaſtri.

APPENDIX
ad prædicta pro curatione CHOLERICAE PASSIONIS inſeruiens.

In principio huius mali dum ad infernas corporis partes materia peccans moueri aliqua ratione videtur, viréſque nimium labi, naturam iuuabimus deiectorio aliquo medicamento conuenienti, cui addemus ea quæ acrimoniam humorum remittere poſſunt, vt eſt caſſia fiſtula, manna, rhabarbarum, aliúdve ſimile conueniens medicamentum: alioqui tantum abeſt vt vomitum ſiſtere debeamus, ſed potius ſi non ita liberè vomat æger, iuuandus eſt cum magna quantitate iuſculi carnium pullorum, aut aqua hordei, aut etiam aqua tepida in qua coquentur aniſi, necnon cumini ſemina, addendo ſyr. acetoſi ſimplicis portionem. Vomitorio autem præſcripto medicamento nequaquam olea addemus, eò quòd vires inteſtinorum atque ventriculi relaxent. Ab iis interim omnino abſtinere debemus, quæ vomitum intendere poſſunt; nequaquam enim ſimul per ſuperiora & inferiora euocabimus materiam cum impetu: quare ſi vomitu immodico æger perturbetur, clyſterio auertemus materiam. Cùm autem materia mali magna ex parte vacuata erit, quod magna ex parte fit 24. horarum ſpatio, tunc iis quæ auertere poſſunt humorum motum ad ſtomachum vtemur, & quidem clyſterio materiam ad inferiora reuocabimus, quibus ea quoque addemus quæ humorum acrimoniam remittere poſſunt, ſæpiúſque repetemus. Ligaturis quoque necnon frictionibus dolorificis, aliíſque antea dictis inſtrumentis eorundem humorum impetum ad ſtomachum auertemus. Demum adſtringentibus ſiſtere humorum fluxum, ſtomachúmque & inteſtina corroborare debemus. Poſteà cum in hoc malo ſymptomata concurrant grauia, quæ etiam medicum perterrere ſolent, illis prouidendum erit. Quæ omnia nunc anteáque dictis medicamentis feliciſſimo cum ſucceſſu conſequi poterimus, modò vniuerſalia particularibus debita ratione applicen-

Digitized by Google

plicentur. Celerrime autem hoc malum iuuandum erit, cùm subitò maximam virium prostrationem syncopénque periculosam accersat.

Methodus pro cognitione

SINGVLTVS INSERVIENS.

SINGVLTVS, est motus quidam vehemens ac violentus ipsius vẽtriculi, quo ea quæ illius tunicis insident, & in ipsius corpore quiescunt, pertinaciúsque impacta hærent, expellere conatur. Non autem ea quæ in concauitate stomachi continentur hoc motu quasi conuulsiuo excludere laborat natura; vomitu equidem ista potiùs explodentur à ventriculo. Quamuis autem eiusdem sit generis cum vomitu, tamen mouetur in singultu ventriculus validiùs quàm in vomitu, eo quòd difficiliùs expellantur quæ in corpore ipsius ventriculi latent, quàm quæ in concauitate stomachi oberrant. Humores tunicis ventriculi infarcti ipsius corpus molestantes sua caliditate vel frigiditate, vel mordacitate nauseam potiùs excitant quàm singultum, quamdiu morsum non inferunt valdè molestum. Singultus autem potiùs excitatur quàm nausea, cùm validam mordacitatem humores inferunt.

PARS AFFECTA. Subinde os ventriculi, aliquando etiam totus ventriculus afficitur. Est autem symptoma pertinens ad actionem læsam facultatis expultricis, necnon retentricis. Fit autem aliquando proprio ventriculi vitio, aliàs fit per consensum iecoris, in eius nimirum inflammatione. In febribus ardentibus totius fit corporis vitio.

Digitized by Google

SIGNA. Frequenter idque per interualla repetit, vt noxium explodat humorem quemadmodum tussis, idque cum sonitu, propter angustiam exitus aëris, qui in ventriculo continetur magna ex parte.

CAVSAE. Frequenter fit à repletione & superflua humiditate; sic enim aut grauat neruos, aut quasi contrahit eos replendo: id autem patebit ex signis ipsius plenitudinis; aliàs fit ab humoribus acribus; mordacibus, maligniſque, qui quasi pungunt qualitate sua maligna. id ex victus ratione præcedente cognoscitur, túncque si vomitus concurrat, liberantur. Fit etiam ex nimia perfrictione oris ventriculi; cùm enim neruosum sit corpus, ex frigiditate ita condensatur, vt facilè conseruentur quę insinuant se in illius substantiam, sicque repletio fit, vnde singultus. Pernicioſi quoque vapores ad os ventriculi deriuati sæpe graui singultu hominem molestant, vti pestiferæ, ardentésque testantur febres. Item iecoris necnon ventriculi, alterúsve visceris inflammationes magnæ hoc malum producunt. fit quoque ex corruptione alimenti in ventre partibúsque vicinis, cùm mordacem qualitatem assciscit. Aliàs fit à pituita viscida tunicis ventriculi impacta. Subinde quoque fit ex inanitione nimia, seu siccitate, vt fit in magnis ardoribus, febribúsque diu durantibus, corporisque substantiam immodicè consumentibus: fit quoque ob immodicam vacuationem per aluum. Idem fit etiam malum ex nimia sanguinis euacuatione; quod sæpe fit in mensium fluore nimio, item in dysenteria magna, in vulnere magno, in vomitu immodico, longa inedia. Ea ergo quæ præcesserunt, nobis facilè indicabunt, num ob inanitionem singultus prouenerit, nec ne.

PROGNOSTICA. Singultui sternutatio si superuenerit, liberabitur, si à plenitude fiat. Singultus in iliaca passione proueniens, malus. Singultum animi deliquio, aut neruorum distentionibus, aut delirio superueniſſe, mortiferum est. Inflammationi hepatis, veteri, cerebri, vulnerique notabili singultus superueniens, pe-

periculo haud vacat quoque, vt plurimum enim mortem minatur. In acutis item morbis, febribúsque ardentibus ac peſtilentialibus, ſingultus ſuperueniens ferè lethalis eſſe ſolet. Singultus quoque ex inanitione nimia ſi fiat, ſemper malum eſt. Malum quoque eſt ſi à vomitu ſingultus irruat, periculum enim inflammationis ſtomachi vel cerebri minatur. Delirium quoque aut diſtentio neruorum, ſingultui ſi ſuperueniat, mortale quoque eſt.

Methodus pro curatione

SINGVLTVS INSERVIENS.

Perficitur autem ſubſequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr temperatus maximè conuenit; & ſi à frigidis fiat humoribus, id quod frequentiſſimè quidem accidit, ad caliditatem atque ſiccitatem declinet nonnihil.

Cibus. Alimenta quæ calefacere atque exiccare poſſunt, præſcribantur; eáque ratione condiri poterunt caryophyllis, zinzibere, cinnamomo, nuce muſcata, pipere, galanga.

Potus. Conuenit vinum generoſum; parua tamen eius quantitas admittatur.

PRAEPARANTIBVS.

Syr. de duabus radicibus, de ſtœchade, oxyſaccharum ſimplex.

Oxymel ſimplex, ſquilliticum; mel roſatum, melicratum cum hyſſopo fiat acetum ſquilliticum.

Digitized by Google

Decoctum radicum asari, galangæ, enulæ campanæ, marrhubij, hyssopi, calaminthæ, apij, pulegij, seminibus cumini.
Syr. de Epithymo, de thymo.
Syr. de pomis, de fumaria.
Aqua fumariæ, lupulorum, scolopendriæ.
Syr. violatus, rosatus, acetosus simplex, de succo endiuiæ.
Aqua hordei, violarum, cardui benedicti, endiuiæ, aqua calida.

Si morbus diu perseueret, præsentibus concoquenda materia, antequam vomitu alióve medicamento purgante educatur. Prioribus autem vtemur commodè si à pituitosis viscidisque fiat humoribus, sequentibus verò, si à melancholicis, posterioribus autem, dum ab acribus fit humoribus, altiùs tunicis ventriculi concluſis.

VACVANTIBVS.

Vomitus cùm aqua tepida decoctionis hordei. Sit autem magna eius quantitas, cui syrupus endiuiæ, oxymel simplex aut squilliticum permiscebitur; præstans est hoc remedium, modò ad superiora humores moueantur; alioqui clysteribus lenientibus, aut purgantibus medicamentis per os sumptis, vtemur; aliquamdiu autem postquam ebiberit, medicamentum retineat; meliùs equidem sic educetur materia, quàm si statim vomitus excitaretur.
Diaphœnicum, diacydonites solutiuum.
Hiera picra, syr. de multiplici infusione rosarum.
Pillulæ aromaticæ, stomaticæ, cocciæ, quibus in frigida materia castorei aliquid addemus.
Rhabarbarum infusum, manna, cassia.

Hisce locus erit cùm malum ab humoribus mordacibus viscosisve oritur, nullo autem modo, si ab inanitione malum fiat, admittantur; tunc enim, quamuis ferè insanabile sit malum, alimenta boni nutrimenti potiùs imperanda erunt.

AVER-

Digitized by Google

AVERTENTIBVS.

Clysteres conueniunt in omnibus ferè causis.
Ligaturæ, frictionesque extremarum partium dolorificæ fiant, digitique dexteri medij compressio ad latera vtrimque fiat.
Cucurbitulæ dorso iuxta duodecimam vertebram, scapulis, vmbilico, postea ori ventriculi cum plurima flamma apponantur, maximo enim hoc fit cum iuuamento magna ex parte dū à flatibus fit malum.
Sternutatio conuenientes excitetur: per concussionem enim tunc capitis, necnon ventris, totiúsque corporis, materia concluſa sæpe excutitur.
Timor subitaneus fiat aqua gelida in faciem iniecta, præter expectationem.
Spiritus retentio potissimùm dum à flatibus malum oritur, aut stomachi intemperie frigida.
Rubificantia si malum non cesserit, cucurbitularum etiam appositione.
Frictiones aut motiones in auribus fiant digito auriculari.
Balneo extremę corporis partes sępe perluēdę calido.

CONFORTANTIBVS, *intemperiémque relictam emendantibus.*

Diagalanga, electuarium de baccis lauri, diacuminum, dianisum, diacalaminthes.
Theriaca, mithridatum, zinziber conditum cum vino generoso oblatum, aqua vitæ in qua cinnamomum infusum sit.
Vinum generosum, in quo decocta sint semina cumini, lauri, iuniperi, dauci, anethi, rādices galangæ.
Castoreum, cuminum, anethi decoctum.
Retentio anhelitus.
Cucurbitula ori ipsius ventriculi applicetur, mirum in modum malum remittit.
Fomentatio ex decocto seminum anethi, anisi, cumini, fœniculi, ameos, baccarum lauri, galangæ, menthæ, abrotani, origani, in vino atque aqua fiat.

Digitized by Google

Diatrion pipereon, theriaca, diagalanga, aromaticum caryophyllatum, diarhodon abbatis, syr. menthæ, absinthii.

Aqua mensalis nostræ descriptionis.

Vinum absinthites, vinum generosum in quo coctum sit cinnamomum, nux muscata, mastix, galanga, asarum, zinziber, zedoaria, lignum aloës, corali rubri.

Castoreum, zinziber conditum, acorus conditus, caryophylli commanducentur.

Spiritus retentio natiuum calorem adiuuat.

Odoramentum ex semine anethi, in vino odorifero cocti.

Fomentum ex galanga, cumino, absinthio, schœnantho, mentha, origano, calamo aromatico.

Vnguentum ex oleo mastichino, amygdalorum dulcium, liliorum, violarum, maceris, castorei.

Vnguentum ex oleo in quo absinthium, cuminum, ruta, anisum decoctum sit; ventriculo, lana excepta, apponetur.

Ceratum ex castoreo & oleo veteri.

Diarhodon abbatis, diatrion sandali, saccharum violatum, rosatum.

Syr. violaceus, rosaceus, endiuiæ.

Ceratum sandalinum cum oleo rosaceo malaxetur, oleum rosaceum.

Fomentatio stomachi & dorsi partiúmque circumstantium, ex oleo violarum fiat.

Vnguentum ex oleo amygdalorum dulcium, violaceo, pro partibus iam dictis.

Primo loco posita proderunt, dum à flatibus malum ipsum (quod sit magna quidem ex parte) dependet. Secundo verò loco positis vtemur, si à frigidis humoribus, aut intemperie frigida ortũ habet; vti si à contraria fiat intemperie, aut humoribus contrariis; tertio loco posita maximè proderunt. Dum autem ab inanitione malum dependet, vltimo loco posita præscribenda erunt.

OB-

OBTVNDENTIBVS *vim ſentiendi ipſius oris ventriculi, ſi ab acribus humoribus immodicè irritetur*

Phylonium Romanum cum ſucco intubi; quo tamen non vtemur, niſi prius leuiora tentauerimus remedia fruſtrà.

Pillulæ de cynogloſſa, doſis 3 j. theriaca recens.

Syr. nymphææ, violarum, de papauere, doſis cochlearia duo cum aqua violarum.

Saccharum nymphææ, violarum, roſaceum.

Lac aſininum vel bubulum optimè mordacitatem humorum remittit.

Semina lactucæ, portulacæ, cucumeris, papaueris albi cum aqua lactucæ contuſa, coquantur.

Aqua frigida in magna quantitate detur; cautela bona id interim fiat.

Leuioribus primò vtemur, hinc ad fortiora tranſibimus.

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAMENTA *nobilia in* SINGVLTV *ſæpius cum ſumma ſalute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruel experta.*

CVRATIO SINGVLTVS, à materia frigida & flatibus.

℞ radicum aſari ʒ ſſ. galangæ ʒ iiij. florum camomillæ, meliloti ana m. ij. maluarum ij. ſſ. beræ m. j. ſſ. caryocarum pinguium numero vj. agarici albi & leuis ʒ ſſ. ſeminum anethi ʒ v. coquantur in aqua q. ſ. ad ℔ j. ſſ. colaturæ adde hieræ picræ Galeni ʒ ij. diacatholiconis ʒ j. mellis roſati ʒ ij. fiat *Clyſtere.*

℞ oxymellis ſquillitici, oxymellis ſimplicis ana ʒ j. mellis roſati colati ʒ j. ſſ. aquarum menthæ, abſinthii ana ʒ v. miſceantur, fiat *Iuleb.*

Digitized by Google

℞ radicum aſari ʒ ij. ariſtolochię rotundę, galangę, enulæ campanæ ana ʒ ij. ß. calaminthę, thymi, pulegii, hyſſopi, marrhubii ana m. ß. anethi, ſquillæ ana ʒ ß. cinnamomi ʒ ij. coquantur in vino odorifero q.ſ. ad ℔ j. colaturæ addatur oxymellis ſimplicis, ſquillitici ana ʒ j. ß. fiat *Potio*.

℞ pillularum ſtomaticarum, hierę picrę Galeni, trochiſcorum de agarico ana ℈ j. ſyrupi de hyſſopo q. ſ. fiant *Pillulæ*; viij. numero dentur in aurora.

℞ diagalangę ʒ j. ellebori nigri ℈ iiij. nucis muſcatæ, cinnamomi ana ℈ ß. fiat infuſio per duodecim horas in vini maluatici ʒ v. fiat *Hauſtus* in contumaciori malo.

℞ radicum galangæ, zedoarię ana ʒ ij. ß. ſeminum anethi ʒ ij. nucis muſcatæ ʒ j. ß. mithridati ʒ iij. miſceantur; detur ʒ j. in vino generoſo.

℞ caſtorii ʒ ß. cinnamomi, radicum enulę campanę, radicum angelicæ, galangæ ana ℈ ß. vini hypocratici ʒ iiij. fiat *Hauſtus*.

℞ cinnamomi optimi ʒ iij. zinziberis ʒ j. radicum galangę ʒ v. ſeminum aniſi, anethi ana ʒ ij. radicum enulæ campanæ, angelicę, zedoariæ ana ʒ j. quieſcant in vino odorifero craſſiuſculè contuſa, ſæpiúſque per ſaccum hypocraticum tranſcolentur, colaturæ adde ſacchari albiſſimi q.ſ. & aceti ſquillitici portionem, fiat *Potus Hypocraticus*.

℞ pillularum de cynogloſſa ℈ ij. ß. phylonii Romani ℈ j. fiant *Pillulæ* octo aut nouem; detur vna ſub noctem; plurimum enim iuuant.

℞ foliorum menthæ, abſinthii, rutę ana m. j. ſeminum cumini ʒ ß. bulliant nonnihil in olei communis quantitate ſufficienti, fiat *Fomentatio* ſtomachi cum ſpongia, aut lana liquore eo imbuta.

℞ olei de caſtoreo, olei amygdalorum dulcium, maceris, maſtichini ana ʒ j. ß. in iis coquantur nonnihil ſemina anethi, radicum galangæ ana ʒ j. ß. fiat *Vnguentum* pro ſtomacho.

℞ ariſtolochię longę, galangæ, ſeminum aniſi, baccarum

rum lauri,gentianę,rutę ana ʒ iij.caſtorii,myrrhę,caryophyllorum ana ʒ ij.roſarum rubrarum m.j maſtiches ʒ iij.fiat *Emplaſtrum* cum melle,& aqua ſampſuchi,abſque febre ſi malum affligat,admodum ſępe iuuat.

A materia autem calida ſi ſingultum originem habere certò intelligamus, tunc ℞ ſyrupi de ſucco acetoſę, oxyſacchari ſimplicis, ſyrupi roſati ana ʒ j.ſ. aquarum endiuiæ,acetoſæ,portulacę ana ʒ ij.fiat *Iuleb.* aut,

℞ ſyrupi violarum,de cichoreo cum rhabarbaro,acetoſi ſimplicis ana ʒ j.ſyrupi nymphææ,papaueris ana ʒ ß. aquarum cichorei, lactucę, portulacæ ana ʒ ij. fiat *Iuleb.*

℞ decocti cichorei, endiuiæ, bugloſſę, hordei,ſeminum cardui benedicti ʒ iiij. in iis infundantur duodecim horarum ſpatio rhabarbari ʒ ij. colaturæ addatur ſyrupi de multiplici infuſione roſarum ʒ j.ſ. fiat *Hauſtus.*

℞ hordei mundi m.iij.coquantur in aqua q.ſ.ad dimidium,vnciis ſex colaturæ adde ſyrupi acetoſi ſimplicis ʒ ij.fiat *Vomitorium* medicamentum.

℞ hierę picrę Galeni,rhabarbari optimi ana ℈ ij.ſyrupi de cichoreo cum rhabarbaro q.ſ.fiant *Pillulæ.*

℞ diarhodonis abbatis ſine moſcho ʒ ſ. ſacchari violati,nymphææ ana ʒ v.ſyrupi roſacei,violarum ana q.ſ. ad electuarii mollis conſiſtentiam.

℞ butyri recentis modicè ſaliti ʒ ij.decocti ſeminum atriplicis,hordei,amygdalorum ʒ iij. oxymellis ſimplicis ʒ ij.fiat *Hauſtus*:plurimum auxilii affert ſi à re mordente aut acri ſingultus fiat.

℞ olei roſacei, nymphęę ana ʒ v. papauerini, cydoniorum ana ʒ ſs. ceræ & aceti parum,fiat *Vnguentum.*

℞ cerati ſandalini ʒ j.ſs.roſarum rubrarum,ſeminum portulacę ana ʒ ſs.olei roſacei q.ſ.fiat *Scutum ſtomaticum.*

℞ phylonii Romani, pillularum de cynogloſſa ana ʒ j. detur pillula ſub noctem.

Digitized by Google

APPENDIX

ad prædicta pro curatione SINGVLTVS inseruiens.

Primò materiam peccantem, siue frigida, siue calida fuerit, naturæ obedientem reddemus. Demùm conuenienti medicamento purgante è corpore eandem educemus. Hinc humorum fluxum ad ventriculum, auertentibus impediemus. Posteà ventriculum tam sumptis quàm admotis, roborabimus, intemperiémque relictam emendabimus. Quæ omnia nunc anteáque dictis medicamentis felicissimo cum successu consequi poterimus, modò uniuersalia particularibus debita ratione applicentur. Ab inanitione autem, aut à siccitate si singultus fiat, propinentur iuscula carnium, syrupus rosatus, aqua hordei, lac caprinum, similiáque alimenta humectantia. Arte quoque chymica è decocto carnium perdicum, caponum, mica panis, conserua violarum, aqua buglossæ, menthæ, vinóque generoso, liquor eliciatur, cui tempore usus, sacchari aliquid permiscebitur. Conuenit quoque balneum aquæ dulcis. Ventriculus denique, nec non spina dorsi cum oleo violato inungatur. Si ab acribus humoribus, medicamentis aut alimentis excitetur, cremor ptisanæ, oleum amygdalorum dulcium, aut oleum commune plurimùm iuuabunt. Si iecoris inflammatio in causa sit, ea primò curanda erit. Si verò à venenosa aliqua materia sui ortus principium habeat, conuenit theriaca cum decocto seminis cardui benedicti, anethi, galangæ, boraginis, cinnamomi. Si à frigiditate oris ventriculi oriatur, spiritus retentio fiat; sic equidem calor ibidem colligetur, malúmque placabitur.

Metho-

Digitized by Google

Methodus pro cognitione

DOLORIS STOMACHI INSERVIENS.

VENTRICVLI DOLOR SEV CARDIALGIA, est oris ventriculi tristis quædam sensatio, à succis mordentibus proueniens. Huic malo affinitate quadam coniungitur cardiaca passio, quæ nihil aliud est, quàm ipsius oris ventriculi vitium, ab humoribus prauis, erodentibus virulentisque proueniens, qui eò aut aliunde confluxerunt, aut ibidē collecti sunt, vnde magna corporis sequitur imbecillitas atque languor, eiusdémque per sudorem resolutio, vt subinde etiã in syncopen incidant sic laborantes, contingítque partes corporis extimas quasi frigere, cùm interim è facie, toto thorace, capite atque ceruice glutinosi sudores prorumpant. A cardialgia differt in eo, quòd cardiaca passio nõ à mordacibus, vti cardialgia, sed potiùs à virulentis & venenosis humoribus excitetur; ita quidem malignis, quòd æstuosa acutáque febris in cardiaca passione semper concurrat. Isti affectus oris ventriculi diligenter animaduertendi sunt, propterea quòd os ventriculi magnam societatem habeat cum multis aliis corporis partibus. Cum corde quidē, propter eius vicinitatem; cum cerebro etiam habet maximam, propter neruos recurrentes, illi quasi implantatos. quarum virtute acutissimo sensu perfusum est os ventriculi. Cùm itaque principes corporis partes illi tanta affinitate coniungantur, propriúmque illius munus sit cibos appetere, vti cauitatis eiusdē ventriculi proprium munus est, assumptos cibos concoquere; magno studio obseruandi erunt atque placandi dolores huius partis. Ab ipso autem affectu partéque affecta, malum hoc etiam nomen mutuauit,

Digitized by Google

cùm os ventriculi cardia, id est cor, vocarint superioris ætatis medici, propterea quòd ex oris ventriculi offensa tam grauia fere sequuntur symptomata, quàm si cor læsum esset.

Pars affecta, os ventriculi primò afficitur, vnde & cor ipsum per consensum, propter vicinitatem etiam oblæditur. Id autem testatur dolor cum positu; sub pectoris enim cartilagine dolor angorque cum morsu ac rosione sentitur. Est autem tam cardialgia quàm cardiaca passio, symptoma pertinens ad actionem læsam facultatis sensitiuæ, ipsius tactus nimirum.

Signa. In cardiaca passione sequitur languor & exolutio innati calidi, totiusque corporis. Adest febris acuta maiori ex parte, æstuosaque, necnon pulsus obscurus atque densus, exremarum partium frigiditas, sudores interim viscosi circa faciem & pectus obhærent. Odor diffunditur corporis terrestris, comitatur desperatio, angor animi, & corporis iactatio. In cardialgia verò fit erosio, morsus, atque punctura in ore ventriculi, aliquando aluus bilioſa deiicit; quibusdam etiam bilis vomitus euenire consueuit; febris hîc rariùs vrget, non ita sudore immodico in cardialgia dissoluuntur, neque tanta imbecillitate toto corpore laborant, magna ventriculi grauitas sentitur & distentio, propter quam magna spirandi difficultas adest, per aluum sæpe plurimùm bilioſa excluduntur, recreanturque, si ructus, aut per aluum flatus excludantur, & dum alimentum sumptum ad ventris partes descendit.

Causa. Excitatur magna ex parte vtrumque malum ab humore acri atque mordaci, qui iuxta os ventriculi obhæret, vnde appetitus imminuitur, magisque ante cibum dolent quàm post. in cardiaca passione prædictus humor præter acrimoniam atque mordacitatem etiam virulenta venenosaque qualitate participat. A vermibus etiã tam cardialgia quàm cardiaca passio excitari potest, quod ex signis in capite de vermibus positis, intelligetur. In benesanis quoque si ieiuniũ diutius

Digitized by Google

coleretur, corpuíque validè excitetur, cardialgia excitatur. Idem malum aliquando fit à mærore, contingit enim à prædictis cauſis bilem flauam in ventriculũ confluere, vnde morſus roſionéſque excitantur. Oritur etiam ex inflammatione, alióve tumore, aut vlcere, quod propriis ſignis innotelcet. Aliquando (& quidem frequenter) quoque dolor fit propter acidos pituitoſóſque humores; vnde ventoſitates perturbantes in ventriculo efflóreſcunt, qui ventriculum haud aliter diſtendunt, quàm inteſtina in colico dolore à flatibus concluſis diſtendi ſolent. ab humoribus autem frigidis acidíſque cùm fit, appetitus ſatis conſtat, magis quoque à cibo dolent.

PROGNOSTICA. Cardialgia ſi abſque febre inuadat, minus eſt periculoſa, cardiacus verò morbus, eò quod cum acuta febri fiat, perpetuò periculum minatur, nec minus erit periculoſus morbus, à lumbricis aſcendentibus ad ipſum os ventriculi ortus. Sæpe autem hoc malum iuuenes moleſtat. In morbis quoque acutis frequenter circa eorum augmentum concurrere ſolet.

Methodus pro curatione

DOLORIS STOMACHI INSERVIENS.

Perficitur autem ſubſequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr ad frigidum declinet arte aut natura.
Cibus offeratur concoctu facilis, & qui corruptioni minimè ſit obnoxius, vti ſunt auiculæ, capones, perdices, gallinæ, pulli, iuſcula carniuum. Condiantur alimenta ſucco granatorum, aurantiorum.

Digitized by Google

Potus sit vinum aquosum tenue,aut cinnamomi decoctum,hordeive aqua.

Motus vt malum irritat,sic quies aliqualiter componit.

Somnus sit moderatus, vigiliæ enim diuturniores noxiæ.

Animi perturbationes vitentur , potissimùm tamen mœror.

PRAEPARANTIBVS.

Oxymel simplex & compositum.

Syrupus menthæ,oxymel squilliticum.

Syrupus de absinthio,mel rosatum.

Aqua saluiæ,maioranæ,betonicæ,absinthij,fœniculi.

Syrupus de cichoreo cum rhabarbaro.

Syrupus violatus,rosarum.

Syrupus de succo acetosæ,acetositatis citri.

Syrupus granatorum.

Aqua acetosæ,cichorei,plantaginis, rosarum,buglossæ.

Si dolor non sit tantus vt ordinem curæ inuertat,& materia altiùs in ventriculi tunicis sit recepta,præsentibus vtemur medicamentis;alioqui ea quæ dolorem placare possunt, omnium primò in vsum aduocabimus. Priori autem loco hîc positis vtemur,si frigida sit materia,posterioribus verò in calida.

VACVANTIBVS.

Vomitus fiat cum aqua tepida & aceto , necnon oxymelle simplici,digito irritando aut calamo palati interiora.

Clystere ex decocto camomillæ,mel loti,menthæ,maluarum,absinthij,mercurialis,addito diacatholicone, benedicta laxatiua.

Syrupus de multiplici infusione rosarum.

Manna , tamarindi, cassia,rhabarbarum,myrobalani citrini.

Diaturbith cum rhabarbaro,hiera picra simplex,composita,hiera logodij.

Pillulæ de agarico , alephanginæ,mastichinæ,diaphœnicum.

Agarici

Agarici infusum & decoctum, agaricus trochiscatus.
Venæ sectio fiet ipsius basilicæ dexteri lateris, si à sanguinis copia ortum habeat, & dolor maximus fuerit, plurimùm enim tuncsemper iuuamenti affert.

Clementioribus vacuantibus medicamentis hîc vtemur, quorum vis hepar non transcendat. Scammoniata autem, cáque quæ turbith admittunt, aliáque fortia medicamenta hîc omnino arcebimus, modò leuioribus malum superari possit.

SEDANTIBVS *dolorem.*

Decoctum camomillæ cum nuce muscata in potu detur, aut scobs eboris; dolores enim placidè hæc leniunt.
Aristolochia longa magnas habet vires in doloribus stomachi.
Fomentationes ex vino fiant, in quo decocta sint semina lini, fœnugræci, fœniculi, mentha, calamus aromaticus, spongiáque prædictis liquoribus imbuta, expressáque, stomacho applicetur, postquam irrigata fuerit prædicto liquore. Calor autem spongiæ conseruetur pannis calentibus.
Vnguentum ex oleo absinthij, mastichino, spicæ, nucis muscatæ, anethino, camomelino.
Sacculi ex floribus camomillæ, meliloti, rosis, absinthio, furfure, sale, milio, floribus roriſmarini.
Emplastrum ex farina lini, fœnugræci, radicibus althææ, oleo lini, camomelini.
Phylonium Romanum.
Athanasia Nicolai.
Zazena.
Syrupus papauerinus, nenupharinus, violaceus, rosaceus.

Postremo loco positis stupefacientibus medicamentis non vtemur, nisi periculum viribus immineat, ne ex immodico dolore prosternantur. Ab iis quoque omninò abstinebimus, in quibus vires admodum sunt debiles.

Digitized by Google

CORROBORANTIBVS *intemperiémque emendantibus.*

Aromaticum roſatum, diacuminum.
Diagalanga.
Diarhodon abbatis.
Panis offa infuſa in vino generoſo.
Vnguentum ex oleo nardino, camomelino, axungia humana, abſinthio, oleo maceris, maſtichino, caryophyllorum.
Ceratum Galeni ſtomaticum.
Emplaſtrum ex ladano, ſtyrace calamita, galanga, maſtiche, oleo de abſinthio.
Sacculus pro ſtomacho ex cinnamomo, mace, caryophyllis, ladano, mentha ſicca, coriandro præparato.
Roſata nouella, diarhodon abbatis.
Electuarium diatrion ſandalorum.
Conſerua acetoſæ, roſarum, violarum.
Conſerua noſtra magna magnoperè hîc ſæpe iuuat.
Syrupus roſatus, granatorum.
Saccharum roſatum.
Caro cydoniorum ſine ſpeciebus.
Vnguentum ex oleo roſato, cydoniorum, maſtichino.
Emplaſtrum fiat ex roſis, maſtiche, aloë, alumine, hypociſtide.
Odoramentum concinnetur cum aqua roſarum, aceto roſato, roſis atque vino.

Prioribus locus erit dum à frigidis humoribus flatibúſve malum dependet; poſterioribus verò cùm ab acribus humoribus originem habet.

THEO-

Digitized by Google

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAmenta nobilia in DOLORIS STOMACHI ſæpius cum ſumma ſalute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruele experta.

CVRATIO DOLORIS STOMACHI.

℞ ſyrupi de abſinthio, menthæ ana ʒ j.ſs. oxymellis compoſiti ʒ j.aquarum menthæ,abſinthij, maioranæ ana ʒ iiij.miſceantur, fiat *Iuleb.* detur tribus aut quatuor vicibus in aurora.

℞ diaphœniconis ʒ iij. rhabarbari electiſſimi, ſpicæ ana ℈ j.caſſiæ recenter extractæ, benedictæ laxatiuæ ana ʒ ij.ſs.cum ſaccharo albiſſimo q.ſ.fiat *Bolus.*

℞ radicis ariſtolochiæ longæ ʒ ij.ſeminum aniſi,carui ana m.ij. croci gr.vj. iuſculo carnium coquantur aliquamdiu, colaturæ ſacchari nonnihil addatur, fiat *Potio.*

℞ hieræ picræ Galeni ℈ ij. pillularum maſtichinarum,agarici trochiſcati ana ℈ j. ſyrupi de abſinthio q.ſ. fiant *Pillulæ* vij.dentur in aurora.

℞ ſeminis raphani, atriplicis ana ʒ ij. radicum aſari ʒ j.coquantur in aqua comm ni q.ſ.ad medietatis conſumptionem, colaturæ vnciis quatuor addantur oxymellis ſimplicis ʒ ij.olei lini ʒ j. fiat *Vomitorium* medicamentum;detur tepidum manè.

℞ diaphœniconis ʒ vj.phylonij Romani ʒ j. decocti camomillæ,fœniculi,aniſi ʒ iij.fiat *Hauſtus*, in dolore admodum vehementi.

℞ ſpecierum diarhodonis abbatis, aromatici roſati Gabrielis ana ʒ ij. ſem. zinziberis conditi ʒ j.cinnamomi ʒ .ſem.caſtorei,ſeminum ameos ana ℈ ij.ſem.cumini poſt infuſionem in aceto torrefacti,galangæ ana ʒ j. ſem. ſyrupi menthæ & abſinthij q. ſ. fiat *Mixtura.*

Digitized by Google

℞ mithridati ℈ j. theriacæ Andromachi ℈ ij. ariſtolochiæ longæ ℈ ſs. vini generoſi ʒ iiij. fiat *Hauſtus.*

℞ radicum ariſtolochiæ longæ, ſeminum ameos, cumini ana ʒ ſs. cinnamomi ℈ j. ſs. zinziberis conditi ʒ ij. caſtorei ʒ j. terebinthinæ q.ſ. fiat *Mixtura*, vel maſſa pillularum.

℞ vini rubelli modicè aſtringentis ℔ j. ſs. in eo aliquamdiu macerentur panis mediocriter torrefacti ʒ iij. cinnamomi, nucis muſcatæ ana ʒ j. optimè exprimantur, addatúrque ſacchari albiſſimi q.ſ. bibat aliquoties in die *Hauſtum* mediocrem.

℞ diagalangæ ʒ iij. diacumini, theriacæ veteris, mithridati optimi ana ʒ j. ſyrupi menthæ q.ſ. fiat *Electuarium* molle.

℞ olei nardini, maſtichini ana ʒ ij. olei macis, camomelini, anethini ana ʒ iij. olei rutacei, axungiæ humanæ ana ʒ iij ſs. nucis muſcatæ ʒ ſs. fiat *Vnguentum.*

℞ florum roſarum rubrarum, camomillæ, melilotiana m. j. ſs. foliorum abſinthij m. ij. ſeminum lini, fœnugræci ana ʒ j. ſs. ſeminum fœniculi, aniſi ana ʒ ſs. coquantur in ſufficienti quantitate aquæ ad tertiæ partis conſumptionem, fiat *Fomentatio* ſtomachi aliquoties in die calente liquore.

℞ radicum ariſtolochiæ longæ ʒ ſs. florum camomillæ, melilloti ana m. j. ſs. roſarum rubrarum m. ſs. ſeminum cumini, aniſi, fœniculi ana ʒ j. ſs. ſeminum fœnugræci, lini ana ʒ j. foliorum abſinthij m. j. coquantur vt prædictum eſt ad tertiæ partis conſumptionem; fiat *Fomentatio* ſtomachi.

℞ panis mediocriter toſti q.ſ. vino maluatico, ſuccóque menthæ & abſinthij ana q.ſ. macereturr, addito nucis muſcatæ ʒ ij. fiat *Cataplaſma* pro ſtomacho: ſedat dolorem, vomitum & ſingultum.

℞ emplaſtri ſtomatici Galeni ʒ j. caryophyllorum, macis, maſtichis, roſarum rubrarum, ſeminum aniſi, fœniculi ana ʒ j. galangæ, menthæ ſiccæ ana ʒ ſs. ladani ℈ ij. ſs. olei nardini, maſtichini ana q.ſ. fiat *Sen-*

tum

Digitized by Google

tum ſtomaticum.

℞ florum roſarum rubrarum, menthæ ſiccæ, abſinthij ana ʒ ij. ſ. galangæ, cinnamomi, caryophyllorum, maceris, ladani ana ʒ j. ſ. comminuantur, pannóque rubeo è ſerico inſinuentur, fiat *Sæculus* pro ſtomacho.

℞ cumini in aceto infuſi, torrefactique, cinnamomi ana ʒ ſ. ariſtolochiæ longæ ʒ j. ſ. nucis muſcatæ numero iij. macis ʒ ij. ſ. diarhodonis abbatis ʒ iij. concludantur linteolo tenui mollique, quo ſcutella cineribus modicè calentibus impleta, cooperietur, ſicque ſtomacho totum accommodabitur.

APPENDIX
ad prædicta pro curatione DOLORIS STOMACHI, ab humoribus frigidis, acidis, flatibúſque prouenientis.

Omnium primò naturæ obedientes reddemus humores peccantes. Demum electo medicamento conuenienti è corpore excludantur. Interea autem temporis ea quoque oſſeremus quæ dolorem ſedare poſſunt, in quem finem theriacam propinare licebit recentem, ſi dolor admodum vrgeat, aut electuarij diaphœniconis dragmis ſex permiſcebimus Phylonij Romani ʒ j. Hinc ventriculum, circumſtantéſque partes roborabimus, intemperiémque relictam emendabimus. Quæ omnia nunc anteáque dictis medicamentis feliciſſimo cum ſucceſſu conſequi poterimus, modò vniuerſalia particularibus debita ratione adhibeantur. Oleo quoque roſato, myrtinóve corpus, ſi ſudoribus exoluatur, inungemus. Si à vermibus hoc malum incrementum ſumat, primò interimantur, hinc è corpore excludantur; vti ſuo loco indicatur.

Digitized by Google

Methodus pro Cognitione

IMBECILLITATIS VENTRICVLI

INSERVIENS.

VENTRICVLI CRVDITAS VEL IMBECILLITAS, est disposítio alteratricis facultatis eius in qua cibus aut omninò non, aut saltem vitiosè alteratur atque concoquitur. Si prius accidat, tunc priuatio alterationis alimentorum accidit. Si verò posterius, solummodo deprauatio alterationis fit. Contingit autem ventriculum bene se habentem, alimentum cibúmque sibi assimilare, & in conuenientem animali qualitatem alterare, propter certam quandam elementorum temperiem, quæ proprietatem eiusdem corporis efficit. Si verò ab aliqua causa non naturali oppugnetur, mox etiam deprauata sequitur alteratricis facultatis actio, quam ventriculi cruditas, de qua nunc agimus, excipit.

PARS AFFECTA. Ventriculum eiusdémque facultatem hîc oblædi contingit magna ex parte: omnium equidem judicio, alteratio alimentorum à ventriculo fit. Subinde etiam ab externa aliqua causa contingit alteratricem ventriculi facultatem errare, ventriculique cruditatem subsequi, etiamsi ventriculi facultas non lædatur, vti ex sequentibus patebit.

SIGNA. Tarda difficiliſque fit concoctio, subinde etiam concoctricis facultatis fit priuatio; túncque alimentorum qualitas etiam diu post sentitur; acidi quoque ructus sæpè fiunt, halituoso denique ventriculus spiritu grauatur.

CAVSA.

CAVSA. Contingit ſæpe ventriculi debilitatem relinqui in conualeſcentibus, morbo acuto aut longo ſuperato, aliquando quidem tantam, vt neque aſſumat alimentum, aut aſſumptum non elaboret, eſtque indicium reliquias morbi relictas in cauſa eſſe, quod ſuctionis ſenſum non percipiat; aliàs autem quoque accidit, quòd ſuctionis ſenſum percipiat quidem, quæ à membris extenuatis ipſius corporis ſit, eaque ratione alimentum expetit, elaborare tamen aſſumptum non poteſt ob debilitatem relictam. Frequenter quoque in ſanis ventriculi debilitas accidit, ob ventriculi intemperiem calidam, frigidam, humidam aut ſiccam, quæ aliàs ſola eſt, diu interim ſubſiſtere non poteſt abſque humorum peccantium concurſu; digeſtiua enim ventriculi virtute labefactata, neceſſariò humores crudi colliguntur calidi vel frigidi, aliáve qualitate extranea moleſtantes, tuncque plerumque concurrit nauſea, ſtomachi grauitas, ructus, aliquando etiam vomitus, & quidem frequenter à vitiato intus humore pituitoſo ſit: tunc ſapor qui linguæ communicatur, dulcis aut aquoſus eſt, multumque ſaliuæ ſine tuſſi ſcreatúve redditur, acidus ſit ructus, impeditur concoctio, inflatur diſtenditurque ventriculus aliquot horis à cibo, magnæ torſiones, graueſque dolores in ventriculo excitantur, vnde ſæpe hydropes, colicæ, iliacæúe paſſiones originem habent. Nonnumquam fit à flaua bile: tunc ventriculi eroſio ſentitur, potiſſimùm per inediam, vomitu iniicitur amarus humor, vnde os quoque amarore inficitur, vnde etiam ſubinde in cardialgiam tranſitio fit. Si autem à melancholico ſucco intus luxuriante fiat, acidus gignitur in ore ſapor, triſtitia afficitur, fitque mericuloſus, inſomniis quoque agitatur turbulentis, palpitatio in ſiniſtro hypochondrio ſentitur, appetitus etiam pro tempore increſcit, ſicque in melancholiã hypochondriacam vel epilepſiam tranſitio ſit, ſurarum muſculi contrahuntur. Subinde verò ventriculi cruditas accidit, cùm læſa nequaquam facultas eſt, ſed fruſtratur vel

impeditur ab externo aliquo errore, vt sunt immodicæ vigiliæ, exercitationésque mox à cibo factæ, alimentorum maior copia assumpta quàm vt à calore naturali confici possit; aut eorundem praua aliqua qualitas. Ab humoribus etiam fit vitiosis, aliunde ad ventriculum transmissis, vt in hæmorrhoidum mensiúmque suppressione. Sic sæpe in morbis articularibus contingit materiam sæpe ad stomachum transmitti, quæ ad alias partes derivari solebat.

PROGNOSTICA. Deterior est ea cruditas quam vitiosi succi cibaria efficiunt. Aequè mala quoque est in amara bile redundantibus cruditas; citissimè enim febrem accendit. Maximè autem vitanda est cruditas assidua; morbi equidem ex ea gignuntur graues, longi, variíque; imò mater ferè est omnium ægritudinum materialium, hydropis nimirum, colicę iliacęque passionis, lienteriæ denique, aliíque quàm plures morbi ex ea efflorescunt. Mala complexio stomachi postquam est antiqua & confirmata, non recipit curationem. Qui multum spuunt, aquámve quasi acidam reiectant frequenter, à frigiditate stomachi id fieri solet.

Methodus pro curatione

IMBECILLITATIS VENTRICVLI INSERVIENS.

Perficitur autem subsequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr versus calidum declinet. Plurimùm autem hîc proderit vestimentis bene muniri aduersus injurias externas.

Cibus

Cibus qui facilè concoqui possit offeratur in parua quantitate; vnicè enim hîc cauendum ne plus quàm vires tolerant, alimenti sumatur, & ne antequam hesternus cibus concoctus sit (horam consuetam præuertendo) alimentum sumat. Vitentur omnia ea quę difficulter concoquuntur, vt sunt carnes ceruinæ bubulæ, bouinæ duriusculæ, multumque salsæ, pinguia omnia, pisces arefacti duramque habentes carnem. Ea quoque vitabuntur quæ corruptionem citò admittũt, & quæ flatuosa sunt, multumque calida aut frigida, grauiterque olentia, oua sorbilia cum mastiche condiantur, aut cinnamomo.

Potus: Vinum bonum conuenit. Intempestiuus autem vini vsus maximè fugiendus, cùm vnionem alimentorum impediat.

Exercitium conturbans à cibo sumpto noxium admodum est, eaque ratione quies imperetur.

Somnus sit nocte non turbatus, pauloque sublimius caput, connexæque corporis partes componantur tempore somni.

Animi accidentia vitentur, gaudiumque admittat moderatum.

PRÆPARANTIBVS.

Syrupus de absinthio, hyssopo, calamintha, syrupus menthæ.

Oxymel compositum, squilliticum.

Aqua menthæ, absinthij, fœniculi, betonicæ.

Syr. de succo acetosæ, rosarum, cydoniorum, de succo ribes.

Aqua acetosæ, plantaginis, rosarum.

Primo loco positis, dum ab intemperie aut materia fit frigida ventriculi debilitas, sequentibus verò vtemur, si ab intemperie aut materia calida dicti visceris imbecillitas fiat. Tepentia autem nequaquam dabimus bibenda, cùm inde virtus stomachi relaxetur, sed potiùs frigida aut actu calentia offeremus.

VACVANTIBVS.

Venæ sectio iecorariæ fiet, si dolor concurrat multum

Digitized by Google

moleſtus, aut repentinus.

Diatürbith cum rhabarbaro, hiera picra, hiera de agarico.

Pillulæ alephanginæ, ſtomaticæ.

Syr. de multiplici infuſione roſarum.

Rhabarbarum infuſum, caſſia fiſtula, myrobalani kebuli, emblici, bellirici, aloë lotum.

Vomitus cũ dilutiſsima mulſa, vel aqua tepida, in qua raphanus incoctus fuerit, & cui oleũ cõmune *additũ* ſit, mox prouocãdus erit; diuerſis autẽ alimẽtis vnica vice vtetur. Per quatuor autẽ aut quinque dies, inſtituetur ſemel in die, poterimuſque addere oxymel ſquilliticum; ſic equidem ſperandum quòd humores phlegmatici aliiq; maligni eis miſti, expellentur; ſolet enim hoc frequenter euenire.

Leniſtimis hîc vti conuenit medicamentis, dum materia aliqua peccans adeſt, alioqui enim oberunt, eò quòd fortioribus medicamentis vires ventriculi debiles magis debilitarentur. adde quòd materia in propinquo eſt, & parum ſemota.

AVERTENTIBVS.

Clyſteres leues, & aliquando quoque acres, prout res exigit.

Ligaturæ pedum fortes ſupra genua.

Ventoſæ natibus, coxis, vel aliquando etiam vmbilico appoſitæ.

Lotiones pedum & brachiorum cum aqua calente.

Hæmorrhoidalium venarum apertio.

Sudores prouocantia.

Vrinæ prouocatio.

SISTENTIBVS.

Syrupus Cydoniorum.

Granatorum.

Trochiſci de olibano.

Trochiſci de terra ſigillata.

CORROBORANTIBVS *ſtomachum, intemperiémque emendantibus.*

Theriaca, mithridatum. Dia-

Digitized by Google

Diarhodon abbatis, aromaticum roſatum, diatrion pipereon, diaſpoliticum, diagalanga.
Pliriſarcoticum, diaxyloaloës, diacinnamomum, diacydonium, diacalaminthes.
Syr. menthæ, vinum hypocraticum, abſinthites, aqua vitæ, ſyr. de abſinthio.
Cortices citri condite; zinziber conditum, galanga condita, conſerua florum anthos.
Piper longum, cinnamomum, macis, caryophylli, calamus aromaticus, cyperi radix.
Decoctum ligni guaiaci.
Abſinthium, mentha, nux muſcata, maſtix, vuæ paſſæ.
Pueri carnoſi ventriculo admouebuntur. aut,
Pellis leporis, aut catuli, cuniculíve, palma manus calida ventriculo admoueatur.
Decubitus primùm in latus dexterum, hinc ſiniſtrum, iterumque in dexterum.
Fotus ventriculi cum ſpongia immerſa in vino generoſo, cui ſint incocta nonnulla ex ſtomaticis iam dictis.
Vnguentum dialthææ, aut ex oleo abſinthii, menthæ, macis, maſtichis, in his aromata coquantur.
Sacculus ex molliſſima pluma anſeris.
Scutum ſtomaticum ex bombace bene carpto, in vino generoſo immerſo, exiccatóque; cui tandem cinnamomi, abſinthii, nucis muſcatę, aliorúmque prædictorum aromatum portio aliqua permiſcebitur, & infarcietur.
Ceratum ſtomaticum Galeni, ex galanga, nuce muſcata, abſinthio, caryophyllis, mentha.
Syr. de ſucco cydoniorum, de ſucco ribes, de ſucco acetoſæ, de roſis ſiccis, acetoſus ſimplex, vinum granatorum.
Conſerua roſarum, violarum, miua cydoniorum, caro cydoniorum.
Diamargaritum frigidum, diatragacanthum, diatrium ſandalorum.

Digitized by Google

Ambra citrina, cornu cerui, ebur vstum, corallum.
Aqua acetosæ, rosarum, plantaginis.
Vnguentum ex oleo rosarum, myrtilorum, cydoniorum.
Vnguentum rosarum, violarum.
Ceratum sandalinum, ex balaustiis, corallo, sandalis, rosis, spodio, malicorio.

Priora conueniunt, dum frigidam intemperiem relictam esse suspicamur; posteriora verò, dum calida perstiterit. Cauendum interim à multum frigidis erit; ventriculus equidem cùm natura sua multùm frigidus sit, facilè læderetur ab immodicè refrigerantibus.

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAMENTA nobilia in DEBILITATE VENTRICVLI sæpius cum summa salute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruel experta.

CVRATIO DEBILITATIS VENTRICVLI.

℞ syrupi menthę, cydoniorum, absinthii ana ʒ j. oxymeilis squillitici, mellis rosati colati ana ʒ ß. aquarum absinthii, fœniculi, menthę ana ʒ iiij. fiat *Iuleb.* dentur in aurora quatuor vicibus vnciæ quatuor.

℞ decoctionis hordei & raphani ʒ vj. oxymellis squillitici ʒ j. ß. olei amygdalorum dulcium ʒ j. misceantur simul, fiat *Vomitorium* medicamentum, quo sæpius vtetur, sumet autem tepidum.

℞ diaturbith cum rhabarbaro ʒ iij. cassiæ recenter extractæ ʒ v. sacchari albissimi q.s. fiat *Bolus.*

℞ radicum petroselini, buglossæ ana ʒ j. ß. galangæ ʒ ij ß. foliorum melissę, menthę ana m. j. ß. seminum anisi ʒ ß. glycyrrhizę rasę ʒ iij. vuarum passarum enucleatarum ʒ j. cinnamomi ʒ j. agarici albi ʒ iij. coquantur

in

Digitized by Google

in aqua q.ſ.ad ℔ j.ß.colaturæ adde diacatholiconis ʒ j. ß. ſyrupi de corticibus citri ʒ ij. fiat *Potus*.

℞ pillularum maſtichinarum,aloës, ana ϑ j.ß. cum ſyrupo menthæ q. ſ. fiant *Pillulæ* octo numero.

℞ hieræ picrę Galeni, pillularum ſtomaticarum,de agarico ana ϑ j. rhabarbari electiſſimi ϑ ß. ſyrupi abſinthii, menthæ ana q.ſ. fiant *Pillulæ* octo.

℞ ſpecierum aromatici roſati Gabrielis ʒ ß. diagalangę, zinziberis conditi ana ϑ ij. maſtiches, cinnamomi ana ϑ j. ß. caryophyllorum, nucis muſcatæ ana ϑ j. ſacchari albiſſimi diſſoluti in aqua abſinthii & menthæ ana q.ſ. fiat *Electuarium* in tabulis,ſumat vnam hora vna ante cibum : hinc bibat hauſtum vini optimi ſtipticíque.

℞ diamargariti calidi ʒ ij.aromatici roſati Gabrielis, mithridati ana ʒ j. diacydonites cum ſpeciebus ʒ j. ſyrupi menthæ q.ſ. fiat *Electuarium* molle.

℞ maſtiches ʒ ij. ſpicę nardi ϑ ß. aloës ϑ iiij. rhabarbari ʒ j. ß. agarici trochiſcati ϑ j. ß. ſyrupi de eupatorio & mentha ana q.ſ. fiant *Pillulæ*, maximè quidem conueniunt ſtomacho.

℞ maſtiches, olibani ana ʒ iij. cum ſyrupo menthæ figuretur maſſa *Pillularum*; detur ʒ j. liquefacta in vino,propinetúrque in aurora ; calefacit atque exiccat ſtomachum, & catarrhum à cerebro deſcendentem reſtringit , ſi manè & ſub noctem iis vtatur pluribus diebus.

℞ radicum ireos ʒ iij. roſarum rubrarum ϑ iiij. menthę ſiccę ϑ j. maſtiches ʒ ij. ß. florum nucis muſcatæ, cinnamomi ana ʒ ß. ſyrupi granatorum q.ſ. fiat *Mixturæ* in humiditate ſtomachi.

℔ ſp. aromatici roſati ʒ ij. diagalangæ ʒ j. zinziberis conditi ʒ j. ſs. zedoariæ,nucis muſcatæ ana ϑ ij. ſyrupi de corticibus citri q. ſ. ad conſiſtentiam mollis *Electuarij*.

℞ radicum galangæ ʒ ij. ſs. florum camomillæ,meliloti ana m.j.foliorum abſinthii,menthæ,ana m.j. cin-

Digitized by Google

namomi optimi, macis, nucis muſcatæ ana 3 j. contuſa nonnihil bulliant in vino odorifero atque generoſo ad tertiæ partis conſumptionem; fiat *Fomentatio* pro ſtomacho.

℞ olei nardini, maſtichini ana ʒ j. olei roſacei 3 iij. olei cydoniorum 3 j. ſ. cerę & aceti parum, fiat *Vnguentum* molle.

℞ florum camomillę, roſarum rubrarum ana m. ſs. foliorum abſinthii, menthæ ana m. j. cinnamomi, caryophyllorum, macis ana 3 j. galangæ, ligni aloës, calami aromatici ana 3 j. ſs. maſtiches 3 ij. olei menthæ q.ſ. fiat *Cerotum*.

℞ menthę ſiccæ, maioranæ, abſinthii ana m. j. maſtiches, thuris ana 3 j. maceris, zinziberis, nucis muſcatæ, cinnamomi, caryophyllorum ana ℈ iiij. calami odorati, galangæ, ligni aloës ana ℈ ij. galliæ muſcatæ, ladani ana 3 ſs. terebinthinæ & ceræ q.ſ. fiat *Emplaſtrum* mollis conſiſtentiæ; hinc quoque ſcutum fieri poterit pro ventriculo.

℞ cerati ſtomatici Galeni ʒ j. ſs. radicum cyperi ℈ j. croci ℈ ſs. cinnamomi ℈ ij. maſtiches ʒ ſs. olei abſinthii q.ſ. fiat *Emplaſtrum*.

℞ roſarum rubrarum m. ſs. abſinthii, menthę, ana m. j. ſs. coquantur in vino generoſo q.ſ. ad mollitudinem, piſtatis adde panis toſti q.ſ. fiat *Cataplaſma*. A materia calida dum fit:

℞ ſyrupi violarum, de cichorco cum rhabarbaro ana ʒ ij. aquarum endiuiæ, boraginis, violarum ana ʒ iiij. fiat *Iuleb*.

℞ ſyrupi violarum ʒ ij. roſacei, granatorum ana ʒ j. aquarum violarum, bugloſſæ ana ʒ v. fiat *Iuleb*.

℞ rhabarbari electi 3 j. myrobalanorum citrinorum ℈ ij. caſſiæ recenter extractæ ʒ ſs. ſpicæ gr. iij. fiat *Bolus*.

℞ hordei mundati m. iij. glycyrrhizæ raſæ 3 vj. ſeminum cucurbitę, cucumeris ana 3 iij. acetoſę 3 ij. glycyrrhizæ

rhizæ ʒ iiij. vuarum paſſarum m.ij. coquantur ad tertię partis conſumptionem, fiat *Potio.*

℞ ſyrupi violarum, roſacei ana ℥ ſs. roſatæ nouellæ ʒ ij. ſs. conſeruæ boraginis, roſarum, violarum ana ℥ ſs. ſacchari roſacei ℥ j. ſs. ſyrupi granatorum ℥ j. miſceantur: fiat *Mixtura.*

℞ diatragacanthi frigidi, diamargariti frigidi ana ʒ j. ſs. ſacchari albiſſimi diſſoluti in aqua violarum q.ſ. fiat *Electuarium* in tabulis.

℞ roſarum rubrarum m.ij. foliorum abſinthii m.ſs. ſeminum coriandrorum præparatorum, ſandalorum citrinorum, corallorum rubrorum ana ʒ j ſs coquantur in aqua q.ſ. ad tertię partis conſumptionem, fiat *Fomentatio* ventriculi.

℞ olei roſacei ʒ v. cydoniorum, myrtilorum ana ʒ vj. roſarum rubrarum, corallorum rubrorum ana ʒ ſs. ſandalorum citrinorum ʒ j. ceræ & aceti parum; fiat *Vnguentum.*

℞ cerati refrigerantis Galeni, ſandalini ana ℥ j. olei roſarum, cydoniorum ana q.ſ. fiat *Cerotum.*

APPENDIX

ad prædicta pro curatione DEBILITATIS VENTRICVLI inſeruiens.

Omnium primò hîc tentandum an medicamento vomitum leuiter excitante, materiam in ventriculo morantem educere poſſimus. Quòd ſi voti compotes minimè ſic fiamus, naturæ obedientes reddemus humores peccantes. Dentur autem actu frigida potiùs aut calida quàm tepida. Demum vbi dictorum vſu humores concoctos obſeruabimus, purgante medicamento è corpore educemus. Hinc quæ ventriculum roborare poſſunt offerenda erunt. Quæ omnia nunc ait: eáque dictis medicamentis feliciſsimo cum ſucceſſu conſequi poterimus, modò vniuerſalia particularibus debita ratione adhibeantur. Semper autem aliqua

Digitized by Google

addemus prædictis quæ hepar roborare possunt, quamuis læsum non sit, cùm maximè iuuet stomachum in operationibus suis naturalibus; est equidem principium & sedes facultatis naturalis. Plurimum autem momenti habet tam in præseruatione quàm in curatione huius mali, vt alimentum non offeratur antequàm assumptum digestum sit. Multúmque proderit à mensa surgere cum reliquiis famis. Si per consensum alicuius partis, aut à toto corpore materia superflua ad stomachum deriuetur, id primò purgabimus, posteà stomachum Deinde adstringentibus medicamentis locus erit quibus humores fluentes sistemus; in quare plurimùm prodest syrupus papauerinus. Demum roboretur stomachus modo prædicto. Ab intemperie sicca si accidat stomachi debilitas, iis quæ humectare possunt curabitur, lacte nimirum, carnium iusculis, balneis humectantibus, similibúsque. Cauendum autem ne nimium humectemus, cùm inde virtus dissoluatur stomachi. Si causæ diuersæ complicentur, pro causarum diuersitate curandi rationem instituemus. Si debilitas fiat ob imbecillitatem à morbo relictam, vti sæpe post longas accidit ægritudines, cautè prouidendum, vt tantum solummodò alimenti offeratur, quantum stomachus conficere potest; alioquin enim periculum est ne in recidiuam incidat.

Meho-

Digitized by Google

Methodus pro cognitione

OPPILATIONIS HEPATIS INSERVIENS.

OPPILATIO HEPATIS, est constrictio seu coarctatio venarum, seu fotaminum pororúmue qui in hepate sunt. Malum autem hoc inter omnia alia admodum huic visceri familiare est, nec mirum; iecur equidem vera est sanguinis officina, è qua omnes reliquæ corporis partes alimentum depromunt. Vnà autem cum puriore sanguine, crassi quoque humores atque lenti in iecore, è chymo præsertim minùs puro generantur. Cùm autem rami venæ cauæ, ramis venæ portæ ita obscurè coniungantur, vt visum omnino effugiat eorum copula continuatióque: cùm denique alimentum omnium corporis partium traduci transportarique debeat per extremitates venæ portæ, necnon venæ cauæ, quæ, vti diximus, admodum sunt paruæ vbi in iecoris substantiam terminantur, non est, inquam, mirum si propter magnam venarum meatuúmque angustiam obstructiones frequentiùs hîc fiant quàm in aliis visceribus. est autem hoc malum variorum morborum quasi seminarium. Nequaquam autem hîc agimus de obstructione iecoris quæ fit ab eiusdem visceris inflammatione, aut ab erysipelate, alióve aliquo tumore non naturali, sed de ea læsione quæ sequitur obstructionem extremitatum venarum ex infarctu alicuius substantiæ, flatuosi condensatique nimirum spiritus, aut alicuius humoris.

PARS AFFECTA. In extremis partibus vasorum venæ portæ atque cauæ malum istud fieri solet, vbi in tenuissimas extremitates in iecoris substantia finiun-

Digitized by Google

tur, oſculiſque admodũ exiguis ſibi mutuò quaſi committuntur, per quæ tamen diſtributio alimenti per totum corpus fieri debet ; id quod ex doloris qualitate, eiuſdémque poſitu intelligitur: in loco equidem iecoris, dolorem grauantem atque obtuſum ſentiunt ægri. Nequaquam autem in viſceris ipſius ſubſtantia fit hæc obſtructio, cùm ibidem viæ nullæ ſint vſque eò ſenſibiles, vt obſtrui poſſint, quamuis ſpatia tamen concedamus ratione potiùs contemplabilia, quæ obſtructa tamen non dicentur.

SIGNA. Dextero hypochondrio grauitas atque diſtenſio cum obtuſo dolore ſi inſideat tum potiſſimùm perceptibilis, cùm mox à cibo quis exercitatur, certiſſimum erit obſtructionis ſignum. Nulla febris, nullúſque tumor accedit, niſi id diuturnitate incrudeſcat: omnis equidem obſtructio inueterata putrefactionem operatur, eáque ratione febrẽ tempore parit. Spiritus impeditè trahitur, potiſſimùm ſi iter faciat per loca nonnihil montoſa. Color faciei mutatur in magis fœdum, citrinum nimirum vel pallidum, eò quòd partes diſtantes priuentur alimento conuenienti. Vrina nonnihil fit tenuis aquoſáque. Si in caua iecoris parte fiat obſtructio, vt plurimùm poſt prandium ſentitur dolor atque grauitas in hepatis loco maior, cò quòd humores atque vapores alimentis cò delati, non poſſunt ita liberè ſubire iecoris ſubſtantiam per ductus conuenientes, propter eorundem anguſtiam aliuus nunc liquida, nunc adſtricta eſt in hoc malo.

CAVSA. Meatuum venarúmque iecoris anguſtia, ſæpe huius mali cauſa eſt, id quod nonnullis obtigit ab ipſa generatione, túncque diuturnum eſt malum, & à principio generationis nonnulla adfuere ſigna huius mali, ex omnique leui occaſione obſtructionem in hepate fieri, obſeruare licuit. Frequens autem eſſe ſolet iis qui frigidam intemperiem corporis habent, omnium tamen frequentiſſimè ex multis craſſis lentiſque humoribus obſtructio iecoris fit, qui ſe inſinuant in extremitates

mitates ramorũ venæ portæ, vbi in iecoris ſubſtantiam diſpergitur, tunc circa dexteram præcordiorum partem grauitatis ſenſus percipitur aliquãdo cum dolore obtuſo, aliàs etiam nonnihil intenſo. Idem etiam à multis craſſis viſcoſiſque alimentis fieri ſolet, dum vſu balneorum, aut exercitio validiore mox à cibo, in iecur rapiuntur. Idem malum fit ab humoribus craſſis à cerebro in ventriculum delapſis, aut circa inteſtinorum loca coaceruatis, ſimili ratione ad iecur tranſmiſſis. Aperientium quoque vſus medicamentorum ventriculo exiſtente pleno crudis humoribus, eandem obſtructionem aliquando facere ſolet. Aliquando quoque ex denſis halituoſiſque vaporibus, cùm exitum non habent, propter corpulentiam quam induerunt, malum etiam iſtud excitatur, ſentiúntque laborantes non ſolùm grauitatis, ſed etiam diſtenſionis tunc ſenſum.

PROGNOSTICA. Totius corporis extenuationem fieri ex eius diuturnitate neceſſum eſt, propter alimenti pænuriam. Ex iecoris obſtructione longiuſcula multi grauéſque in corpore naſcuntur morbi; hinc enim durus ſine dolore tumor, inflammatio, febris, humorum putrefactio, fluxio alui, iliaca paſſio, colicúſque dolor, icteritia, hydrops. Frigidi humores dum diu in iecoris vaſculo continentur, demum quoque iecoris propriam ſubſtantiam in frigidam mutant, vnde tunc hydrops facilè ſe inſinuat. A natiuitate ob viarum paruitatem, ſi facta ſit obſtructio, curam non admittit, bono tamen regimine à multis ægritudinibus præſeruari poteſt, quæ ad huius præſentiam ſubſequi ſolent.

Digitized by Google

Methodus pro curatione

OBSTRVCTIONIS IECORIS INSERVIENS.

Perficitur autem subsequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr calidus atque clarus.

Cibus. Ea quæ calefacere obstructionémque tollere possunt, admittantur; quæ autem succum crassum generare solent, vitentur. In iusculis coquantur radices petroselini, fœniculi, apij, asparagi, eorundémque semina, folia cichorei, pulegij, hyssopi, intubi, porrum. Copiam vitet ferculorum; neque admittat alimenta priusquam digesta sint quæ prius sumpta ferunt; túncque ita moderatè victitet, vt famis reliquiæ maneant dum à mensa surgit.

Potus sit ptisana, vinúm tenue atque vetus. Vina verò dulcia, astringentia, necnon crassa, vitentur. non bibat priusquam pro ratione alimentum assumpserit.

Exercitia sumpto cibo vitentur, & maximè equidem balnea. Interposito autem spatio exercitium admittatur moderatum, quies equidem noxia.

Somnus diurnus vitetur atque diuturnus; sitque nocturnus quasi septem horarum.

Excrementa alui respondeant.

Animi accidentia vitentur, ira nimirum, tristitia, sollicitudo.

Ea verò quæ lætitiam mouere possunt, admittantur.

PRAEPARANTIBVS.

Syr. Byzantinus, de eupatorio, absinthio, capillorum Veneris.

Oxymel

Oxymel ſimplex, compoſitum, ſquilliticum, oxyſaccharum.
Mel roſatum.
Aqua fœniculi, aſparagi, cuſcutæ, abſinthij, eupatorij, apij.
Decoctum radicum ireos, rubiæ maioris, aſari, petroſelini, ſquillæ, ſcolopendriæ, calaminthæ, eupatorij, praſij, hyſſopi, cichorei, ſeminum aniſi, fœniculi, capillorum Veneris, hepaticæ, abſinthij, cuſcutæ, cicerum, vuarum, cinnammomi, melle, acetóque addito.
Syr. acetoſus compoſitus de cichoreo cum rhabarbaro.
Oxymel ſquilliticum, ſyr. de quinque radicibus.
Syr. endiuiæ eiuſdémque decoctum, calorem præternaturalem remittit, qui obſtructioni iecoris cõiungitur.
Aqua intubi, cichore, lupuli, endiuiæ, cuſcutæ.
Decoctum cicerum rubrorum, lupinorum, fructuum alkekengi, cuſcutæ, endiuiæ, ſquinanthi, chamæpityos, radicum graminis, fœniculi.

Prioribus, aperientibus, incidentibus detergentibúſque medicamentis vtemur; ſi obſtructio iecoris fiat à materia frigida, craſſa atque viſcoſa, cum qua nec febris, nec ſitis, nec ardor adeſt. Secundo verò loco poſitis vtemur, ſi caliditas, ſitis, ſuſpicióque febris cum ipſa obſtructione concurrat. In omnibus autem obſeruandum ne à principio incipiamus cum medicamentis fortiter aperientibus; ne materias ruere faciamus ad hepar.

VACVANTIBVS.

Venæ iecorariæ dextræ ſectio fiet, ſi in vetuſtatem malum necdum abierit; aut ſi materia craſſa ſanguini copiosè permiſceantur; hanc enim loco moueri cogit ſanguinis miſſio. In hæmorrhoidibus tamen, menſibúſque ſuppreſſis, cruris venam ſecabimus.
Electuarium Indum, diaphœnicum.
Agaricus trochiſcatus, hiera picra.

Digitized by Google

Pillulæ alephanginæ, aggregatiuæ, de eupatorio.
Pillulæ de rhabarbaro, de agarico.
Rhabarbarum, caſſia, manna.
Decoctum radicum petroſelini, aſparagi, fœniculi, ruſci, apij, foliorum abſinthij, praſij, hyſſopi, chamæpityos, chamædryos, ſeminum aniſi, epithymi, ſenę, agarici, rhabarbari, turbith, oxymelite addito.

CORROBORANTIBVS *hepar, obſtructionémque tollentibus.*

Trochiſci de rhabarbaro, de eupatorio, de abſinthio.
Diarhodon abbatis.
Diagalanga.
Aromaticum roſatum.
Syr. de eupatorio.
Diacurcuma, dialacra.
Dianiſum, diambra.
Piſtaciæ, vuæ paſſæ, endiuiæ tres ſpecies.
Hepar lupi.
Rhabarbarum.
Succus granati acidi permiſtus cum oxymelite.
Abſinthium, eupatorium, cuſcuta, cichoreum, ſpica nardi, fumaria, dracunculus, radices aſparagi, aſari.
Radices aeori, ruſci, ſemina aniſi, lupini, amygdalæ amaræ.
Epithema ex vino mediocriter adſtringente, in quo coquantur radices cyperi, aſari, folia eupatorij, abſinthij, capillorum Veneris, flores ſpicæ, caſſia lignea, cinnamomum.
Vnguentum ex oleo ſpicę, abſinthij, cinnamomo, caſſia lignea, aceto & cera.
Emplaſtrum de meliloto.
Diachylum ireatum commune.

Quæ multum ſunt viſcoſa, aut ſtiptica, hîc vitanda omninò ſunt; ea enim potiùs obſtructionem augebunt.

CORRIGENTIBVS *ſymptomata.*

Hydrops,

Digitized by Google

Colica.
Iliaca.
Fluxus ventris.

Hæc accidentia, aliíque multi morbi qui ex obſtructione iecoris naſcuntur, vti ſuis locis indicatur, curati debent.

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAMENTA nobilia in OBSTRVCTIONE HEPATIS ſæpius cùm ſumma ſalute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruel experta.

CVRATIO OBSTRVCTIONIS HEPATIS.

℞ radicum aſari, angelicę ana ʒ vj eupatorij, lupulorum, abſinthii, cuſcutę ana m. j. ſeminum aniſi ℥ j. fructuum alkekengi ℥ ſs. cicerum rubrorum ʒ iij. agarici albi & leuis ʒ ij. ſs. coquantur in aqua q.ſ. ad libram vnam & mediam: colaturæ adde diaturbith cum rhabarbaro ʒ vij. olei abſinthii ℥ iij. fiat *Clyſtere*.

℞ pulpę caſſię recenter extractę ℥ j. rhabarbari electi, agarici trochiſcati ana ℈ j. ſs. trochiſ. de eupatorio ℈ j. ſacchari albiſſimi q.ſ. fiat *Bolus*.

℞ ſyrupi de cichoreo cum rhabarbaro, ſyrupi Byzantini, acetoſi compoſiti, de eupatorio ana ℥ j. aquarum cuſcutæ, vini albi odoriferi ana ℥ vj. fiat *Iuleb.* aut,

℞ oxymellis compoſiti ℥ ij. oxymellis ſquillitici ℥ j. decocti, eupatorii, ſeminum endiuię, radicum fœniculi, aſparagi, petroſelini, dracunculi ℥ x. fiat *Iuleb*; cum ſacchari quantitate ſufficienti.

℞ radicum gentianæ, aſari ana ℥ ſs. eupatorii, capillorum Veneris, endiuiæ, cuſcutæ, chamędryos ana m. j. ſeminum carui, cicerum rubrorum, fœniculi ana ʒ iij. cinnamomi, macis, rhabarbari ana ʒ j. ſs. coquantur in aqua q.ſ. ad ℔ j. ſs. colaturæ adde oxymellis ſquillitici ℥ iij. fiat *Potio* in cauſa frigida.

Digitized by Google

℞ radicum fœniculi, petroſelini, aſparagi ana ʒ j. ſ. cuſcutæ, foliorum abſinthii, eupatorii ana m. ß. ſeminum fœniculi, aniſi, ana ʒ ß. glycyrrhizæ raſæ ʒ ij j. vuarum paſſarum enucleatarum ʒ j. iuiubarum, ſebeſten ana numero viij. ſenæ Alexandrinæ ʒ j. agarici albi & leuis ʒ ß. rhabarbari electiſſimi ʒ ij. zinziberis, ſalis gemmæ ana ʒ j. coquantur in aqua q. ſ. ad ℔ j. ſ. colaturæ adde ſyrupi Byzantini ʒ iij. fiat *Potio.*

℞ radicum eringii conditarum ʒ ij. corticum aurantiorum conditorum ʒ j. galangæ conditæ, florum ſambuci conditorum ana ʒ ß. diarhodonis abbatis, trochiſcorum de rhabarbaro ana ʒ ij. ſyrupi de eupatorio q. ſ. fiat *Mixtura*: dentur ante cibum dragmę duę aut tres.

℞ diacatholiconis, diaphœniconis ana ʒ iij. agarici trochiſcati, rhabarbari electiſſimi ana ℈ j. ſyrupi Byzantini ʒ j. aquarum intubi, cichorei ana ʒ j. ß. fiat *Hauſtus.*

℞ pillularum de rhabarbaro ʒ j. pillularum de agarico ʒ ß. diagridii gr. iij. ſyrupi Byzantini q. ſ. fiant *Pillulæ* octo numero.

℞ benedictæ laxatiuę ʒ iij. rhabarbari ʒ j. ſyrupi de eupatorio ʒ j. aquarum endiuię ʒ iij. fiat *Hauſtus.*

℞ ſp. diarhodonis abbatis ℈ ij. trochiſcorum de rhabarbaro ʒ ß. radicum ariſtolochiæ rotundæ, aſari ana ℈ ß. ſeminis fœniculi, aniſi, rhabarbari, cinnamomi ana gr. xij. ſacchari albiſſimi in aqua cuſcutę & eupatorii diſſoluti q. ſ. fiat arte *Electuarium* in tabulis.

℞ trochiſcorum de rhabarbaro ʒ iij. dialaccę, diarhodonis abbatis, dianiſi ana ʒ j. ß. radicum aſari, glycyrrhizę raſæ ana ʒ ß. iecoris lupini ℈ iiij. ſeminum aniſi ʒ j. ſucci fumi terrę in trochiſcorum formam redacti ʒ iij. ß. ſyrupi de eupatorio, Byzantini ana q. ſ. ad electuarii mollis conſiſtentiam, fiat *Mixtura.*

℞ foliorum abſinthii m. j. cuſcutæ m. j. ß. florum ſambuci m. ß. rhabarbari electi, radicum aſari ana ʒ ij. infundantur in vini generoſi ℔ ij. viginti quatuor horarum

Digitized by Google

rarum ſpatio, bibat alternis diebus hauſtum duabus horis ſumpto *Electuario*.

℞ trochiſcorum de rhabarbaro, de eupatorio ana ʒ iij. fiat *Puluis*, detur ʒ j. cum ſucci endiuię ʒ iij. oxyſacchari ſimplicis ʒ j. aquę cuſcutę, eupatorii ana vncia media.

℞ vnguenti martiati, olei ſpicę, abſinthii ana ʒ ß. ſpicę, cinnamomi electi ana ℈ j. aceti guttas aliquot, ceræ parum, fiat *Vnguentum* molle.

℞ florum camomillę, meliloti ana m. j. foliorum eupatorii, abſinthii ana m. j. ß. radicum cyperi ʒ j. cinnamomi, ſpicæ ana ʒ j. caſſiæ ligneæ ʒ ß. cumini ʒ ſs. furfurum ʒ j. coquantur in ſufficienti quantitate vini albi ad tertiæ partis conſumptionem, fiat iecori *Epithema*.

℞ florum camomillæ, meliloti ana m. j. ß. abſinthii, abrotani, eupatorii, cuſcutæ ana m. j. cicerum rubrorum ʒ j. ſeminum endiuiæ, apii ana ʒ ß. ſpicæ nardi ʒ ij. ß. coquantur in aqua q. ſ. ad mollitudinem; hinc adde olei amygdalorum amygdalorum amarorum q. ſ. fiat *Cataplaſma*.

℞ radicum althęę ʒ iij. eupatorii, cuſcutę, endiuiæ, fœniculi, maioranę, fumarię, violarum ana m. iij. florum camomillæ, meliloti ana m. ij. ß. ſeminum fœnugræci ʒ vj. coquantur nonnihil in aqua q. ſ. pro balneo. Humores craſſos vias communes obſtruentes, emollit atque eliquat, naturæque obedientes reddit.

℞ emplaſtri de meliloto ʒ j. ß. radicum aſari ʒ ß. maſtiches ʒ j. abſinthii ſicci ℈ j. ß. olei ſambucini q. ſ. fiat arte *Cerotum*.

Digitized by Google

APPENDIX

ad prædicta pro curatione OBSTRVCTIONIS IECORIS, quæ à materia crassa potissimùm fit, inseruiens.

Omnium primò humores obstructiones facientes, naturæ obedientes reddemus medicamentis incidentibus, subtiliantibusque quos vbi concoctos obseruabimus, purgante aliquo medicamento e corpore educemus. Demum vtemur medicamentis tollentibus obstructionem: liberatis autem obstructionibus, intemperiem emendabimus, viscus roborabimus, putridaque excludemus. Postremò symptomata grauia si aliqua molestent, placabimus. Quæ omnia nunc anteaque dictis medicamentis felicissimo cum successu consequi poterimus, modò vniuersalia particularibus debita ratione adhibeantur. Debet autem æger præscriptis vti medicamentis per plures dies propter mali pertinaciam. Diligentem quoque operam dabit æger vt bona fiat digestio tam prima quàm secunda, in quem finem tenui vtemur diæta tam tempore prandij quàm cœnæ. Illi quoque qui frequenter incurrunt obstructionem hepatis, ea quæ lentium crassumque succum generare possunt, ablegabunt. Si à materia calida crassaque hoc malum fiat, cum decocto cichorei, endiuiæ, oxalidis, rhabarbari, syrupoque de cichoreo cum rhabarbaro emendetur. Aut ℞ *radicum fœniculi, rusci, petroselini, graminis ana* ℥ j. *endiuiæ, cichorei, cuscutæ, capillorũ Veneris ana m.* j. *seminum endiuiæ, cucumeris, cicerum rubrorum ana* ℥ *ſs. anethi* ℥ j. *coquantur in aqua q.ſ. ad* ℔ j. *ſs. colaturæ adde syrupi Byzantini* ℥ *iij. fiat arte* Syrupus.

Metho-

Digitized by Google

Methodus pro cognitione

DEBILITATIS HEPATIS

INSERVIENS.

HEPATIS DEBILITAS, seu hepatici dicuntur, cùm citra manifestum aliquod in viscere malum imbecillitas iecoris accidit ex sola intemperie. Hepatis autem propria principalissimaque facultas seu actio, est vis sanguifica, quod ei ex propria suæ substantiæ obtigit proprietate, quæ non ex quauis intemperie mox labefactatur: necessum enim est vt illa intemperies, antequam iecoris actionem propriam imminuere poterit, ita altè radices agat, vt ad iecoris substantiam perueniat, eiusque vires & harmoniam dissoluat. A quacumque autem intemperie hoc fiat, iecur proprium suum officium non facit nisi diminutè; excrementa enim tunc funduntur quæ aquam referunt, in qua carnes recenter mactatæ, lotæ sunt. Quamdiu autem hæc actio propria iecoris labefactata non erit, edet corruptas facultas actiones, non imminutas. Non ergo ab omni intemperie propria iecoris actio læditur; cùm ab ea solùm fiat, quæ diuturnitate temporis substantiam iecoris, viresque resoluit. Quòd autem per aluum reddantur potiùs quàm per alia loca huiusmodi excrementa, fit propterea quòd natura magna ex parte expellere soleat succum imperfectè transmutatum à iecore ob eius debilitatē per intestina, propterea quòd sit via magis propinqua, quam per vrinarios meatus, per quos tamē contingit aliquando huiusmodi superfluitates loturam carnis referentes quoque excludi; vnde nonnullos contingit decipi, qui à calculo semper hoc fieri exclamant. Contingit quoque per aluum subinde sincerum quasi excludi sanguinem, & id quidem absque dysenteria, & he-

Digitized by Google

pate quoque bene conſtituto; id potiſſimùm fit cùm rupta aliqua vena eſt in inferioribus partibus ipſius iecoris. Contingit rurſus per aluum excludi ſanguinem magis nigricantem, qui præ ſe fert aliquando atram bilem, à qua tamen differt, quòd lintea ea tincta rubeant; hoc autem fit dum vena aliqua rupta eſt in ſuperioribus partibus. Sæpe quoque ſanguis per aluum redditur, propterea quòd conſueta vacuatio aliqua ſubſtiterit, aut propterea quòd mutilatum eſt aliquod membrum, ſed quemadmodum tunc in magna copia ſubitò profunditur, ſic ſubitò quoque deſinit, ſuis temporibus recurrens. Aliquando quoque ab hæmorroidibus, nonnumquam quoque à iecoris apoſtemate, necnon eiuſdem vlcere ſanguis profunditur per ſedem, quæ omnia ſuis locis dicuntur pleniùs: nec enim quicquam de iis ſanguinis excretionibus hîc agimus, cùm propter propriam iecoris actionem læſam non proueniant. Sola itaque ea inter dictas ſanguinis excretiones, in qua ea quæ excernuntur per aluum, aquam referunt, in qua carnes recenter mactatæ, lotæ ſunt, iecur ipſum citra manifeſtum aliquod in viſcere malum in propria eſſentia læſum eſſe oſtendit.

Pars affecta. Iecur hîc oblæditur, id quod ex proprij muneris læſione conſtat, per ſpeciem eorum, quæ excernuntur. Contingit equidem hac ratione iecur, vbi malum altiùs radices egerit, ſanguinem probè non elaborare, ſed potiùs crudum aquoſumque relinquere, vnde excrementa per aluum loturæ carnium recenter enectarum ſimilia excluduntur. Poſſumus autem vocare aquoſum ſanguinem; ſignificat autem alimenta ſatis fuiſſe à ventriculo concocta, & etiam aliquamdiu in iecore inchoata, non tamen fuiſſe abſoluta propter eius debilitatem. eſt autem ſymptoma pertinens ad actionem læſam facultatis ſanguificæ ipſius iecoris, quæ debilitata eſt.

Signa. A quacumque intemperie fiat hepatis imbecillitas, ita radicata vt ſpiritum caloremque eius

natiuum

natiuum dissipare,& harmoniam,necnon vires & actionem dissoluere possit, perpetuò sanguinem aquosum & semicoctum,similemque aquæ in qua carnes recenter mactatæ,lotæ sunt,reddit absque dolore & copiosè. Semper quoque corporis color maximeque faciei,tristis efficitur; quodam equidem pallore,necnon virore fœdatur.

CAVSA. Imbecillitatis ipsius iecoris causa frequenter est frigida eiusdem intemperies,quæ quamdiu leuis est,albescit faciei color,parùm fœtent quæ excernuntur, pauca excrementa redduntur,frigescit corpus atque intumescit;nisi cordis calor resarciat iecoris frigidam intemperiem, vrina tenuis est,nulla adest febris, neque sitis, aliàs à calida fit intemperie,quæ quamdiu leuis est, graueolentia sunt bileque crassa perfusa, subinde etiam variè colorata quæ excernuntur,vrina rufa est, sitis febrisque concurrit,linguæ videtur scabrities, flauus efflorescit in facie color, totum corpus plus æquo calet, præ cæteris tamen volæ manuum,plantæque pedum. Acres vapores per cutim sæpe deferri sentiuntur.Contingit etiam tandem bilioſos humores vomitu expelli,ventrem plerumque astrictum habent,eò quòd validè attrahat calor. Quotiescumque verò humida intemperies substantiam iecoris alterauerit, vix sitit,sed potiùs oris concurrit humiditas,aluus plurima reddit excrementa aquosa,tenuiaque.Istis contraria in sicca intemperie concurrunt;corpus enim siccius squalidiusque redditur, tandem etiam iecoris vires harmoniaque dissoluitur,facies hinc tristi quodam pallore aut virore fœdatur. Quæ deiiciuntur primò liquida sunt, vt cremor; tandem præter alia symptomata concurrit fluxus prædictus hepaticus, in quo cruenta sunt quæ deiiciuntur, loturamque referunt carnium recenter enectarum,hæcque excrementa variè tandem mutantur.prout variè intemperatum est ipsum iecur.

PROGNOSTICA.Si antiqua fuerit hepatis debilitas, difficillimè emendatur, temporeque aut in malum

corporis habitum, vnde debilitas totius fit corporis, aut in hydropem vertitur, potissimùm si à frigida intemperie ortum habeat. Hinc tempore colliquationes fiunt, primò quidem ipsorum humorum, deinde ipsius etiam carnis, hinc totum corpus consumitur. Frequenter quoque contingit in hac iecoris debilitate sanguinem vltrò è naribus profundi, aliquando verò id fit per vterum, interdum verò per hæmorrhoides, nonnunquam etiam per vrinarios meatus.

Methodus pro curatione

DEBILITATIS HEPATIS INSERVIENS.

Perficitur autem subsequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr conuenit temperatus.

Cibi qui facilè concoquuntur, quíque modicè calefaciunt, offerantur; carnes caponum, gallinarum, phasianorum, perdicum, pullorum, paruarum auicularum. Inter olera fœniculum, saluia, hyssopus, saturcia, intubus conueniunt. Iuscula condiantur caryophyllis, cinnamomo, galanga. Vuæ passæ inter fructus maximè conueniunt.

Potus: tenue atque odoriferum bibat vinum.

Exercitium moderatum otio præferatur.

Somnus sit mediocris.

Animi perturbationibus non molestetur.

PRÆPARANTIBVS.

Syr. de eupatorio.

De absinthio.

De cadiuia, de cichoreo cum rhabarbaro.

Aqua

Digitized by Google

Aqua endiuiæ,cichorei,eupatorii, cuſcutæ.
Decoctum radicum aſari, fœniculi, petroſelini, cichorei, endiuiæ, cyperi, ireos, abſinthii, origani, menthæ,eupatorii,roſarum,calaminthæ, cuſcutæ,hyſſopi,ſeminum cumini,anniſi, hordei, calami aromatici, cinnamomi, vuarum paſſularum, addito melle & aceto.

VACVANTIBVS.

Diaprunum ſolutiuum.
Electuarium Indum.
Electuarium de ſucco roſarum.
Hiera picra.
Tamarindi.
Sena.
Rhabarbarum.
Agaricus,myrobalani.

Si in iecoris corpore,aut venis annexis humores frigidi, aut bilioſi, ex frigida calidáve iecoris intemperie orti atque corrupti obhæreant, nec à natura expellantur, euacuabimus eoſdem medicamentis conuenientibus, quibus ſemper quæ corroborare iecur poſſunt,addemus.

CORROBORANTIBVS *intemperiémque relictam emendantibus.*

Diarhodon abbatis,diamargaritum frigidum.
Dialacca, diacurcuma, cum aqua abſinthii, ſyrupo de eupatorio.
Electuarium diatrion ſandalinum.
Trochiſci de rhabarbaro,de eupatorio.
Trochiſci de abſinthio.
Saccharum roſaceum.
Phylonium Romanum.
Rhabarbarum.
Hepar lupi.
Cochlearum carnes.
Syr.abſinthii,eupatorii;& aquæ earundem.
Aqua è limacibus deſtillata.

Digitized by Google

Aqua hordei,in qua endiuia,cichoreum decocta ſint.
Cuſcuta,vuæ paſſæ,piſtachia,endiuia,intubus.
Abſinthium,eupatorium,ſpica,ſquinanthum.
Cinnamomum,calamus aromaticus,myrrha,vnicornu, raſura eboris.
Aqua mellis, mel, terebinthina,virulentum atque putridum abſtergunt, prioraque, ſi quid corrupti eſt, emendant.
Epithema æſtate frigidum actu, hieme verò calidum, ex aqua roſarum,acetoſæ:lactucæ,nymphææ,ſandalis rubris,diarhodone abbatis, diatrio ſandali,camphora.
Fomentationes ex decocto roſarum,acetoſæ,camomillæ,abſinthij.
Vnguentum ex oleo roſarum,nymphææ,cydoniorum, maſtiches, camphora, ſandalis albis & rubris,acero, oleo abſinthij. Lana iiſdem madefacta, illi loco vbi iecur eſt ſitum,imponatur.
Diagalanga,dianiſum,diacalamintha.
Diacinnamomum, trochiſc.de rhabarbaro,ſaccharum ſaluiæ,aqua mellis deſtillata.
Syr.de cichoreo,aqua endiuiæ,cuſcutæ,cichorei.
Abſinthium, eupatorium, caſſia lignea,cinnamomum, acorus conditus.
Hepar lupi,nardus Celtica,ſquinanthum.
Epithema ex decocto caryophyllorum, cinnamomi, iunci odorati,eupatorij,radicum aſari,ſeminum fœniculi, aniſi, ameos,quibus addetur diagalanga,diacinnamomum,aqua eupatorij,cuſcutæ,acetum.
Vnguentum ex oleo nardino,maſtichino,ſpicæ,abſinthij,ligno aloës,maſtiche,caryophyllis,cinnamomo, ſucco eupatorij.
Ceratum ſtomaticum Galeni, ceratum ex radice aſari, ireos, iunco odorato,abſinthio,eupatorio,meliloto, thure,maſtiche,myrrha,farina ſeminum lupinorum, fœnugræci,oleo maſtichino,roſato,nardino.
Oleum in quo radices enulæ campanæ,gentianæ,cyperi vi-

peti vires depoſuerint.
Dialacca, diacurcuma.
Syr. de abſinthio.
Heparlupi, ſpodium, ſaccharum roſatum.
Vnguentum ex oleo abſinthij, nardino, iis incoquantur radices enulæ campanæ, gentianæ, iridis.

Prioribus vtemur, dum calida intẽperies in cauſa eſt, ex iis autem ſi nonnulla fuerint calidiora iuſto, ad temperiem reduci poterunt commodè cum aqua endiuiæ. Sequentibus in frigida intemperie vtemur; vltimo verò loco poſitis, in humida. Nonnulla eorum omni quaſi iccoris intemperici conueniunt.

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAmenta nobilia in DEBILITATE HEPATIS ſæpius cum ſumma ſalute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruele experta.

CVRATIO DEBILITATIS HEPATIS, ob frigidam cauſam.

℞ ſyrupi de abſinthio, de eupatorio ana ʒ j. ſe. endiuiæ, oxymellis compoſiti ana ʒ ſe. aquarum eupatorij, endiuiæ, centaurei minoris ana ʒ iiij. fiat *Iuleb.*

℞ radicum angelicæ, fœniculi, petroſelini ana ʒ j. ariſtolochiæ rotũdæ, gẽtianæ ana ʒ ſe. eupatorij, ſaluiæ, fumiterræ ana m. j. ſe. abſinthij, menthæ ana m. ſe. glycyrrhizæ raſæ ʒ v. rhabarbari ʒ ij. ſennæ Alexandrinæ ʒ j. agarici albi & leuis ʒ ij. zinziberis ʒ j. coquantur in aqua q. ſ. ad ℔ j. ſem. colaturæ adde ſyrupi de eupatorio ʒ iij fiat *Potio.*

℞ pillularum de agarico, cochiarum, de rhabarbaro ana ℈ j. cum ſyrupo de eupatorio q. ſ. fiant *Pillulæ* octo numero.

℞ diagalangæ ʒ j. ſe. trochiſcorum de abſinthio ʒ j. ſeminum endiuiæ ℈ j. ſacchari albiſſimi in aqua indiuiç

Digitized by Google

diſſoluti q.ſ.fiat *Electuarium* in tabulis.

℞ trochiſcorũ de rhabarbaro ʒ ſem.de abſinthio ʒ ij. dialaccæ ʒ j. ſe. aureæ Alexandrinæ ʒ j. radicum aſari, ariſtolochiæ rotundæ,hepatis lupini ana ℈ j.ſe.fiat *Electuarium* molle cum ſyrupo de eupatorio quãtum ſatis.

℞ radicum aſari ʒ ij.glycyrrhizæ raſæ, ſeminum aniſi, apij ana ʒ j. vuarum paſſarum ʒ j. amygdalorum amarorum ʒ vj.trochiſcorum de abſinthio ʒ ij. ſyrupi de abſinthio q.ſ.fiat *Conditum.*

℞ aromatici roſati Gabrielis, diagalangæ,diarhodonis abbatis ana ʒ ij.glycyrrhizæ ʒ j.vuarum paſſarum ʒ j.ſe.ſeminis aniſi ʒ j.ſ.iecoris lupini exiccati ʒ ij.ſe.conſeruæ florum anthos ʒ j.ſe.corticum citri conditarum ʒ ſe.ſyrupi de eupatorio q.ſ.fiat *Mixtura.*

℞ foliorum eupatorij,abſinthij ana m.j.ſe.ſpicæ nardi,florum camomillæ ana m.j.ſe.roriſmarini.m.j.cinnamomi ʒ j.ſe.in æqua portione vini & aquæ coquantur, fiat *Fotus.*

℞ olei de abſinthio, maſtichini ana ʒ ſem. nardini, roſarum ana ʒ ij. caryophyllorum, cinnamomi ana ℈ j.ſem.ſucci eupatorij ʒ j.aceti & ceræ parum, fiat *Vnguentum.*

℞ florum camomillæ, meliloti ana m.j. ſem.ſeminum lupinorum ʒ ſem. foliorum abſinthij, eupatorij ana m. j. ſem. roſarum rubrarum m. ſem. coquantur ad mollitudinem, addendo olei de abſinthio q.ſ.fiat *Cataplaſma.*

Si à calida fiat cãuſa, ℞ ſyrupi violarum ʒ ij. acetoſi ſimplicis & compoſiti ana ʒ j.aquarum endiuiæ,cuſcutæ,eupatorij ana ʒ iij.miſceantur,fiat *Iuleb.*

℞ radicum fœniculi,aſparagi,petroſelini ana ʒ j. foliorũ ſenecionis m.j.ſe.foliorum cichorei,endiuiæ,chamæpytis,cuſcutæ, eupatorij ana m.j. ſeminum aniſi ʒ. ſe.glycyrrhizæ ʒ iij.vuarum paſſarum ʒ j. rhabarbari ʒ ij.ſe.agarici ʒ j.ſe.cinnamomi ℈ iiij.coquantur in aqua q.ſ. ad ℔. j. ſem.colaturæ adde ſyrupi de cichoreo cum rhabarbaro ʒ iij.fiat *Potio.*

℞ hordei

℞ hordei mundati m.iij.endiuiæ,cichorei, acrimonij ana m.j.ſe.lactucæ m.ſe.ſeminum endiuiæ,cucurbitæ,melonum ana ʒ ſe.glycyrrhizæ raſæ,ʒ v.florum violarum m.j. coquantur in aqua q.ſ. ad tertiæ partis conſumptionem:ad ℔ j.ſe.colaturæ addantur ſyrupi de cichoreo cum rhabarbaro ʒ iij.fiat *Potio.*

℞ terebinthinæ Venetæ in aqua endiuiæ lotæ ʒ ſe. ſeminum endiuiæ ℈ ij. rhabarbari electi ʒ j. roſatæ nouellæ ℈ ſe.ſacchari q.ſ.fiat *Bolus.*

℞ roſatæ nouellæ ʒ ij.diarhodonis abbatis ſine moſcho,diatragacanthi frigidi ana ʒ j.ſe.iecoris lupini ℈ ij. ſacchari albiſſimi in aqua endiuiæ diſſoluti ana q.ſ. fiat *Electuarium* in tabulis.

℞ diarhodonis abbatis ʒ ii. trochiſcorũ de rhabarbaro,ſeminum endiuię,diatrium ſandalorum,diamargariti frigidi ana ʒ i. ſe. vuarum paſſarũ ʒ i.ſyrupi de cichoreo cum rhabarbaro q.ſ.fiat *Electuarium* in forma opiati.

℞ iecoris lupini ʒ i.ſem. radicum cichorei ʒ ii.ſchœnanthi ℈ i.cornu cerui ℈ ſe.glycyrrhizę ʒ i.ſe.rhabarbari ℈ ii.ſe.ſpicę gr.xii.fiat *Pulvis*,doſis ʒ i.cũ aqua mellis.

℞ iecoris lupini ʒ i.rhabarbari ʒ ii. ſpicæ nardi ℈ ſe. terebinthinæ Venetæ in aqua endiuiæ lotæ q.ſ. fiat *Maſſa*,ſumat bolum vnum aut alterum alternis diebus.

℞ roſarum rubrarum, florum camomillæ, cichorei, ſcariolæ ana m.i.ſe.ſummitatum abſinthii m.i.ſandalorum alborum & rubrorum ana ʒ vi. camphoræ ℈ ii.ſe. cichorei, endiuiæ ana m.i. ſem. coquantur in aqua q.ſ. pro *Fotu.*

℞ olei violarum ʒ i.roſacei ʒ ſe.camomelini ʒ vi.ceræ & aceti parum.fiat *Vnguentum.*

APPENDIX
ad prædicta pro curatione DEBILITATIS HEPATIS.

Magna ex parte ſit ab intemperie eius frrigida, vel primariò,ſæpius etiam ſecundariò, dum ſcilicet calori immodico ſuccedit,ſiue attractrix, ſine retentrix, ſine alteratrix facultas imbe-

Digitized by Google

cillis tantùm euaſerit, ſiue omnes ſimul, id quod magna ex parte accidit, cò quòd cùm vna fuerit imbecillis facultas naturalis, omnes ferè debilitantur. Hanc itaque intemperiem emendabimus medicamentis quæ modicè corroborare poſſunt hepar necnon obſtructiones aperire, cùm obſtructio ferè ſemper concurrat. Si autem hæc intemperies foueatur à multitudine crudorum humorum, eos naturæ obedientes reddemus; hinc purgante medicamento euacuabimus: poſtremò iecur roborabimus, intemperiémque relictam emendabimus. Quæ omnia nunc anteáque dictis medicamentis feliciſſimo cum ſucceſſu conſequi poterimus modò vniuerſalia particularibus debita ratione adhibeantur. Sicca autem ſi ſit hepatis intẽperies, conueniunt balnea, lactis vſus, & quæ humiditatem reſtaurare poſſunt naturalem, & quæ hecticis proſunt. De debilitate autem hepatis quæ prouenit ratione alicuius tumoris, qualis eſt inflammatio, eryſipelas, ſcirrhus, œdema, aut ratione magnæ exulcerationis, aut denique abſceſſus, hîc nequaquam agimus, cùm propriis locis horum cura tradatur. Syrupus de eupatorio, electuarium diatrium ſandalorum in iecoris debilitate ſæpiùs locum habent, cò quòd roborent facultatem iecoris retentricem, attractricem, alteratricem & expultricem, quæ omnes ex vnius læſione perturbari ſolent.

Methodus pro Cognitione

TVMORIS TVM DVRI TVM LAXI, IPSIVS SPLENIS INSERuiens.

SPLENIS TVMOR, ſæpe ex eius inflammatione minus rectè curata ortum habet. Contingit autem ſplenem citò vt iecur indurari, necnon intumeſcere: quamuis habeat ſubſtantiam magis raram quàm iecur; eius enim alimentum admodum eſt craſſum.

San-

Sanguinis præterea feces ſeu limum, partémque eius magis terreſtrem & impuram excipere debet. Propter raritatem autem ſubſtantiæ, contingit ſplenem eouſque aliquando increſcere, necnon intumeſcere, vt ſiniſtram ventris partem omnino quaſi impleat, ſicque quaſi fiſtit ſeptum tranſuerſum, ne liberè attolli deprimive poſſit dum reſpirationi inſeruit; vnde aliquando quaſi grunnitus in ſomno eduntur frequentes atque magni, magnáque difficultas ſpirandi accedit. Hepar quoque citò induratur, propterea quòd multum eſt compactum eius corpus, venáſque minimas habeat, vnde accidit ea quæ craſſiorem nacta ſunt ſubſtantiam; facilè obhærere in eius meatibus, ſicque indureſcere.

PARS AFFECTA, eſt ipſe lien, quod ex dolore cum poſitu intelligitur, & grauitate.

SIGNA. In loco ſplenis tumor percipitur ob copiam materiei, & dolor grauans. Subinde quidem tumor laxus eſt, aliàs etiam durus, qui aliquando vniuerſum hypochondrium implet, parſque materiei aliquando in omentum transfunditur; aliàs verò lienis capacitate concluditur. Dum ſe curſu vel labore exercet æger, difficiliùs ſpirat; id quod etiam accidit dum in dextrum latus decumbit, magis quàm ſi in ſiniſtro quieſcat, eò quòd non ita ſuſpendatur viſcus, neque diaphragma ita à viſceris magnitudine premitur. Cibum malè concoquunt; ſatis tamen appetunt ſic laborantes. Multa fit oris ſaliuatio. flatus multi in corpore generantur qui rugitum fluctuationémque in ſiniſtra corporis parte excitant, ibidémque venter intenditur. Corporis magna ſegnities concurrit. Inſomnia fiunt turbulenta, capitiſque fit grauitas; hinc tumiditas, rerúmque contemptus concurrit. Aluum adſtrictam magna ex parte habent. Cùm autem materia mali magis corrumpitur, fureréq; quaſi in corpore incipit, tunc prædicta omnia grauiora, manifeſtioráque fiunt, faciei color vitiari incipit, totúmque corpus inuadit & vitiat; hinc os malè olet, gingiuæ exeduntur, à dentibúſque diſcedunt, intumeſcit locus

Digitized by Google

ſub inferiori palpebra, eruptio fit ſanguinis, ſub noctem pedes intumeſcunt, ſanguis è naribus quoque profunditur ſæpè, magis prauo colore facies imbuitur, maculæ multæ ſubnigræ, aliàs etiam vlcera mala & quæ difficulter ſanãtur, in manibus tibiiſque efflореſcunt: præſertim ſi ſanguis per nares non fundatur: tandem ſomnus admodum fit grauis atque turbulentus, & ſpiritum maxima cum moleſtia, & grunnitu quodam atque ſtertore tunc ſæpe ducit æger, potiſſimùm prima noctis parte.

CAVSA. magna ex parte ex melancholico humore, qui fex ipſius eſt ſanguinis, hoc malum naſcitur, dum in liene magna copia è venis ipſius corporis raptus, ibi diutius ſubſiſtit, quod alioqui fit propterea quòd vniuerſæ corporis venæ huiuſmodi ſanguine melancholico abundant. Hoc enim viſcus à natura deſtinatum eſt, vt illum excipiat: aliàs vberius in liene colligitur quàm par eſt, eò quòd meatus obſtructi ſunt, per quos hoc excrementum è liene in ventriculum aut aluum deturbari ſolet. Tantáque ſubinde eius coaceruatur copia, vt vniuerſum lienem diſtendat. Cùm itaque eius copia magna in liene colligitur, tumor laxus primùm generatur: vbi autem diutius ſubſiſtit in viſcere, ob debilitatẽ virtutis expultricis, vel aliam aliquam ob cauſam, tempore vi caloris craſſeſcit & indureſcit, vnde obſtructiones venarum meatuúmque per quos expurgari ſolebat, oriuntur maiores, temporéque in duritiem abit materia, vnde ſcirrhus naſcitur lienis. Hoc quoque in inflammatione lienis fit, cum medicamenta nimium aſtringentia, aut nimium quoque diſſoluentia adhibentur. Aliquando etiam fit ab aquoſo pituitoſóque humore, qui aliunde eò deriuatur, vti videre ſæpe licet in illis qui longos morbos, frigidos humidóſque euaſerunt.

PROGNOSTICA. Per initia dum tumor increſcit, non ita difficilis eſt curatio: at ſi is aliqualiter abſoluatur, nunquam quaſi medicamentis tollitur. Minus autẽ periculi eſt in lienis tumore quàm ſi iecori inhæreat,

varij

variitamen eius euentus sunt,aliquibus enim modo minuitur, modò increscit, qui prędictis molestiis etiam perturbantur; aliis verò durus permanet tumor, & id quidem aliquando fit absque incommodis, permultos etiam annos durans, dum non ita in magnam extuberat molem. Frequenter autem in hydropem,intestinorum leuitatem, corporis liquationem, quartanámque febrem transire solet: quę mala medicamentis difficulter sanantur. Item aliquando hinc phthisis,cancer,hemitritæi,scabiésque enascuntur.

Methodus pro curatione

TVMORIS SPLENIS INSERVIENS.

Perficitur autem subsequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr sit clarus atque lucidus.

Cibus qui aperiendi aliqualem vim habet, & qui facilè concoquitur,bonúmque sanguinem generare possit,conuenit; ea verò quę crassum succum atque glutinosum generare possunt,vitentur; vti sunt carnes porcinę,leporinę,bouinę. Tenui quoque vtatur diæta. Flores autem capparum plurimùm hîc laudantur.

Potus sit vinum subtile,quod aqua in qua ferrum candens sæpius extinctum sit, dilui poterit. ab aqua omninò abstineat.

Exercitium plurimùm prodest moderatum, antequam alimenta sumantur. frictiones quoque,necnon sudorum prouocationes fiant.

Digitized by Google

Somnus ſit mediocris,nequaquam autem admittetur ſtatim poſt ſumptum alimentum.
Alui excrementa reſpondeant.
Animi pathemata vitentur,cùm offendere ſoleant concoctionem.

PRAEPARANTIBVS.

Syr.de epithymo,fumaria,ſcolopendria.
Oxymel ſimplex,compoſitum,ſquilliticum,
Syr.acetoſus ſimplex,de calamintha.
Syr.de duabus & quinque radicibus,ſyr.de pomis.
Aqua intubi,ſcolopendriæ,tamariſci,aſplenij.
Decoctum ſarſæparillæ.
Decoctum corticum & radicum geniſtæ,tamariſci,capparorum, cichorei, endiuiæ,ebuli,roriſmarini,ſeminis agni caſti,portulacæ,centaurei minoris.

Pluribus diebus vtetur tum præſentibus,tũ ſubiectis medicamentis, eò quòd difficulter admodum humor iſte melancholicus expurgetur.

VACVANTIBVS.

Venæ baſilicæ ſectio fiet partitis vicibus ſiniſtri lateris, modò vires ferant,alioqui vena quæ ad medium digitum eſt, vel minimum, ſecabitur, ſi tamen antiquum ſit malum,à venę ſectione abſtinebimus,cùm inde magis indureſceret.
Pillulæ aggregatiuæ,aureæ,de agarico,de fumaria.
Pillulæ de lapide armeno,cyaneo.
Confectio hamech, hiera picra, hiera diacolocynthidos.
Diaphœnicum,diacatholicum,diaſena N.
Sena,epithymus, polypodium quercinum,myrobalani Indi.
Clyſteres,iis vtendum potiùs ſi in inferiori viſceris parte obſtructio conſtiterit,tumórve hæreat.

Subinde aliis atque aliis vtendum eſt medicamentis, ne vni natura aſſueſcat,frequenter enim in hoc morbo repetenda ſunt medicamenta purgantia ob mali pertinaciam.

MOL-

Digitized by Google

MOLLIENTIBVS *duritiem tumoris obſtruc-tionémque tollentibus.*

Decoctum ſarſæparillæ.

Fomentatio ex foliis maluæ, tamariſci, ſcolopendriæ, aſplenij, radicibus capparorum, ſeminibus lini, fœnugræci, floribus geniſtæ.

Vnguentum althææ, Agrippæ, de arthanitha.

Vnguentum ex oleo liliorum, capparorum, amygdalorum dulcium, adipe anſerino, gallinę, butyro, medulla cruris vituli, aut cerui, ſucco cyclaminis, bryoniæ, gummi ammoniaco in aceto diſſoluto, præſtans admodum eſt remedium.

Vnguentum ex oleo capparorum, adipe camelorum, multum quoque emolumenti adfert.

Squilla cocta in oleo capparorum, addendo radices liliorum.

Ceratum hyſſopi, ceratum ex oleo de lateribus, capparorum, amygdalorum dulcium.

Cataplaſma ex foliis ebuli, maluæ, acantho, ficubus pinguibus, rad. liliorum alborum, ebuli, ſquilla in vino auſtero & oleo cocta.

Vnguentum ex gummi ammoniaco diſſoluto in aceto ſquillitico, medulla vitulina, ceruina, pinguedine anatis, adipe ſtruthionis, cameli, cera, butyro, aceto.

Emplaſtrum de meliloto compoſitum, diachylum ſimplex, magnum, de mucilaginibus.

Emplaſtrum ex oleo de lateribus, & gummi ammoniaco, præſtantiſſimum eſt medicamentum.

CORROBORANTIBVS, *reliquiaſque reſolventibus, intemperiemque relictam emendantibus.*

Diarhodon abbatis, trochiſ. de cupatorio, de cappari-bus, de lacca.

Theriaca, diamuſcum dulce & amarum.

Aromaticum roſatum, diacapparum.

Electuarium de baccis lauri.

Digitized by Google

Decoctum tamariſci, foliorum ſalicis, florum geniſtæ, ſcolopendriæ, radicum capparorum, ebuli, ſeminum geniſtæ, endiuiæ, roriſmarini, epithymi.
Sarſæparillæ ʒ j. cum pul. myricæ.
Cappares plurimùm valent, ſcolopendriúmque.
Fomentum ex floribus camomillę, ſeminibus cumini, rutę, aniſi, foliis pulegii, rutę, lupulorum, anethi, calaminthæ.
Lapis coctilis aut molaris candens ſępius acerrimo aceto extinguetur, qui adhuc fumans frequenter ſplenis regioni ſuperponetur linteolis.
Vnguentum ex oleo capparorum, rutaceo, maſtichino.
Emplaſtrum de fermento.
Emplaſtrum ex gummi ammoniaco, opopanace, oleo cucumeris aſinini, capparorum, aceto.
Cucurbitulę cum ſcarificatione venis quæ ad lienem nigricant admouendę, aut harum loco ſanguiſugæ, aut earundem venarum ſectio fiet.
Cauterium actuale.

Vbi priorum medicamentorum ope durities ſplenis emollita erit, præſentibus diſcutientibus vtemur aliquamdiu, paulò poſt rurſum ad emollientia tranſibimus, ſicque alternatim hiſce vtemur medicamentis. Validè autem reſoluentia medicamenta hîc non admittantur.

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAMENTA *nobilia in* TVMORE SPLENIS *ſæpius cum ſumma ſalute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruel experta.*

CVRATIO TVMORIS SPLENIS.

℞ ſyrupi Byzantini, fumariæ, oxymellis ſimplicis ana ʒ j. de calamintha ʒ j. ſs. aquarum fumariæ, lupulorum, petroſelini ana ʒ iiij. fiat *Hauſtus.*

℞ ra-

℞ radicum cyclaminis ʒ ſs. radicum filicis ʒ j. corticum radicum capparorum, tamariſci ana ʒ iij. cuſcutæ m.j. ſenę ʒ iij. glycyrrhizę ʒ ſs. ſeminum aniſi, fœniculi ana ʒ iij. coquantur in aqua q.ſ. ad ℔ j. ſs. colaturę adde ſyrupi acetoſi compoſiti ʒ iij. fiat *Potio.*

℞ corticum radicum capparorum, tamariſci, radicum ebuli ana ʒ j. fumariæ, cichorei, lupulorum ana m.j. ſs. capillorum Veneris, thymi, ceterach ana m.j. epithymi m. ſs. glycyrrhizę raſæ ʒ iij. ſeminum aniſi ʒ ſs. fœniculi ʒ ij. ſenæ Alexandrinæ, polypodii quercini ana ʒ j ſs. agarici albi & leuis ʒ iij. zinziberis ʒ j. florum boraginis, geniſtæ ana m.j. coquantur in aqua q.ſ. ad ℔ j. ſs. colaturę adde ſyrupi acetoſi compoſiti ʒ iij. fiat *Potio.*

℞ confectionis hamech ʒ iij. diaſenę ʒ j. diacatholiconis ʒ j. ſs. ſyrupi de epithymo ʒ j. aquarum ſcolopendrię ʒ iij. fiat *Hauſtus.*

℞ pillularum Indarum, fœtidarum, agarici trochiſcati ana ℈ j. pillularum de rhabarbaro ℈ ſs. de lapide lazuli gr. vj. ſyrupi de epithymo q.ſ. fiant *Pillulæ* ſex aut ſeptem numero. ſumat bis in menſe.

℞ pulueris ſancti ʒ j. ſs. diacatholiconis ʒ iij. decocti communis ʒ iij. fiat *Hauſtus.*

℞ trochiſcorum de cappare ʒ ſs. florum geniſtę m. ij. corticum tamariſci ʒ j. infundantur in vini albi ℔ j. ſs. viginti quatuor horarum ſpatio. Huius colaturæ bibat hauſtum duabus horis poſtquam ſumpſerit electuarium ſubiectum.

℞ diacurcumę ʒ ſs. dianiſi, diacaſtorei ana ʒ j. ſs. theriacæ veteris ʒ ij. fiat *Electuarium* molle.

℞ corticum & radicum capparorum, geniſtæ, tamariſci ana ʒ j. ſs. epithymi, ceterach ana ʒ ij. cinnamomi ℈ ij. conſeruę boraginis ʒ j. aromatici roſati Gabrielis, mithridati ana ℈ j. ſs. ſyrupi de fumaria q.ſ. fiat *Electuarium* ad opiati conſiſtentiam.

℞ trochiſcorum de cappare, trochiſcorum de eupatorio ana ʒ ſs. corticum radicum tamariſci, ſarſæparillæ

Digitized by Google

ana ℈ ij. radicum ruſci ℈ j. rhabarbari electiſſimi ℈ j. ß. ſacchari albiſſimi diſſoluti in decocto ſarſę parillæ q. ſ. fiat *Electuarium* in tabulis, ſumat rotulam aliquoties in die.

℞ radicum aſari, cyclaminis ana ʒ j. corticum tamariſci, radicum capparorum ana ʒ iij. menthaſtri, abſinthii, origani, centaurei minoris, ſcolopendrię, fumariæ, mercurialis ana p.j. florum camomillę, meliloti ana m. j. ſeminum cumini, carui ana ʒ ß. ſeminum lini, fœnugręci ana ʒ j. coquantur in vini & aceti quantitate ſufficienti ad mollitudinem, fiat *Fomentatio* lienis cum ſpongia, aut veſica.

℞ olei lateritii, rutę, capparorum, iuniperi ana ʒ ij. olei camomelini ʒ ß. medullę vituli ʒ iij. bryonię, cyclaminis ana ʒ ß. gummi ammoniaci in aceto diſſoluti ʒ j. ß. fiat *Vnguentum* arte.

℞ vnguenti arthanitę maioris ʒ j. ß. gummi ammoniaci in aceto diſſoluti ʒ ß. olei capparorum, liliorum alborum ana q.ſ. fiat *Vnguentum* molle.

℞ vnguenti Agrippę, arthanitę maioris ana ʒ j. ammoniaci, opopanacis in aceto diſſolutorum ana ʒ ß. olei cucumeris aſinini ʒ ß. fiat *Vnguentum* molle, quo ab exordio mali nequaquam vtendum eſt, ſed vbi iam materia mali vnà cum viſcere emollita fuerit.

℞ ſalis communis ſeminiſque cumini parum torrefacti ana m. j. ß. florum meliloti m. j. radicum ebuli ʒ j. ſeminum rutę ʒ v. miſceantur contuſa, integuláque ſiccata, linteolo rariori intertexentur, fiat *Sacculus* ad ſplenis formam concinnatus, qui tempore vſus acerrimo aceto, in quo lapidis molaris portio candens extincta ſit, irroretur. Duo autem fiant, alternatimque applicentur: emollit, exiccat & reſoluit.

℞ corticum tamariſci ʒ ß. radicum liliorum alborum ʒ j. radicum ebuli ʒ j. ſs. florum camomillę, meliloti, abſinthii, rutę ana m. j. ſeminum lupinorum, lini, fœnugręci ana ʒ ſs. ficuum pinguium numero octo, coquantur in aqua q.ſ. ad mollitudinem, hinc piſtentur, addatur

Digitized by Google

tur farinę hordei, fimi caprarum ana ʒ j. gummi ammoniaci, ſagapeni ana ʒ ſs. olei lateritii, capparorum ana q. ſ. fiat *Cataplaſma*, poſt fotum adhibebitur maximo cum commodo.

℞ diachyli magni, emplaſtrum de mucilaginibus, de meliloto compoſito ana ʒ ſs. vnguenti dialthęę, Agrippę ana ʒ iij. corticum tamariſci ʒ j. ſeminum rutę ʒ ſs. fiat *Emplaſtrum* molle.

℞ ſagapeni, gummi ammoniaci ana ʒ j. olei liliorum ʒ ij. radicum ireos ʒ ij. ſalis gemmę ʒ j. ſs. fiat *Emplaſtrum*, Gummi diſſoluantur cum aceto.

APPENDIX,

ad prædicta pro curatione TVMORIS SPLENIS inſeruiens.

Omnium primò materiam obſtruentem, extenuantibus incidentibúſque medicamentis naturæ obedientem reddemus: primò tamen lenientia aluum medicamenta dabimus, vt melius ad ſplenem vires medicamentorum deduci poſsint. Pluribus autem diebus præparantibus medicamentis vti debet æger. Hoc cùm conſecuti fuerimus, purgante medicamento eandem è corpore educemus. Hinc quæ viſceris duritiem, humoréſque viſcoſos atque congelatos emollire poſſunt, præſcribantur, quibus ea quoque permiſcebimus quæ obſtructionem tollere poſſunt. Demum quæ corroborare, reliquiáſque conſumere valent, admittantur. Quæ omnia, nunc anteáque dictis medicamentis feliciſsimo cum ſucceſſu conſequi poterimus, modò vniuerſalia particularibus debita ratione adhibeantur. Hæmorrhoides autem in hoc malo aperire conſultiſsimum erit, cùm plurimum leuaminis afferre ſoleant. Quieſcere quoque in latere ſiniſtro poſtquàm medicamentum ſumpſerit æger, debet; magnopere equidem ad curam huius mali nécdum confirmati, adiumenti affert.

Digitized by Google

Methodus pro cognitione

ICTERITIÆ INSERVIENS.

ICTERITIA est effusio bilis modò flauę, modò atræ, subinde vtriusque (quod in puellis sępe accidit) per vniuersum corpus. Contingit autem hunc biliosum humorem per vniuersum corpus diffundi cum sanguine, eò quòd excrementorum separatio, aut omninò non, aut non ritè fuerit peracta. id autem ob has causas potissimùm fieri solet, aut vitio totius corporis, aut iecoris, aut propter vitium aliquod viarum, per quas expurgari debet; aut denique vitio ipsius excrementi. Contingit autem hunc colorem maximè in oculorum albo & circum tempora efflorescere & apparere.

PARS AFFECTA: In morbo regio non perpetuò eadem pars, idemque locus affectus est. Interdum enim iecur in causa est, cùm scilicet calidius est, vel apostemate afficitur; tunc alui vrinęque excrementa plurimùm flaua bile colorata erunt; nonnunquam febris concurrit cum dolore obscuro in loco iecoris, variè faciei color mutatur. Sępe quoque folliculus bilis afficitur, tuncque in dextera pręcordiorũ parte grauitatis sensus percipitur. alba plerumque sunt quę per aluum excernuntur, vrinę verò biliosissimę sunt, à febri immunis est. aliàs etiam vniuersi corporis vitio prouenit, tuncque paulatim fit, paucaque ex commemoratis signis aderunt; cutis verò magis fit arida, prurigineque molestatur, atque tunc ipsę solidę corporis partes nimio calore distemperantur. est autem symptoma pertinens ad genus mutatę qualitatis vniuersi corporis.

SIGNA. Sensu manifestum fit hoc malũm; omnium autem maximè oculorum color hominem icteritia labo-

Digitized by Google

laborare teſtatur, lutei enim coloris eſſe conſpicitur, id quod albo ſolet eſſe præditum colore. proſtratio ſit appetitus, & increſcit ſitis, oriſque amaritudo propter caliditatem, abſque febre tamen eſt magna ex parte, capitis concurrit dolor, membrorumque laxitas, vrina impensè crocea eſt, turbida denique atque craſſa, interdum etiam ſupprimitur, alui excrementa albeſcunt ſi meatus folliculi fellis obſtruatur, & pauca ſunt quæ redduntur, quæ quoque paulatim & crebrò expelluntur. grauitas abſque tumore in iecoris loco ferè percipitur, vrina quandoque vſque ad nigredinem ferè rubra craſſaque eſt. Si verò icteritia ex copia bilis fiat, ab intemperie calida iecoris facta, meatuſque ad folliculum fellis pertinentes aperti ſint, alui excrementa tunc quidem bilioſa erunt, eò quòd portiò bilis profundatur in aluum, vix febricitat æger. Icteritia verò, ſi lienis vitio fiat, corpus non tam graue eſt, vti dum à flaua bile fit, ſiniſtro tamen hypochondrio grauitas ineſt. aliquando etiam ſubdurus tumor. magis ſit cogitabundus atque ſubnigro. Aſtrictam plerumque aluum habent, & plerumque ſubnigra ſunt alui excrementa, necnon vrinę. Icterícus magnà ex parte pruritu tentatur, vix ſudat. tempore longo ſi durauerit, corpus cum pallore inalbeſcit tandem.

CAVSA. accidit aliquandò propter cholerę multiplicationem, à nimia iecoris intemperie calida; tanta enim aliquãdo copia bilis ſic gignitur, vt à fellis folliculo vix recipi poſſit, tunc plerumque abſque febre, in dextero hypochondrio feruor circa iecoris locũ percipitur, alui excrementa bile perfuſa videntur; vrinę craſſę, croceęque profunduntur; ſegnities ſpirandique difficultas concurrit tum potiſſimùm perceptibilis cùm mouetur. frequenter quoque accidit, propterea quòd iecur aut meatus illi qui e iecore in veſicã fellis, & inde in inteſtina demittuntur, obſtructi ſunt; tũc enim excernere per loca conuenientia iecur bilioſum humorem non poteſt; vnde neceſſum eſt ſanguinem impurum, fieri,

in venáſque tunc regurgitat, ſanguiniq́ue permiſcetur, atque inde in totum corpus diffunditur. In dextra hypochondriorum parte grauitas percipitur, aluiq́ue excrementa ſunt alba. Fit quoque totius aliquando corporis vitio, dum calor ſingulis inſitus partibus, nimium fit acris atque mordax, propter intemperiem partium nimis calidam; tunc equidem humores potiùs in bilem abeunt in magna etiam aliquando copia, qui tandem ſanguini etiam communicantur venis concluſo, vnde totum quoque corpus bile ſæpe perfunditur, aurcóque quaſi tingitur colore, ſolétque cum pruritu magno per cutem erumpere, mentis ſenſuúmque concurrit hebetudo, corporíſque debilitas atque ſegnities. Subinde etiam in febrium bilioſarum indicationibus contingit morbum hunc oriri; eò quòd à virtute naturali noxia materia in extremas corporis partes protrudatur, ſicque cuti ſuum imprimit colorem, túncque vrina aluíque excrementa naturaliter ſe habent, & frequenter homo à febre ſic liberatur; ſubitò autem naſcitur hoc modo icteritia procreata. frequenter quoque propter iecoris inflammationem hoc malum accidit, quo caſu totum quoque corpus bilioſis excrementis perfunditur, propter magnum ſanguinis incendium; tunc vrinæ quoque & alui excrementa plurimùm flaua bile colorata ſunt. febris etiam concurrit vehemens, variè faciei color mutatur, ſitiunt ęgri, in iecoris regione ſenſum grauitatis percipiunt. Venenata denique qualitas ſanguinem corrumpendo, hunc morbum efficere poteſt; id quod indicatur ſi ſubitò hominis color mutetur, abſque concurſu febris.

PROGNOSTICA. Icteritia ſi fuerit diuturna, periculum hydropis minatur; & potiſſimum ſi vrina diu etiam fuerit aquoſa: tunc equidem obſtructio magna à viſceris frigiditate prouenit. perniciosiſſimum autem eſt morbo regio laborantibus, durum fieri hepar, malum etiam eſt proſtratum eſſe appetitum, & vigiliis moleſtari, delirióque affici, ſermonémque cum labore formare.

Digitized by Google

formare. E ſplenis autem vitio nata icteritia, plerumque magis eſt diuturna, quàm ea quæ à iecore originem habet. vti icteritia flaua, ſic etiam nigra aliquando etiam originem à iecore habet; lien verò flauum icterum numquam facit. Graue eſt poſt natam auriginem, febrem ſequi: In morbis acutis ſi ſuperueniat, vti ambiguum eſt malum, ſic ſatis difficulter diſcutitur: ſi tamen in die critico fiat, ſignis concoctionis apparentibus, nulla duritie in iecore exiſtente, bonum eſt; facultas enim expultrix ſuperat; ſi verò ante diem criticum fiat, malum eſt. Hæmorrhoides verò in morbo fluere, bonum eſt. Periculo quoque obnoxius eſt homo, ſi icteritia confirmata laboret, & non curetur, neque materia expellatur; ſubitò equidem tandem cor aliáve aliqua nobilis pars opprimitur.

Methodus pro curatione

ICTERITIÆ INSERVIENS.

Perficitur autem ſubſequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr temperatus conuenit.

Cibus ſit qui humectare refrigeraréque modicè humoréſque extenuare poſſit, & qui facilè concoqui ſolet, vt ſunt auiculæ montanæ, pulli, gallinæ, piſces petroſi. Admittuntur pruna, poma, ceraſa, melones; modicè interim. Condiantur alimenta cum ſucco limonum, aurantiorum. Alimenta quæ ſuccum craſſum aut melancholicum generare, & quæ aſtringere cholerámque mutiplicare poſſunt, vitentur, vt ſunt

Digitized by Google

dulcia,amara, ſalſa.

Potus. Conuenit vinum dilutum aqua graminis aut petroſelini;ptiſana.

Exercitium ſit mediocre,balneo vtatur hiemali tempore,atque frictionibus.

Somnus ſit moderatus.

Excrementa alui arte aut natura reſpondeant indies.

Animi perturbationes quæ ſpiritus inflammare poſſunt,euitentur;quæ autem oblectare poſſunt admittantur.

PRAEPARANTIBVS.

Syr.violarum,endiuiæ,limonum.

Roſarum,acetoſæ,granatorum.

De cichoreo cum rhabarbaro.

Aqua acetoſæ, cichorei,endiuiæ, ſolani,lactucæ,plantaginis.

Syrup. de duabus & quinque radicibus, oxymel ſimplex.

Syr.de eupatorio, de abſinthio, ſyr. de cichoreo cum rhabarbaro.

Mel roſatum,ſyr.Byzantinus.

Aqua eupatorij,lupulorum,cuſcutæ,aſparagi,fœniculi, cichorei,endiuiæ,raphani,ruſci.

Decoctum radicum angelicæ,gentianæ, rubiæ tinctorum,aſparagi,apij,aſari,fœniculi, ariſtolochiæ,fumariæ,adianthi,ſerpylli, hypericonis, calaminthæ,chamæpityos,acetoſæ,roriſmari,praſij,endiuiæ,cichorei, cinnamomi,ſacchari.

Quoniam plerumque bili permiſceri ſolent humores pituitoſi craſſique, aperientia detergentiáque inſigniter hîc locum habent,pérque interualla iis vremur; continuò enim abſque noxia non feruntur. Prioribus autem ſolùm locus erit,cùm ſolummodo à calidis fieri humoribus augurabimur malum, id quòd in purgantium materia etiam obſeruabitur: poſterioribus, cùm frigidi permiſti erunt.

VACVAN-

Digitized by Google

VACVANTIBVS.

Electuarium è pſyllio, de ſucco roſarum, diaprunum ſolutiuum.
Diaphœnicum, hiera picra.
Pillulæ aggregatiuæ, de rhabarbaro, de eupatorio.
Manna, caſſia, rhabarbarum: eius infuſio fiat in aqua endiuiæ.
Diaphœnicum, pillulæ alephanginæ, aureæ, hiera ſimplex.
Agaricus trochiſcatus, agarici infuſum cum rhabarbaro, caſſia, manna.
Vomitus cum elleboro.
Clyſtere, primò lene vtiliſſimum eſt, ſi adſtricta ſit aluus: retrahit enim humores ad cutim deuolutos: hinc magis validum paretur, & per interualla miniſtretur: fiet autem ex radicibus fœniculi, apij, abſinthio, eupatorio, praſio, adiantho, origano, ſeminibus, aniſi, fœniculi, elect. de ſucco roſarum, caſſia fiſtula.
Venæ ſectio fiat ipſius baſilicæ in principio mali, ſi ſanguinis copia oneretur ægrotus: alioqui periculum eſt nē hydrops accerſatur. Maximè autem vena prædicta ſecabitur, ſi icteritia ab obſtructione fiat meatus, per quem fel in folliculum tranſmittitur.

Si excrementorum copiam circa aluum primáſque venas conſiſtere intelligamus, leuiore aliquo medicamento purgante hæc propellenda erunt antequam offerantur prædicta præparantia medicamenta: aperientium enim vi facilè humores praui in venas maiores praui in venas maiores iecoris rapientur, obſtructionémque magis generabunt. Copia autem excrementorum circa aluum primáſque venas hærentium exciſa, humores obſtruentes naturæ obdientes reddemus: hinc præſentibus remediis eoſdem è corpore deturbabimus, idque per interualla repetere ſæpius debemus.

AVERTENTIBVS.

Clyſtere.

Digitized by Google

Errhina.
Sternutatoria medicamenta.
Hæmorrhoides si fluere consueuerint, periantur.
Mensium fluxus.

CORROBORANTIBVS *intemperiémque in hepate relictam emendantibus.*

Conserua rosarum, violarum, conserua magna nostræ descriptionis.
Syr. de succo limonum, granatorum.
Guaiaci decoctum cum oxymelite.
Succus cuscutæ, radicum raphani.
Radix cyclaminis, rhabarbarum, prasium, fumaria.
Epithema fiat hepati è rosis rubris, spica, spodio, sandalis, croco, aqua rosacea, buglossi, intubi, aceto; si cordi destinetur, addatur been album & rubrum, lignum aloës, caryophylli.
Balneum ex violis, lactuca, endiuia, cichoreo.
Diacurcuma, dialacca, diacalamintha, diatrium sandali, diarhodon abbatis.
Theriaca, mithridatum, trochisci de eupatorio, de rhabarbaro, cum aqua decoctionis cicerum.
Serum caprinum, lac capræ enutritæ asparago, eupatorio, fœniculo, petroselino, apio.
Lumbrici exiccati in furno, & sumpti cum vino albo & saccharo.
Decoctum prasij, cicerum rubrorum, asparagi, raphani, ex vino albo tenui matutinis aliquot horis.
Stercus canis ossibus magna ex parte pasti, stercus anserinum.

CORRIGENTIBVS *accidentia.*

Scobs eboris infusa in vino aut aqua aliqua periente, vermes terrestres exiccati, cum vino dati.
Fumariæ radix in vino coquantur, propinetúrque.
Potus ex radice cyclaminis, sudor eo excitetur.
Odor ex aceto acerrimo calido, cuius portionem aliquam

Digitized by Google

quam balneo insidens naribus attrahat æger, & aliquamdiu nares comprimat.

Errhina ex succo cyclaminis, nigellæ, betæ, anagallidis.

Aqua rosacea instilletur oculis, in mali exordio, minori equidem impetu humores ad oculos deriuabuntur.

Fomentum oculorum cum aqua hordei, succo acetosæ, granatorum, aceto.

Balnea sicca, balneum ex aqua dulci & aceto pro oculis, aut balneum sulfureum, aut ex decocto florum camomillæ, meliloti, calaminthæ, roris marini, parietariæ, anethi, furfurum.

Sternutamenta prouocantia.

Colorem oculorum flauum hæc emendant, iecorisque duritiem emolliunt.

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAMENTA NOBILIA IN ICTERITIA, SAEPIUS CUM SUMMA SALUTE PLURIMORUM AEGROTORUM À GUALTERO BRUELE EXPERTA.

CURATIO ICTERITIAE.

℞ radicum fœniculi, petroselini ana ʒ j. scolopendrię m. j. se. foliorum maluæ, caulium ana m. j. cuscutæ m. se. sennæ Alexandrinæ, polypodij quercini ana ʒ j. se. epithymi ʒ j. colocynthidis ℈ se. coquantur in aqua q. s. ad ℔ j. se. colaturę addatur diacatholiconis ʒ j. se. olei rutacei ʒ i. camomelini ʒ ii. salis communis ʒ i. fiat *Clystère*.

℞ syrupi Byzantini, oxymellis compositi ana ξ ii. aquarum endiuiæ, cichorei, alkekengi ana ξ iiii. misceantur, fiat *Iuleb*.

℞ electuarii de psyllio ʒ vi. diacatholiconins ʒ iii. rhabarbari electissimi, agarici trochiscati ana ℈ i. fiat *Bolus*: detur in aurora, aut si æger potiùs in liquida forma expetat, dissoluatur cum decocto raphani, asari, aristolochiæ rotundæ, eupatorii, cuscutæ.

Digitized by Google

℞ radicum aſari,ariſtolochiæ rotundæ ana ℈ ſe.fœniculi,petroſelini ana ℈ i.ſeminum aniſi,iuniperi,cicerum rubrorum ana ʒ iii.ſe.polypodii quercini ℈ i. ſe.rhabarbari electiſſimi ʒ ii.ſe.zinziberis,ſpicę ana ℥ ii.coquantur in aqua q.ſ.ad ℔ i. colaturę addatur ſyrupi de epithymo,Byzantini ana ℈ i.fiat *Potio.*

℞ radicum petroſelini ℈ ii.praſii,ſcariolę, agrimoniæ ana m.i.ſe.ſeminum aſparagi, melonum, aniſi ana ℈ ſe. foliorum ſenę ʒ vi. zinziberis albi ℥ ii. ſe. coquantur in ſufficienti quantitate aquę ad ℔ i.colaturę adde ſaccari albiſſimi ℈ ii.aceti ℈ i.fiat *Potio.*

℞ electuarii de ſucco roſarum ʒ ii.diacatholiconis ʒ i.ſe.diaphœniconis ʒ ii. ſem.rhabarbari electiſſimi ℥ ſe. ſpicę gr.v.ſyrupi de cichoreo cum rhabarbaro ℈ ſe.aquarum cichoreo ℈ iii.fiat *Hauſtus.*

℞ pillularũ de rhabarbaro,hierę ſimplicis Galeni,pillularum aggregatiuarum ana ℥ i. diagridii gr.iii. ſyrupi de abſinthio q.ſ.fiant *Pillulæ* ſeptem.

℞ rhabarbari electi ʒ i.aloës ʒ ii.agarici trochiſcati ℥ ii.ſe.radicum rubię tinctorum, cyclaminis ana ℥ i. diagridii gr.xii.ſyrupi de eupatorio q.ſ.fiant *Pillulæ*,detur ʒ i.poſt primum ſomnum.

℞ aquarum endiuię ℈ vi.in ea maceretur per noctem cinnamomi ℥ ſe.rhabarbari electiſſimi ʒ i. colatura detur manè cum vncia vna oxymellis compoſiti. reliquiis addatur rhabarbari recentis dragma alia,cinnamomi gr. xii.& aquę endiuię q.ſ. pro *Hauſtis*, iterúmque omnia macerentur in cineribus calentibus viginti quatuor horis:colatura propinetur vt prius: hoc medicamentum ſępius repetat.

℞ radicum aſari,raphani ana ℈ i.ſe.coquantur in aqua q.ſ.ad tertię partis conſumptionem: huius decocti bonam quantitatem ſumat vna vice, additis olei communis vnciis duabus, fiat *Vomitorium* medicamentum.

℞ trochiſcorum de rhabarbaro ʒ iii. diarhodonis abbatis, diacurcumę ana ʒ ii. diatriaſand.ʒ i. ſucci cuſcutę, praſſij ana ℈ ſe.ſyrupi endiuię, de ſuceo acetoſę ana q.ſ.ad

q. ſ. ad *Electuarij* mollis conſiſtentiam.

℞ florum ſambuci m.iij.cuſcutę m.j.ß. eboris vſti ʒ j. radicum aſari ʒ ij.rhabarbari electi ʒ j.ß.infundantur viginti quatuor horarum ſpatio in vini electi ℔ j.ß.colaturę addatur ſacchari albiſſimi q.ſ. fiat *Potus*:huius hauſtum duabus horis poſt ſumptum electuarium bibat.

℞ trochiſcorum de rhabarbaro ℥ ß.diacurcumæ ʒß. vermium terreſtrium præparatorum vt decet ʒ ij. ß. radicum cyclaminis ℈ ij. ſyrupi Byzantini, de eupatorio aaa q.ſ.fiat *Mixtura* mollis conſiſtentiæ.

℞ diarhodonis abbatis,diacurcumæ ana ℈ ij.trochiſcorum de rhabarbaro ʒ j.ſacchari albiſſimi in aqua cuſcutæ q.ſ.eſt,diſſoluti,fiat *Electuarium* in tabulis.A ſplene autem ſi fiat hoc malum, ſubſequentibus curabitur medicamentis.

℞ radicum fœniculi,petroſelini ana ℥ j. radicum cyclaminis, corticum radicum tamariſci, capparorum ana ʒ ij.cuſcutæ m.j.ß. ſcolopendriæ m.j. ſarſæparillæ ℥ ſs. radicum ruſci,ſeminum aniſi ana ℥ j.coquantur in aqua q.ſ. ad ℔ j. ß. colaturæ addantur oxymellis ſimplicis ℥ iiij.fiat *Potio*,detur hauſtus in balneo.

℞ radicum cyclaminis ʒ v. raphani ℥ j. radicum acori, glycyrrhizæ raſæ ana ʒ vj. coquantur in vini albi ℔ ij.nonnihil,poſt maceratione aliqualem, colaturæ adde oxymellis ſimplicis ℥ iiij.fiat *Potio*,dentur ℥ iiij.in aurora, ſéque ad ſudandum componat, prius tamen purgetur ſequentibus.

℞ diacatholiconis ʒ iij.caſſię recenter extractę,mannæ Calábrinæ ana ℥ ß. cum ſero lactis fiat *Hauſtus*,detur omnium primò.

℞ radicum althææ, enulæ campanæ ana ℥ iiij. hordei mundi m.v. cichorei,fumariæ ana m.ij ß. foliorum acetoſæ,florum camomillæ,meliloti,violarum, bugloſſæ ana m.j. volubilis,centaurei minoris ana m.j. ß. coquantur in aqua q.ſ.aliquantulum:quo cùm humorem cuti incumbentem diſcutere animus eſt, octo dierum ſpacio vtetur.

Digitized by Google

APPENDIX
ad prædicta pro curatione ICTERITIÆ inſeruiens.

Magna ex parte hic morbus oritur propter obſtructionem meatuum illius vaſculi per quem bilis è iecore atque liene ad inteſtina deriuatur, quæ à craſsis humoribus plerumq; initium ſumit; vnde iecur nonnihil incaleſcit, copiámque bilis coaceruat. Clyſterio aluum tunc primò ſubducemus, eò quòd aſtrictam aluum plerumque habeant, propterea quòd bilis non deſcendat, quæ inteſtina irritare ſolet. Deinde humores craſſos obſtructiones facientes, naturæ obedientes reddemus incidentibus, aperientibus, tenuantibúſque medicamentis; qui poſtquàm concocti fuerint, è corpore vacuandi ſunt. Deinde viſcera roborantibus medicamentis confirmabuntur, meatúſque aperientur. Quæ omnia nunc anteáque dictis medicamentis feliciſsimo cum ſucceſſu conſequi poterimus, modò vniuerſalia particularibus debita ratione applicentur. Si à iecoris inflammatione fiat, ea primùm curetur. Si ſit ſuſpicio ne iecur intumeſcat, emplaſtro de meliloto addetur ammoniaci nonnihil. Fomentatio fiet cum decocto radicum liliorum, althææ, ficuum, paſſularum. Vnguentum fiat cum oleo amygdalorum dulcium, vnguento dialthææ. Si à venenoſa aliqua materia fiat, vomitu educatur in mali principio. Clyſterio verò id fiat, ſi ad inteſtina deſcenderit. Si in habitum corporis traducta fuerit, theriaca conuenit cum decocto corticum citri, limonum, endiuiæ, cardui benedicti, angelicæ, buglоſſæ, meliſſæ. Si propter obſtructionem veſicæ ſellis fiat, tunc maxima duo remedia principatum obtinebunt, venæ ſectio & purgatio. Agaricus autem cum rhabarbaro præſtans medicamentum hîc eſt. Corporis autem habitum ſeu cutem detergemus balneo, nec non iis quæ ſudorem prouocare poſſunt; ſic equidem ea quæ in habitu corporis latent, euocanda atque diſcutienda ſunt. Faciem & oculos aqua eiuſdem balnei lauabit æger, aut cum aqua deſtillata peponum.

Metho-

Digitized by Google

Methodus pro cognitione

VERMIVM INSERVIENS.

VERMES in variis corporis partibus posse generari experientia comprobatum habemus. In vlceribus enim putridis, in dentibus, in auribus, adde quòd in renibus quoque nascantur. In hoc tamen loco de iis tantum agimus vermibus, qui in intestinis generantur, quos lumbricos communiter nominamus. Horum autem alij longi sunt tereteſque, qui aliis longè frequentiores existunt, suntque similes quasi vermibus in terra ortis. Alij sunt longi & ad speciem seminum cucurbitæ lati, illud quoque nomen inde seruantes, & hi per tota intestina subinde extenduntur; incredibilis enim longitudinis sæpius fuere visi. Sunt admodum exigui si superioribus conferantur, qui Ascarides tenueſque vocantur, suntque vermibus qui in caseo putrefacto nascuntur, persimiles.

PARS AFFECTA. Intestina hîc afficiuntur; in iis enim omnes lumbricorum species, de quibus hîc agimus, gignuntur. Et quidem intestinum rectum ab ascaridibus subtilibusque afficitur. Teretes verò seu rotundi, in gracilibus, necnon in superioribus generantur, vnde in ventriculum aliquando deuoluuntur, sæpe quoque per os, aliquando etiam per nares reiiciuntur. Lati verò lumbrici qui reliquis multo sunt longiores ratioreſque, per tota quasi intestina extenduntur; tam enim tenuia quàm crassa sua longitudine attingunt. Est autem hîc affectus de quo præsens sermo est, morbus in numero, tota substantia præter naturam.

SIGNA. Ex præsentia tenuium, pruritus satis molestus in ano rectóve intestino genetatur, frequentes

irritationes ad alui deiectiones fiunt. Subinde quoque inteſtinum rectum in hoc malo prolabitur, poſt ſolutam quoque aluum minus moleſtantur, frequentes in ſtercore excreto quoque cernuntur. Ex præſentia verò teretum ſeu rotundorum, qui mirabili ſæpe ſerie in inteſtinorum itineribus implicati hærent, multò grauiora accidentia excitantur, per inediam enim ſæpe ſurſum aſcendunt, ſtomachumque morſibus admodum acribus affligunt, & ſubinde ita acerbos dolores excitant, vt corporis diſſolutio, præfocatio, corporiſque tremor, aliàs etiam animi defectio ſubſequatur, magnaque fit anguſtia & cordis palpitatio, frigiduſque concurrit ſudor, ſæpe quoque nauſea, tandem etiam vomitus, fingultus, tuſſiſque ſicca excitatur, facies multis ſubitò incaleſcit, rubeſcitque, diu tamen non perdurat. Hinc contingit nonnullos tempore ſomni edito clamore expergiſci & exurgere, rurſuſque collabi, adde quòd è lecto interdum exiliant; alij verò dentibus ſtrident, & variè corpus iactant, nocte enim moleſtiores quàm interdiu eſſe ſolent. Pruritus narium plerumque adeſt etiam vigilantibus tantus, vt ſcalpere frequentius, dulce ſit: nocturno quoque tempore os ſaliua madeſcit, venter hydropicorum more ſæpe inflatur atque diſtenditur, idque cum torſione multa. Subinde lyenteria, aut diarrhœa concurrit, pallorque faciei. magna autem ex parte corpus imminuitur, cùm ſcilicet ita frequens eſt lumbricorum numerus, vt alimentum abſumatur ab iis; quo ſi deſtituantur, ſæpe ad ventriculum aſcendunt, & continuis morſibus, aliiſque ſymptomatibus dictis ægrum affligunt; magnum ſæpe cibi appetitum excitant. aliquando etiam caninam appetentiam: macilenti tamen plerumque ſunt qui iis affliguntur. ſitiunt multum, febres ſæpe excitantur inordinatæ quoque quotidianis ſimiles, horrorem inducentes. vti autem appetitus aliquando admodum intẽditur, ſic aliàs quoque omninò proſternitur. Verùm hæc omnia accidentia non in omnibus expectare oportet, ſed plurima tantùm, aut nonnulla

nulla illorum. Latus verò lumbricus cùm præsens fuerit in inteſtinis, vt multa ſigna communia cum teretibus habet, ſic corporis concurrit gracilitas, alimenta multa expetuntur, quæ digeſta citò etiam excernuntur; vnde ſæpe cogitur alimenta noua ſumere, alioqui inteſtinorum roſio fiet. Firmum autem admodum huius lati lumbrici in excrementis ſignum obſeruatur, contingit enim alui excrementis quædam corpuſcula permiſceri, quæ ſemini cucurbitæ ſeu cucumeris aſſimulantur, eſtque proprium excrementum huius ſpeciei lumbricorum.

CAVSA communis lumbricorum eſt putredo ſeu materia craſſa, phlegmatica, viſcoſa, putredini accommoda, concurrente calore non omnino putrido, qui in materia craſſa putridaque exiſtit, & eandem quaſi præparat, quique natiui caloris perfuſione quaſi perficitur, principiumque vitæ vermibus confert. Ab humoribus falſis, amaris, aut acribus vermes non generantur, cùm ab iis potius interimantur; ſed potius ab iis quæ facilè putreſcunt; vt ſunt fructus fugaces, dulceſque.

PROGNOSTICA. Multi nulla lumbricorum, teretum præſertim, cura habita, exeſi ab ipſis ſunt, & conuulſi iuterierunt; & frequenter quidem ita rodunt inteſtina, vt hominem in mortis periculum præcipitent. Deteriores maiores minoribus, paucis multi, & albis rubri, viuentes mortuis. Verſicolores autem lumbrici omnibus aliis ſunt deteriores, putredinem enim indicant deteriorem maioremque. Omnium minus periculoſi ſunt aſcarides, tum quia tenues & exigui ſunt; tum quia in loco generantur à principibus partibus remotiſſimo, in inteſtino nimirum recto. Sæpe alij graues ab iis introducuntur morbi, aliquando enim ſubitaneã mortem accerſunt, nonnunquam ſyncopen inducunt, ſubinde verò etiam epilepſiam, aliàs etiam caninam appetentiam, nonnunquam colicum etiam dolorem, aliàs quoque febrem maximè inordinatam

Digitized by Google

accerſunt, viginti quatuor equidē horarum ſpatio cum maximo frigore ter aut etiam quater affligit. Omnium autem maximè pueros infeſtare ſolent, & illos qui ad pubertatem accedunt. Lumbrici in febrium initiis eiecti plerumque malum ſignificant, putridæ enim materiei multitudinem perniciémque indicant. idem iudicium ſi in vigore ſymptomaticè expellantur, ſanitatis autem ſpem promittunt in declinatione, cùm critica comitatur excretio.

Methodus pro curatione

VERMIVM INSERVIENS.

Perficitur autem ſubſequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr ſit temperatus.

Cibus à quo bonus ſuccus elici poſſit, præſcribatur, ſatíſq; liberaliter alatur, alioqui punctiones fient inteſtinorum, à lumbricis ob inediam; quę cùm fiunt, dulcia offerantur; iis enim placari ſolent lumbrici. Vitentur caſeus, lac, piſces, omniáque quæ pituitoſos humores generare poſſunt.

Potus: vinum conuenit aquoſum.

Somno pro conſuetudine vtatur, nocturno potiùs quàm diurno.

Excrementa alui reſpondeant.

Animi perturbationes magnæ vitentur.

PRÆPARANTIBVS.

Syr. de abſinthio.

Syr. de endiuia.

De

Digitized by Google

De cichoreo cum rhabarbaro.
De acetositate citri.
Aqua graminis,absinthii,portulacæ.

VACVANTIBVS.

Agaricus trochiscatus,agarici infusio in oxymelite multum conuenit.
Hiera diacolocynthidos, hiera picra.
Pill.communes seu pestilentiales sumptæ vmbilicóque admotæ,præstantes sunt admodum.
Pill. ex aloë,myrrha,rhabarbaro,sale gemmæ.
Diaturbith cum rhabarbaro , præstans est medicamentum ad enecandum & ad excludendum vermes.
Diacarthamus vermes enecat,& excludit optimè.
Rhabarbarum.
Aloë, turbith.
Decoctum radicum zedoariæ,angelicæ,graminis,siliginis,corticum & radicum capparorum,boraginis, buglossæ,violarum, seminis sanctonici, diaturbith cum rhabarbaro addito.
Suppositorium ex aloë, semine sanctonici , coriandri, cornu ceruino,myrrha,melle,felléque bouino inungetur.

Hisce medicamentis materia expurganda est, ex qua vermes generantur, quorum nonnulla generatos etiam enecare possunt,nec non è corpore propellere.

NECANTIBVS *vermes.*

Conserua magna nostræ descript. mirificè operatur in hoc malo.
Mithridatum, theriaca Andromachi vermibus enecandis accommodatissima est.
Hiera picra, zedoaria.
Sanctonici semen, corallina, radix graminis, filicis masculæ , acetum, efficacissima sunt ad vermes enecandum omnia.
Centaurea minor generosum quoque est medicamentum cum semine sanctonici.
Aristolochia rotunda , abrotanum vtrumque, absin-

Digitized by Google

thium omne, gentiana, allium.
Aloë etiam præſtantiſſimum eſt medicamentum.
Semen lupinorum, portulacæ, citri, folia perſicorum, menthaſtrum, ſcordium.
Tormentilla, diptamus cum decocto ſauinæ, coloquintida, agaricus, cornu ceruinum.
Succus ellebori nigri, plantaginis, abſinthii.
Aqua abſinthii, rutæ, agrimoniæ, valerianæ, artemiſiæ.
Syrupus de portulaca, cum ſemine citri.
Oleum violatum cum euphorbio.
Vnguentum de arthanita maius tam educit quàm enecat vermes.
Vnguentum pro ventriculo, ventréque ex oleo rutaceo, abſinthii, menthæ, ſemine ſanctonici, aloë, aceto, felle ſuillo, lacte, melle aut ſaccharo.
Emplaſtrum pro vmbilico ex aloë, felle bouino, ouino, ſuillo, abſinthio, zedoaria, tormentilla, theriaca, ol. menthæ, abſinthii, perſicorum ſucco, abſinthii, pane toſto, in optimóque aceto macerato.

Medicamenta hæc variè ad vſum accommodare poſſumus, per os equidem ea aſſumere licet, aut clyſterio iniicere poſſumus, aut exteriùs vmbilico admouere licebit. Si per os offerantur, diutius ieiunet antequàm enecantia medicamenta exhibeantur; interim ſi nimiis torſionibus mordicando vrgeant ob alimenti penuriam, aut ſi ventriculum aſcendere tentent, grata exhibebimus pro tempore alimenta, ne dicta accidant incommoda.

EXPELLENTIBVS *enecatos.*

Vacuantia prædicta.
Pillulæ Ruſi præſtantiſſimæ ſunt tam ad enecandum quàm ad educendum vermes.
Theriaca, mithridatum.
Oleum omphacinum in maiori copia potatum.
Clyſtere ex decocto pulli, hordei, ſebeſten, ſaccharo, butyro non ſalito.

Vn-

Vnguentum ex oleo rutaceo, abſinthii, ſucco abſinthii, rutæ, pul. diptami, tormentillæ, cornu ceruino.

Emplaſtrum ex foliis abrotani, rutæ, naſturtii, farina lupinorum, foliis praſii, mercurialis, ſaluiæ, abſinthii, felle bouino, aloë.

Fomentatio ex iiſdem iam dictis rebus.

Suppoſitorium fiat pro vermibus in recto inteſtino inhærentibus cum oleo rutaceo, in quo aloës & fellis vaccini quantitas ſoluatur, bombyce excipiatur aut ex melle cum aloës bona quantitate fiat; Suppoſitorium quoque ſi fiat cum lardo pingui, anóque ſi immittatur, & filo ſuſpendatur, feliciter operari ſolet.

Poſtquam lumbrici iam enecati erunt, ne grauia ſubſequantur incommoda, ſtatim erunt expellendi è corpore; periculum enim eſt, ne febres putridæ generentur ex malignis vaporibus, aut alia grauia ſymptomata inde efflorescant.

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAMENTA *nobilia in curatione* VERMIVM *ſæpius cùm ſumma ſalute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruel experta.*

CVRATIO VERMIVM.

℞ ſyrupi de cichoreo cum rhabarbaro, Byzantini ana ʒ ij. aquarum fœniculi, petroſelini ana ʒ v. fiat *Iuleb*; detur tribus aut quatuor vicibus matutinis.

℞ radicum graminis, filiginis ana ʒ j. corticum & radicum capparorum ana ʒ j. ß. tormentillæ ʒ ſs. florum boraginis, bugloſſæ, violarum ana m. ſs. coquantur in aqua q.ſ. ad medietatis conſumptionem, colaturæ ℔ j. ſs. addatur diaturbith cum rhabarbaro ʒ j ſs. fiat *Potio.*

Digitized by Google

℞ seminis plantaginis,lumbricorum,zedoariæ,lupinorum,centaurei minoris ana ʒ j. aloës,myrrhæ ana ʒ ß. cornu cerui vsti,rasuræ eboris ana ʒ j ß. radicum tormentillæ, diptami ana ℈ iiij. rasuræ vnicornu ℈ ij. fiat *Puluis.*

℞ cornu ceruini vsti ʒ ß. rhabarbari electi , seminis endiuiæ,radicum tormentillæ,diptami ana ℈ ß.seminis sanctonici gr. x. sacchari albissimi ʒ ij. misceantur, fiat *Puluis*,dosis ʒ j.

℞ seminis sanctonici ʒ j.ß.radicum filicis,tormentillæ,diptami ana ʒ ß.centaurei minoris m.ß.in vino optimo macerentur calentibus cineribus horis sexdecim,sumat ʒ iij. huius colaturæ , addendo ʒ j. theriacæ præstantioris,fiat *Haustus.*

℞ catapotiorum pestilentialium Rufi ʒ j. theriacæ optimæ ʒß. decocti seminum sanctonici ʒ iiij. detur in aurora.

℞ theriacæ præstantissimæ ʒ j.scordii,coralline ana ℈ ij.detur cum decocto seminis sanctonici.

℞ radicum graminis ʒ iij. seminum sanctonici ʒß. centaurei minoris m.j. ß. glycyrrhizæ rasæ ʒ j. zedoariæ,rhabarbari ana ʒ iij.coquantur in aqua q.s. ad ℔ j. fiat *Potio*, dentur ʒ iij. addendo dragmam vnam cornu ceruini modicè vsti & sacchari q.s.

℞ radicum diptami,enulæ campanæ ana ʒ j. sauinæ ʒ j.ß.capitum alliorum ʒ j.ß.coquantur in aqua q.s.ad medietatis consumptionem ; colaturę addatur tantundem lactis vaccini recenter mulcti , farinæ triticeæ tantum vt puls fieri possit mediocris consistentię,addendo croci atque sacchari parum.

℞ coralline,seminis sanctonici,anisi ana ʒ j.piperis, si non febricitet,pulpæ colocynthidos ana ℈ j. salis nigri gr. vj. mellis despumati ʒ j. aquarum portulacæ ʒ vj. detur duabus vicibus, expellit vermes, atque enecat.

℞ seminis sanctonici ʒ ij. ponantur in aqua vitæ viginti quatuor horis ad macerandum , colaturæ vnciis

Digitized by Google

ciis duabus adde theriacæ præstantissimiæ ʒ j.

℞ olei lateritij ʒ j. se. aloës ʒ iij. se. pulpæ colocynthidos ℈ j. fellis taurini ʒ j. farinæ lupinorum ʒ j. succi ellebori nigri ʒ vj. cum cera q.s. fiat *Vnguentum.*

℞ radicum aristolochiæ rotundæ, diptami, enulæ campanæ ana ʒ j. centaurei minoris m. iij. foliorum absinthij, persicariæ, abrotani ana m. j. se. coquantur in aqua q.s. ad mollitudinem, hinc adde aloës ʒ j. myrrhę ʒ iiij. farinæ seminum portulacæ, sanctonici, lupinorum ana ʒ iij. fellis bouini, olei rutacei, absinthij, ana q.s. fiat *Cataplasma* pro ventris regione; antequam autem apponatur, dentur ʒ j. cornu ceruini cum aqua mellis.

℞ radicum diptami, tormentillæ ana ʒ j. filicis ʒ sem. centaurei minoris, abrotani, marrubij ana m. ij. farinæ lupinorum, fellis bouini ana ʒ j. se. olei de absinthio q. s. fiat *Cataplasma.*

℞ centaurei minoris, seminum lupinorum ana ʒ j. se. nigellæ, aloës, absinthij ana ʒ ij. abrotani, cornu ceruini vsti ana ʒ j. corallinæ ʒ se. radicum diptami, zedoariæ, calaminthæ, origani ana ℥ ij. sem. myrrhæ, aloës, farinæ lupinorum ana ʒ j. se. succi absinthij, rutæ, fellis taurini ana ʒ se. olei lateritij ʒ j. se. ceræ & terebinthinæ q.s. fiat *Emplastrum* pro ventre.

℞ radicum diptami, enulæ campanæ ana ʒ j. fauinæ ʒ j. sem. coquantur in aqua q.s. ad tertiæ partis consumptionem; fiat *Fomentatio* ventris.

℞ rhabarbari, turbith, hieræ picræ Galeni ana ℥ j. zinziberis, myrrhæ ana ℥ se. croci, salis gemmæ ana gr. vj. succi ellebori nigri domesticati q.s. fiant *Pillulæ* numero octo.

℞ diaturbith cum rhabarbaro ʒ vj. agarici trochiscati ℥ j. theriacæ electæ ℥ se. sacchari albissimi q.s. fiat *Bolus.*

℞ diaturbith cum rhabarbaro ʒ iij. aloës, myrrhę, agarici trochiscati ana ℥ j. salis gemmæ gr. v. syrupi de cichoreo cum rhabarbaro ʒ j. aquarum portulacæ ʒ iiij. fiat *Haustus*; vermes interficit, paritérque expellit.

℞ lactis caprini aut vaccini vncias duodecim, saccha-

Digitized by Google

ri rubri ʒ j. mellis ʒ ſe. duo vitella ouorum, fiat *Clyſtere*, miniſtretur aliquandiu poſtquàm ea quæ enecant vermes, adminiſtrata fuerint, ad inferiora enim alliciuntur, facilliúſque exturbantur.

APPENDIX
ad prædicta pro curatione VERMIVM inſeruiens.

Omnium primò ne generentur in corpore vermes, materia maligna vnde generari ſolent, naturæ obediens reddatur; demùm purgante medicamento è corpore educatur, quod fieri optimè poterit agarico trochiſcato, diaturbith cũ rhabarbaro aliiſque ſuperius in Methodo curandi dictis. Si autem vermes adeſſe intelligamus aliquibus ſignis peculiaribus, quæ eos necare poſſint, præſcribemus medicamenta. Quando autẽ per os necantia vermes medicamenta proponantur, tunc emplaſtrum quoq. ventri exterius applicabimus, quod idem efficere poſſit; ſic equidẽ duplici ratione opprimentur, aut fugã per inferna inſtituent. Antequàm autẽ medicamentum vllũ ſumat quod vermes necare poſſit, bibat per quatuor aut quinque dies lac recenter mulctum, hinc medicamentum vermes necans, in lacte calẽte diſſoluatur; ſicque offeratur; id quoque cum melle fieri poterit aut ſaccharo. Pueri autem ſi amara non admittant vltrò, cum fiſtula incuruata, aut clyſterio, iniicere licebit dẽtibus diductis, vtique commodius fiat, cùm faſciâ contineantur, poſteà quæ eoſdem enecatos expellere poſſint præſcribantur. Vermium quoque generatio inhibebitur, imò geniti enecabuntur atque expellentur, ſi æger per plures dies vtatur rebus acetoſis, amaris, acribus & ſalſis. Pro paruis autem vermibus in ano hærentibus clyſteriſetur cum decocto abſinthij perſicariæ, hiera picra, oleo amygdalorũ amarorũ: aut ſuppoſitorium ex prædictis fiat, ſuperſpargẽdo aloën, inuoluatúrque viſco cum quo capiuntur aues, eâ enim adhærebũt vermes. Sunt autem glandes præſtantiores aliis medicamentis ad necandum aſcarides. Notandum hic, quòd quamuis aliquando in ægrotantibus videamus vermes excludi per ſuperioria, aut inferiora non tamen ſtatim curandi rationem inſtituemus vt medicamentis vermes quoque excludamus, cùm

hoc

hoc ſæpe in morbis accidat acutis, in quibus magna putredo latet in intimis penetralibus, eam itaque potiùs materiam malignam, naturæ obedientem reddere atque expellere debemus, quàm vermes, alio qui periculum erit ne morbum augeamus, ægrotúmque ſic occidamus.

Methodus pro cognitione

DYSENTERIÆ INSERVIENS.

DYSENTERIA proprie dicta, eſt fluxus ventris cum inteſtinorum exulceratione aut excoriatione, cui dolor, torſióque ſemper coniungitur. Contingit autem hîc primò corpora pinguia abradi ab acribus humoribus, hinc tempore non ſolummodò pinguia corpora, ſed etiam fibræ, pelliculæque interioris tunicæ inteſtinorum cum excrementis deiiciuntur, cùm ſcilicet altius malũ imprimitur ipſis inteſtinis. Tertiùs verõ gradus erit cùm iam ſanies profũditur, atque hi gradus magnitudinem vlceris indicãt. Sordidum autem vlcus eſſe ſignificatur nobis, ſi ſanies multa ſine dolore exeat, quæ ſi quoque fœteat, putridum indicat vlcus; vti laudabilis ſanies mundum vlcus deſignat. Contingit autem aliquãdo cruorem per aluum excludi abſq. dyſenteria, primo quidẽ in pecoris imbecillitate, túncq. aquæ in qua carnes recẽter mactatæ lotæ ſũt, ſimili eſt id quod excernitur. Hoc quoque fit in obſtructione ſuperiorum vaſorum, túncque ea quæ deiiciuntur, nihil abraſi habent ſibi permixtum, ſoléntque aliquando ſupprimi per duos aut tres dies, tandémq. deteriora plerũque ſuperioribus excrementa protruduntur, ſolétque ſæpe poſt tenuem ſanguinis ſaniem tandẽ humor quidem craſſus, vini fecibus non multum diſſimilis, expelli. aliàs etiam abſque vllo inteſtinorũ vlcere, aut ſuperiorũ venarum

obſtructione, iecoriſve imbecillitate, ſanguis liquidus atque rutilus profunditur ; & hoc quidem in magna quantitate & per interualla, ex hæmorrhoidibus nimirum internis apertis, necnon menſibus ſuppreſſis.

PARS AFFECTA. Inteſtina in hoc malo laborant, cuius ſigna ſunt dolor cum poſitu, ea denique quæ excernuntur, inteſtinorum functionem oblæſam eſſe teſtantur. Craſſa verò inteſtina affecta eſſe oſtendit ſtercus denſum, ſincerum, aliquibus pinguibus, cruentiſque guttis perfuſum, ſpumoſum, quod aliquando etiam prodit cum flatu ; cruor autem hic ſtercori ſupernatare magis conſueuit, quàm dum in tenuibus hæret vlcus inteſtinis. Si autem circa vmbecillum aut etiam altiùs dolore conſiſtant, ſtercorique ſanguinis portio omninò permiſta atque immerſa ſit, maléque ſint olentia, bilioſa, porrique colorem habentia atque variegata, tormináque quàm maxima excitentur, mordacitatéſque validiores, nec non deliquiũ atque exolutiones animi inducãt, in tenuioribus inteſtinis malum eſt; tunc quoque pinguia rariùs excludi cum excrementis ſolent. Ieiunum autem inteſtinũ dum afficitur, dolor ſupra vmbilicum eſt: tanta quoque nauſea oritur, vt etiam vomitus ſubſequatur frequenter, maior quoque ſitis cibique faſtidium excitatur, excrementa magis cruda ſunt, quibus ſanguis magis nigricans vndique permiſcetur; mala hîc plerumque febris oritur, vnde graues virium exolutiones accidunt, tandémque etiam mors. Eſt autem dyſenteria morbus in ſoluta continuitate conſiſtens.

SIGNA. Magna ex parte in principio mali propelluntur excrementa muccoſa, mordacia, bilioſa, variáque, quibus tandem etiam cruoris aliqua portio vnà cum doloribus inteſtinorum mordacibus permiſcetur, & excernitur paulatim cum ſtercore liquido, paulóque poſt etiam adeps & hinc ſucceſſu temporis ramenta, particulæque interioris tunicæ inteſtinorum, vnà cum excrementis cruentis purulentiſve per aluum deiiciuntur, præcedentibus quaſi ſemper mordacibus inteſtinorum do-

rum doloribus. vnde frequentes quoque concurrunt desidendi cupiditates, anique dolores, ita vt æger etiam aliquando quiete careat, & à somno etiam interpelletur; frequentur quoque sitiunt, febricitántque ægrotantes, potissimùm si in superioribus intestinis vlcus existat, & humor sit acer admodum, quo tempore etiam cruor ipse excrementis magis permiscetur, quàm dum in crassioribus exulceratio hæret.

CAVSA. Humores acres mordacésque putrefacti; in intestinis geniti, aut aliunde, è venis nimirum maioribus è iecore, liene, mesenterio, aliisve partibus circumstantibus, influentes, anfractibúsque intestinorum inhærentes, frequenter dysenteriam excitant, quales sunt, pituita salsa, bilis flaua, vndè frequentius quidem excitatur, nec non adusta atque atra, qui originem habent frequenter à cruditatibus frequentibus, ab acribus denique vitiosisque cibis, à fructibus quoque malis, à pharmacis denique venenatis excoriantibúsque, ab intenso denique frigore caloréve. Subinde quoque inflammatione fit dysenteria; id autem innotescit ex signis inflammationem significantibus.

PROGNOSTICA. Periculum haud parum ostendunt appetitus magna prostratio, sitis incrementum, continuus alui fluxus, si vrina poculis non respondeat, si corpore macilento subitò nigra aluus profluat; si caruncula magnæque intestinorum partes excernantur, ipséque æger inualidus sit, lethalis esse consueuit dysenteria, eò quòd neque caro concrescere, neque vlcus obduci cicatrice potest. In longis dysenteriis cibi fastidium malum, & peius si febris adsit; neque enim semper febricitat dysentericus. Pessimè sunt dysenteriæ, in quibus quæ excernuntur porri aspectum habent, & quę sunt nigra graueolentiáque. Lienosis superueniens dysenteria, bonum est, cùm sic humores melancholici qui in liene erant, euacuentur. Difficilè quoque curatur dysenteria in tenuibus intestinis existens, facilius verò quæ in crassioribus. Ab atra bile si fiat, difficillimè

Digitized by Google

sanatur dysenteria , quia cancro coniungitur plerumque. Quæuis autem tormina , longa & difficilia esse consueuerunt : quæ si à profundo veterique vlcere dependeant, viriúmque imbecillitas concurrat magna, vix quicquam sperare licebit: contingit autem in huiusmodi casu, excrementa alui grauissimè olere , cruda leuiáque esse & subnigri etiam coloris. Magno cum periculo in lienteriam dysenteria mutatur. Multoties colica vehemens succedit fluxui , eò quòd expellatur tenue , & relinquatur crassum. Omnis fluxus ventris qui ducit ad hydropem, est mortalis , cùm hydrops curari debeat per fluxum ventris.

Methodus pro curatione

DYSENTERIÆ INSERVIENS.

Perficitur autem subsequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr sit temperatus.

Cibus qui facilè concoquitur , & qui bonum sanguinem generare possit , offeratur : imbecillis enim est coctrix retentrixque facultas. Conueniunt carnes pullorum , gallinarum , caponum , perdicum , turturum , merularum , phasianorum , oua assata. Oryza , amylo , panico crustáque panis fiat puls, & lacte, cui semina plantaginis , parúmque cinnamomi addetur. Prædicta quoque carnium iusculis coqui poterunt, vt puls inde fiat. Vitentur diligenter mordacia, acetosa, salsáque, propter vlcus in intestinis existens.

Potus

Potus. Vinum conuenit rubellum astringendi vim habens;cui saccharum rosatum addetur.
Exercitium motúsque vitentur, quiésque imperetur.
Somnus conciliandus est;plurimùm enim dysentericos iuuat;vigiliæque malum irritant.
Animi perturbationes immodicæ ablegentur.

PRÆPARANTIBVS.

Syr. rosatus.
Violarum.
Intubi.
Endiuiæ.
Cydoniorum.
Aqua plantaginis,buglossæ,absinthii.

Vbi aliquali euacuatione vsi fuerimus in principionali,tunc demum præsentibus materiam digerere, naturæque obedientem reddere poterimus; præsertim vbi periculum nullum imminebit, & si excrementa non ita copiosè excernantur.

VACVANTIBVS *materiam redundantem, obstructionémque facientem.*

Myrobalani citrini,kebuli.
Tamarindi.
Rhabarbarum.
Agaricus,cùm pituitosa sunt quæ deiiciuntur.
Diacatholicum.
Syr. rosatus, violatus.
Clystere.

Acres, bilioſos, prauósque humores qui ad partem affectam ruunt, educere debemus medicamentis quæ aliqualiter laxant; &, ne fluxum fluxui implicemus, iis addere debemus quæ aliquali virtute astringendi prædita sunt,etiam non præcedente digestione ; via equidem ipsis humoribus malignis sic aperitur, vt redundantes euacuentur,obstructionésque tollantur. sæpius autem repetenda erit euacuatio, eò quòd noua continuò suggeratur vitiata materia. Quare astringentibus

Digitized by Google

in initio locus non erit,id enim frequenter magno ægrotorum fit detrimento ; febris equidem,necnon inflammatio,vlceraque inteſtinorum,necnon ſpaſmi hinc excitantur,eò quòd materia maligna in ſuperiores partes regurgitet,cùm prohibetur euacuari.Clyſteri autem meliùs quàm potione educetur materia quæ inteſtina exulcerat atque vellicat, modò in craſſis inteſtinis hæreat ; vti contrà,potione,dum in tenuibus exulcerationem molitur.Scammoniata autem acriaque omnia medicamenta vitanda quàm maximè hîc ſunt,vt eſt elect. roſatum,diaprunum ſolutiuum.

AVERTENTIBVS.

Venæ ſectionem inſtituemus ipſius humerariæ in principio mali, antequàm vlcus aliquod præſens fuerit, modò vires validæ ſint, & potiſſimùm ſi dolor adſit magnus,aut magna imflammatio,aut ſi conſueta aliqua vacuatio ſuppreſſa fuerit,hæmorrhoidum nimirum menſiúmve; reuellit enim ſanguinis impetum, eiuſque acrimoniam remittit.Hoc quoque fiet,ſi ex ſubita alui ſuppreſſione æger laboret, periculum enim eſt ne viſcus aliquod nobile obruat excrementa vitiata, excernique ſolita; vlcere autem preſente nequaquam fiet venæ ſectio,neque enim vlcus curat;adde etiam quòd vires deiiciat.

Vomitorium leue,vt eſt aqua tepida.

Vrinam ducentia.

Frictiones brachiorum,ſpatularum.

Ligationes dolorificæ partium prædictarum.

Lotiones pedum manuumque in vino aſtringente.

Balneum ſiccum ſudorem promouens,quod lateribus calentibus, panniſque inuolutis fiet, vino autem conſpergentur,pedibuſque accommodabuntur.

SISTENTIBVS *fluorem & corroborantibus ventriculum & inteſtina.*

Trochiſci de terra ſigillata cum ſucco burſæ paſtoris, trochiſci de ſpodio Meſuæ cum ſemine oxalidis.

Elect.

Digitized by Google

Elect. diatrium ſandalorum, diarhodonis abbatis. ſyr. cydoniorum, de roſis ſiccis, violarum, papaucrinus, myrtilorum.

Saccharum roſatum, conſerua roſarum, cydoniorum, aqua roſacea aut plantaginis, in qua maſtis priùs decoquetur; hinc addatur ſaccharum roſatum.

Athanaſia, phylonium Perſicum cum ſucco plantaginis, diacodium Actuarij cum aqua cæleſti, in qua ſpodium ferbuerit.

Succus ribes, berberorum, meſpilorum, cydoniorum, prunorum ſilueſtrium.

Cornu cerui vſtum elotumque, ſi virulentæ materiei ſuſpicio adſit: coagulum hædi, leporis, hepar lupi.

Lac & aqua commiſceantur. chartam albam in lacte diſſoluunt nonnulli; hinc cum farina fabarum contundunt peroptimè, additoque ſaccharo & cinnamomi aliqua portione, pulticulam conficiunt.

Vuæ paſſæ enucleatæ tritæ cum melle ſaccharo ſpodioque. rhabarbarum eſt ſaluberrimum hîc medicamentum piſtatiæ, cubebæ, hepatica.

Potus ex aqua in qua ſaluia, balauſtia, ſumach, conſolida maior, radix ſymphyti, roſæ, plantago, necnon maſtix decoquantur.

Fomentum ex aqua in qua decoquantur radices plantaginis, roſæ, ſandali, intubus, ſpodium.

Vnguentum ex oleo cydoniorum, roſaceo.

Vnguentum ex oleo cydoniorum, carabe, maſtiche, puluere roſarum, bolo Armeno, corallis, ſanguine draconis, pro ventre.

Cataplaſma ex pane toſto, maſtiche, oleo cydoniorum, roſarum, vino auſtero; pro ſtomacho.

Emplaſtrum diaphœniconis in frigida cauſa eſt efficaciſſimum ad dyſenteriam hepaticam.

Cum bona ex parte vitioſa materia vacuata erit, hiſce vtemur medicamentis aſtringentibus; nequaquam autem à principio, cùm tunc febrem, pleuritidem peripneumoniam, inteſtinorum inflammationem, ſpaſ-

Digitized by Google

mum, aliáque grauiora ſymptomata generare poſſit materia maligna; periculum enim eſt ne in ſuperiores partes regurgitet materia feruida ante tempus ſuppreſſa. Vtemur autem primò iis quę leuius aſtringunt; hinc à leuioribus ad fortiora progrediemur: hiſce interim ſemper addemus quæ hepar ventriculúmque corroborare poſſunt.

MVNDIFICANTIBVS *& glutinantibus.*

Potus ex aqua hordei ad ptiſanę formam compoſitus, multo ſaccharo roſato addito.

Clyſtere ex aqua hordei, ſaccharo, vitellis ouorum, aut ex vino rubro aſtringente, ſero lactis caprini, hydromelite, melle roſato, aut ex decocto furfurum, frumenti, ciceribus rubris, ligno guaiaco, roſis, plantagine, lupinis.

Clyſtere ex decocto roſarum, plantaginis, lupinorum, boli Armeni, ſanguinis draconis, gummi Arabici, thuris, myrtilorum, polygonii, burſæ paſtoris, hordei torrefacti, tutiæ, lithargyri, trochiſ. de terra Lemnia, aqua chalybeata. olea omittemus, quia conſolidationem impediunt.

Mundificantibus, abluentibúſque acrem materiam exulcerantem, primo loco poſitis, vtemur, ſi multum puris excerni ab vlcere videamus, & profundum eſſe vlcus intelligamus: quod vbi optimè mundatum erit, ſecundo loco poſitis conſolidantibus medicamentis locus erit. Singulariſſima autem ſunt clyſteria in hoc morbo medicamenta.

CORRIGENTIBVS *accidentia.*

Clyſtere ex decocto roſarum, oleo roſato, mucilagine ſeminis pſyllii plurimùm valet. Vel ex ſolo lacte ouino, vel vaccino, in quo lapis ignitus aliquoties extinctus ſit, & roſæ ſint decoctæ, additis vitellis ouorum, vt diutius adhæreat.

Micleta N. Triphera magna, athanaſia, phylonium Romanum, pillulæ de cynogloſſa.

Syr. de papauere, ſaccharum roſatum.

Deco-

Digitized by Google

Decoctum seminum papaueris in aqua rosata.
Clystere ex lacte ouino, gummi tragacanthæ, adipe caprino, butyro, oleo rosaceo, pillulis de cynogloſſa.
Dolorem qui aliquando crudeliſſimus eſt in hoc morbo, ſedant priora; poſteriora autem etiam ſomnum conciliant, & materiam ineptiorem ad fluendum reddunt.

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAMENTA *nobilia in* DYSENTERIA *ſæpius cum ſumma ſalute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruel experta.*

CVRATIO DYSENTERIÆ.

℞ hordei mundi m.iiij. coquantur in aqua q.ſ. ad ℔ j. colaturę adde ſacchari rubri ʒ j. ſs. duo vitella ouorum; fiat *Clyſtere*, quod ſæpius iniicietur ad lauandum inteſtina ab acribus excrementis ſubſiſtentibus.

℞ iuris decocti plantaginis, roſarum, hordei aliqualiter cum corticibus torrefacti ℔ j. mellis roſacei, ſacchari rubei ana ʒ j. olei roſacei ʒ j. ſs. vitella ouorum duo; fiat *Clyſtere*, iniiciatur ante cibum; mundificat atque detergit. Cum vrina humana quoque, & aqua mellis in eundem finem *Clyſtere* parabitur; præſertim ſi vlcus adſit.

℞ iuris decocti hordei ℔ j. mucilaginis pſyllii cum aqua roſacea extracta ʒ ij. adipis caprini ʒ j. ſs. mellis roſacei ʒ j. phylonii Perſi ∋ j. ſs. olei roſacei ʒ ij. fiat *Clyſtere* dolorem leniens. Aut

℞ radicum & foliorum althææ, anethi ana m. j. ſs. foliorum maluæ, florum camomillę, meliloti, roſarum ana m. j. ſeminum cydoniorum ʒ ſs. ſeminum lini, fœnugręci ana ʒ j. coquantur in aqua q.ſ. ad ℔ ſs. colaturę adde

Digitized by Google

olei roſacei ʒ viij. fiat *Clyſtere:* dolorem feliciter remittit ab acrimonia humorum ortum.

℞ foliorum abſinthii, parietariæ, centaurei minoris, betæ ana m. ſs. roſarum rubrarum m. j. ſeminum lupinorum, cicerum rubrorum ana ʒ iij. furfurum, hordei ana m. j. ſs. coquantur in ſero lactis ad ℔ j. colaturę addantur mellis roſacei ℥ iij. fiat *Clyſtere* deterſorium.

℞ hordei excorticati, plantaginis, polygonii, burſæ paſtoris ana m. j. coquantur in aqua q. ſ. ad ℔ j. colaturę addatur boli Armeni, ſanguinis draconis, thuris, maſtiches ana ʒ j. ſucci plantaginis ℥ j. gummi Arabici, tragacanthi ana ℈ iiij. oui vitellum, fiat *Clyſtere*, hîc minor quantitas iniicitur, vt diutius retineatur, idque ſemper cùm aſtringere conſolidaréque volumus, maior autem erit, cùm detergere decreuerimus.

℞ rhabarbari optimi parum toſti ʒ j. ſs. corticum myrobalanorum citrinorum ʒ iij. paululum macerentur in vino rubro, radicum plantaginis ℥ j. glycyrrhizę raſæ ℥ ſs. coquantur in aqua q. ſ. ad vncias decem, colaturæ adde mellis deſpumati ℥ ſs. fiat *Potio* duorum hauſtuum.

℞ rhabarbari leuiter torrefacti ℈ iiij. cornu ceruini cremati & eloti in aqua plantaginis, cinnamomi ana ℈ j. aquarum endiuiæ ℥ iij. fiat *Hauſtus*.

℞ corticum myrobalanorum citrinorum ʒ iij. kebulorum ʒ ij. contundantur, addatur paſſularum mundatarum ℥ j. ſpicę ℈ ſs. bulliant ſimul in aqua plantaginis q. ſ. ad ℥ iij. exprimantur fortiter, addantur rhabarbari electi ℈ ij. ſs. ſacchari parum, fiat *Hauſtus*.

℞ rhabarbari, myrobalanorum citrinorum ana ℥ j ſs. kebulorum ʒ j. tempore vſus detur ʒ j. cum ſyrupi roſati ℥ ſs. aquarum plantaginis, burſę paſtoris ana ℥ j. ſs. fiat *Hauſtus*.

℞ roſarum rubrarum m. ij. violarum m. j. ſeminum plantaginis, cydoniorum ana ʒ iij. coquantur in aqua q. ſ. ad ℔ j. colaturæ adde ſyrupi cydoniorum ℥ iij.

fiat

Digitized by Google

fiat *Potio*. Si conſolidare vlcus etiam quis velit, addemus prædictis thuris ʒ ij. boli Armeni ʒ j. terræ ſigillatæ ʒ ſs.

℞ ſyrupi myrtilorum, roſarum, cydoniorum ana ℥ j. ß. vini rubri ſtiptici vncias decem, fiat *Iuleb*.

℞ ſyrupi cydoniorum, de roſis ſiccis ana ℥ ij. ß. decocti prædicti ℥ iiij. detur duabus vicibus.

℞ ſyrupi roſati, rob berberorum, miuæ cydoniorum ana ℥ j. boli Armeni, terræ ſigillatæ, ſanguinis draconis, cornu cerui vſti ana ʒ ß. conſeruæ roſarum antiquarum q.ſ. fiat *Conditum*, capiat ſæpe.

℞ cornu cerui vſti, boli Armeni, trochiſcorum de ſpodio, ſanguinis draconis ana ʒ j. concharum vſtarum ℈ ij. ſeminis plantaginis ʒ ſs. gummi tragacanthi ʒ j. coralli rubri ℈ j. radicum tormentillæ ℈ ij. myrrhæ ℈ j. ſs. fiat *Pulvis*, doſis ʒ j. cum aqua plantaginis.

℞ ſeminum plantaginis ℥ ij. cinnamomi ʒ ij. contuſa dentur in papyro pro *Pulticula*.

℞ conſeruæ roſarum antiquarum ℥ j. cornu cerui vſti & loti in aqua plantaginis ʒ j. ſpecierum diatrioſandali, trochiſcorum de carabe ana ℈ ß. miuæ cydoniorum ʒ vj. ſyrupi roſati de roſis ſiccis q.ſ. fiat *Conditum*. Decoctum hordei cum melle roſato dari per os poterit dum abſtergere volumus.

℞ aquæ plantaginis, cichorei, acetoſæ, roſarum ana ℥ ij. ſacchari roſati tabellati ʒ vj. ſpecierum diarhodonis abbatis ſine moſcho, diatrium ſandalorum ana ʒ ß. caryophyllorum, macis ana ℈ ß. rob de berberis ℥ j. ß. ſacchari albiſſimi ℥ ij. traiiciatur per ſaccum hypocraticum, fiat *Nectar*.

℞ diacydonites ſine ſpeciebus ℥ j. ß. gummi tragacanthi ℈ ij. trochiſcorum de ſpodio, de terra Lemnia ana ʒ j. ſs. ſeminum oxalidis, plantaginis, antheræ ana ʒ j. balauſtiorum, malicorii, ana ℈ ij. cornu cerui vſti, corallorum rubrorum, amyli ana ℈ ij ſs. ſyrupi myrtini, cydoniorum ana q. ſ. fiat *Electuarium*

Digitized by Google

mollis consistentiæ.

℞ radicum althææ, verbasci ana ʒ ß. florum rosarum, camomillę ana m. j. seminum myrtilorum, granorum sumach, plantaginis ana 3 ij. malicorii, balaustiorum ana 3 j. ſs. mediocriter comminuantur, & coquantur in vino rubro astringente nonnihil, fiat ventris *Fomentatio.*

℞ olei cydoniorum, myrtilorum, rosarum, anethi ana ʒ j. trochiscorum de spodio 3 j. ß. boli Armeni, seminum myrtilorum ana 3 j. mastiches 3 ß. cerę parum, fiat *Vnguentum* molle, quo paulò post principium vtemur vbi natura aliqualiter expurgata fuerit, à principio enim virulentam materiam intro cohiberet. Idem de aliis iudicandum medicamentis astringentibus.

℞ emplastri diaphœnici ʒ j. rosarum rubrarum, balaustiorum, sanguinis draconis ana 3 j. farinę hordei, fœnugręci ana 3 j. ſs. seminum plantaginis, myrtilorum ana ℈ iiij. boli Armeni, mastiches ana 3 ij. olei mastichini, myrtini, rosacei ana ʒ ſs. cerę & resinę q. s. fiat *Emplastrum.*

APPENDIX
ad prædicta pro curatione DYSENTERIAE inseruiens.

A principio fluxus inhibendus non est. sed omnium primò, etiam ante corporis purgationem, clysterio ipsa intestina lauanda sunt; debet autem hoc clysticre sæpius repeti. Si coniecturâ consequi liceat materiam esse crassam viscidámque, aut acrem, ita vt vlcus excitare possit, clysterio prædicto permiscenda erunt medicamenta quæ abstergendi, acriúmque humorum vim, vnde vlcus fieri posset, remittendi vires habent. Dictis quoque adiicientur ea quæ dolorem lenire possunt, si multùm doleat æger ob vsum abstergentium medicamentorum. Demum clysteria astringentia, & quæ sistere possunt fluxum dysentericum, imperabimus;

Digitized by Google

mus; quibus tandem etiam addemus quæ consolidare, cicatricémque inducere, nec non corroborare valent viscera. Debent autem diutius retinere huiusmodi clysteres sistentes, consolidantésque. Purgantibus quoque medicamentis interea temporis per os sumptis vacuanda erit materia prædicta, sistendúsque interim etiam aliqua ratione fluxus. Diuersionum quoque instrumentis remorabimur ipsum fluxum. Potiùs autem potionibus vtemur si in superioribus intestinis hæreat vlcus, & primò quidem lenientibus dolorem, ardorem, inflammationémque: Secundò detergentibus vlcus à materia acri. Tertiò astringentibus, quibus permiscebimus quæ consolidare possunt, carnémque generare. In inferioribus autem intestinis si sit vlcus, clysteribus potius vtemur. Quæ omnia nunc anteáque dictis medicamentis felicissimo cum successu consequi poterimus, modò vniuersalia particularibus debita ratione accommodentur. Ab hepatis intemperie calida si humores acres dysenteriam excitantes generentur, hanc intemperiem dicti visceris mitigabimus oleo rosato, cerato sandalino, similibúsque medicamentis aliis.

Methodus pro cognitione

COLICÆ ATQVE ILIACÆ PASSIONIS INSERVIENS.

COLICVS AFFECTVS, passio est diuturna intestini quod colon dicitur, quam sequitur difficilis exitus stercoris, flatuúmque per inferiora, dolórque per interualla admodum sæuus, puncturæque multum grauantes excitantur; eò quòd intestinum prædictum crassum est & neruosum, vnde non facilè si quid noxii eius tunicis se insinuet, expellitur. A parte autem affecta, colo nimirum intestino, appellationem sumpsit; in quo intestino flatus cumulari solent; est enim proprium eorundem quasi receptaculum. Affinitatem magnam ha-

Digitized by Google

bet hoc malum cum iliaca paſſione; tam enim colica laborantes quàm iliaca oppreſſi, acutiſſimis doloribus torquentur, aluum aſtrictam habent, vomitu denique moleſtantur; in iliaca tamen dolor magis eſt intenſus, eò quòd tenue inteſtinum, in quo hoc malum latet, magis ſentiat ipſo colo inteſtino: magis hîc quoque vomitus moleſtus eſt ſua frequentia, ventriculus omninò ſubuertitur, aliquando etiam ſyncope, aliàs quoq; delirium concurrit in hoc malo, ſæpiúſque frigidi ſudores mouẽtur. dolor quoque hic ab vmbilici regione magis ſurſum vagatur, éſtque magis fixus. In lateribus verò iuxta eam partem ventriculi, vbi colon eundem prętерlabitur, colicus dolor potiùs vrget.

PARS AFFECTA eſt inteſtinum laxius quod colon dicitur. Signa autem partis affectæ ex ſequentibus patebunt; permixta enim ſunt cum ſignis ipſius affectus.

SIGNA affectus, dolor vehementiſſimus, ſæpéque terebro perforanti ſimilis excitatur in intima abdominis parte vbi colon ſitum eſt, & magna ex parte eſt inſtabilis, circuire enim videtur, & modò in hac, modò in illa parte validiùs vrget; nunc enim hepatis regionem ſubire videtur, nunc ſplenis, nunc ventriculi, & frequenter quoque renum perambulat loca, ſæpiúſque in ſiniſtro inguine plus vrget, eo quòd colon ibidem magis ſit anguſtum. Dicta quoque ratione à nephriticis doloribus, qui magis ſunt frequentes colicis cruciatibus, diſcernitur: cùm hi dolores eodem quaſi loco, in dextro nimirum aut ſiniſtro latere iuxta renis ſitum, permanentes, ægrotum iugiter affligant. Lenientibus quoque clyſteribus atque fomentationibus mitigantur dolores colici magis quàm nephritici. Vrina in doloribus nephriticis ſæpè fit aquoſa, pauca quoque redditur, quæ aliquando etiam ſupprimitur: tandem verò maiori redditur copia, quæ aliquando etiam craſſa eſt dum profunditur. Dolores colici magnam ſæpè ventris partem occupant, niſi à vitrea fiant pituita; tunc enim

quaſi

quasi stabiles sunt; magis quoque dolores colici dextram perturbant partem, vnde in sinistram quoque diffunduntur, & iuxta renes dorsúmque vestiga etiam aliqua imprimunt. Certius etiam colici doloris indicium est, si dolor altiori loco percipiatur quàm renum regio est posita. Concurrit flatuum multitudo in colico malo. Ita quoque astrictam aluum habent sæpe, vt nihil ferè excludatur, etiam ne ventus quidem; & si aliquid excludatur, id flatibus prodit multis, & aquæ supernatare consueuit. In nephritide verò frequenter arenosa quædam corpuscula, subinde quoque lapis, & nonnũquam sanguinolenta subsidere inueniuntur, lapide verò excluso à dolore laborantur, nihilque dictorũ cum vrina excernitur in colico dolore, sed aliquando humor crassus & pituitosus. Vomitus aliquando, sed magis frequẽter nausea moueatur in doloribus colicis, magisque hęc molestare solent, diuturnioráq. esse consueuerũt quàm in nephritico dolore. appetitus atque concoctio labefactatur, proptérque magnos dolores contingit sæpe vrinæ colorem admodum, bilescere, tingi, &, vt ita dicam, igniri, bilioságmque naturam falsò repræsẽtare: propterea autem hoc fit, quòd bilis ad renes deferatur, cùm ita viæ intestinorum per quas excludi solebat bilis, sint interceptæ, vt neque ructus, neq. vẽtris flatus, exire possit.

CAVSA. Doloris colici causæ plures sunt; variæ equidem materiæ ad intestina ruunt, propter eorum amplitudinem, præcipuè tamen quatuor existunt, aliquando enim excitatur ab inflammatione eiusdem partis, túncque dolor magis est stabilis & acerbus; adest tunc quoque ardor, sitis, nausea, bilisque vomitus fit, necnon stercoris, aliquando etiam vrinæ fit retentio, feruor quidam est interiùs, febrisque molesta. Aliàs verò ab acri mordacique excitatur humore, tunc quoque experientur ardorem, sitim, vigilias, febrem, sed non ita validè vrgebunt, quemadmodum si ab inflammatione ipsius coli fiat malum: ab vsu frigidorum leuabuntur, vti à contrariis calidis nimirum deteriùs se habebunt; quæ per

Digitized by Google

aluum excluduntur, bilioſa ſunt; vrina dum fluit, percipitur acris. Aliàs fit ab humoribus lentis, craſſis, atque à vitrea pituita in coli membranis ſubſiſtentibus, tunc quoque magis eſt ſtabilis ipſe dolor, vixque curatur ante eiuſdem materiei vacuationem, inteſtinúmque quaſi perforari videtur: vomitus fit humoris potiſſimùm pituitoſi, naufea, ructúſque concurrit, aluus ita aſtricta eſt, vt nihil ferè tranſmittatur, & ſi aliquando flatus aut ructus emittantur, parum aut nihil inde leuatur æger, à calidis miteſcit malum, à contrariis verò irritatur, præceſſit ſatietas, cruditas, otium, ciborum frigidorum vſus. Cùm autem colon inteſtinum proprium quaſi ſit receptaculum flatuum, ab iiſdem quoque frequentiſſimè contingit colicum dolorem excitari, cùm videlicet nimia eorundem illis in locis cumulatur copia. Hi aliquando arctè concluduntur atque colliguntur in colo vel eiuſdem membranis à fecibus multum induratis: aliàs etiam hoc fit à viſcida craſſáque pituita viis communibus impacta; ſubinde quoque hoc prouenit à tumore aliquo circumſtante, aut in inteſtinis exiſtente, à quo inteſtina ita fortiter comprimuntur, vt exitus perquàm difficilis fiat ipſis ſpiritibus; túncque contingit maximos dolores excitari, eò quòd inteſtinum maxima vi ſic ſæpe diſtendatur: tunc præceſſit vſus ciborum quī flatus generant, ægri quoque ventris torſiones rugitúſque maiores experiuntur. Quotieſcumque autem tanta eſt obſtructio, vt excrementis nullus exitus pateat, iliaca paſſio oritur.

PROGNOSTICA. Sæpe coli dolor in reſolutionem neruorum, vel in morbum articularem, vel in iliacam paſſionem, nonnunquam etiam in hydropem tranſit. Inter omnes colicas affectiones, ea quæ ex inflammatione ortum ducit, eſt grauiſſima: in ilion enim tranſitionem minatur. Minus periculoſus erit coli dolor, vbi non omninò excrementa retinentur, neque in vna ipſius coli parte fixus dolor ſentitur, vehementiſſimi enim

enim colici dolores periculosiores sunt quàm mitiores, vtpote qui à leuioribus causis fiunt.

Methodus pro curatione

COLICAE ATQVE ILIACÆ PASSIONIS INSERVIENS.

Perficitur autem subsequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr temperatè caleat, potiúsque ad siccum vergat: melius tamen pannis calentibus natiuus calor partium abdominis conseruabitur.

Cibus sit facilis digestionis,& qui paucas superfluitates generet: sit liquidus, miniméque flatuosus aut viscosus. Carnes conueniunt volucrum in aqua non degentium, pullorum, gallinarum, caponum, auicularum montanarum, hædinæ, vitulinæ, elixentúrque potius quàm assentur. Plurimùm hîc iuscula pinguia conueniunt caponum, pullorum: melius enim per intestinorum ductus transferuntur. Incoquemus thymum, sampsuchum, origanum, satureiam, hyssopum, fœniculum, asparagum, apium. addemus iusculis commodè nonnihil vini maluatici. parcè autem prandeat æger, parciúsque cœnet.

Potus. Vinum conuenit generosum, interim parcè bibat: aquosum autem atque aqua omninò vitentur, similiter & ptisana.

Exercitium conuenit antequàm alimentum sumpserit: eo equidem sumpto, quies imperanda.

Somnus si necessitas dictet, admittatur etiam solito

Digitized by Google

diutius,quo etiam interdiu frui poterit.
Excrementa alui reſpondeant, diligentérque euitentur omnia ea quæ aluum aſtringere poſſunt.
Animi perturbationes euitentur, non omninò tamen inutilis ira breuis eſt.

PRAEPARANTIBVS.

Mel roſatum colatum, oxymel ſimplex potiùs obeſt quàm iuuat.
Syr. de duabus vel quinque radicibus.
Aqua fœniculi,meliſſæ,abſinthij.
Decoctum radicum aſparagi,enulæ campanæ, aſari,galangæ,zedoariæ,pæoniæ,foliorum menthæ, maioranæ,origani,praſij,thymi,hyſſopi, florum roriſmarini, camomillæ,ſeminum aniſi,carui, anethi, ficuum; in vino odorifero fiet.

Magna ex parte in hoc malo materia plurimùm concoctumax eſt, & ptopterea concoquentibus incidentibúſque medicamentis naturæ obediens reddetur peccans materia. qui acetum recipiunt,reiiciendi ſunt ſyrupi.

VACVANTIBVS.

Clyſtere ex floribus camomillæ, meliloti, rad. althææ, ſeminibus lini,aniſi,anethi, centaurea minori, calamintha,origano,maluis, ficubus, carthamo contuſo, agarico,colocynthide,caſſia,electuario de baccis lauri,hiera picra,hiera logodij, hiera diacolocynthidos, benedicta laxatiua,oleo camomillæ, rutaceo,nucum, butyro recenti: decoquantur decoquenda in iuſculo carnium pinguium, eritque ſæpe infundendum hoc enema: vſque ad perfectam curationem videlicet.
Electuarium eleſcopi, diaphœnicum, electuarium Indum,hiera picra,benedicta laxatiua, diaturbith cum rhabarbo.
Pill. alephanginæ, aggregatiuæ, fœtidæ, ante cibum.
Trochiſci alhandal.
Rhabarbarum, myrobalani: caſſia verò & ſena cùm

flatus

flatus generent nequaquam hîc admittantur.
Terebinthina.
Suppoſitorium longum hîc ſubiiciatur.
Vomitus ante cibum ſi quis facilè vomat, in mali principio potiſſimùm fiet. iuuari autem commodè poterit cum decocto raphani, aſari, aut cum oleo & vino maluatico inuicem permixtis.
Venæ ſectio, ſi ab apoſtemate fiat, omnino neceſſaria eſt, ſi nihil aliud obſtet.

A leuioribus medicamentis purgantibus ad fortiora progrediendum eſt, ſi malum ipſum admodum fuerit contumax, poſtquàm incidentibus detergentibúſque medicamentis vſi fuerimus priùs.

AVERTENTIBVS.

Venæ ſectio efficax ſæpe remedium in dolore admodum graui deprehenditur.
Cucurbitula magna vmbilico affigatur atque loco affecto: maximi enim ſæpe eſt iuuamenti.
Clyſteria.
Suppoſitoria.
Frictiones brachiorum, ſpatularum.
Balneum.

SEDANTIBVS *dolorem, diſſipantibúſque flatus.*

Iuſculum caponis vel gallinæ addito croco. Cornu cerui vſtum, decoctum florum camomillæ, radicum althææ in vino, aut aqua camomillæ.
Clyſtere ex pinguibus iuſculis, oleo lini, camomillæ, vel ex decocto florum camomillæ, mililoti, vel ex oleo rutaceo, laurino, hiera picra, vino generoſo, aut ex ſolo oleo, aut vino generoſo, aut ex oleo rutæ, & electuario de baccis lauri; quod admodum eſt præſtans.
Balneum ex decocto florum camomillæ, meliloti, foliorum lauri, rutæ.

Digitized by Google

Oleum amygdalorum dulcium cum vino hypocratico bibatur.

Vesica magna impleatur ex parte oleo camomelino, lini, anethino, vel communi, ventrisque regioni admoueatur.

Filorum quantitas, lixiuio cineribúsque cocta, ventri apponatur calens.

Sacculus ex milio, saléque tostis, floribus camomillæ, seminibus fœnugræci, foliis maluæ, fœniculi, althææ.

Vnguentum ex oleo camomelino, liliorum, lini, petrolei, anethino, rutaceo, castorei, vino maluatico, aut aquæ vitæ parum addito, idque fiat tempore inunctionis. Vnguentum ex oleo laurino, rutacéque.

Theriaca recens, athanasia Nicolai, phylonium Romanum, Andromachi, cũ decoctione camomillæ & rutæ.

Opium castoreo permisceatur. Pillulæ de cynoglossa.

Clystere ex iusculis pinguibus; addendo ex nunc dictis narcoticis medicamentis portionem aliquam.

Potus ex diaphœnicone, hiera Galeni, electuario elescopi, phylonio Romano.

Horum aliqua dolorem leniunt, aut propterea quòd causam auferant, aut propterea quòd partis vel humorum intemperiem emendent, aut qui stuporem parti inducant. Narcotica quidem, dũ calida est materia, conueniunt ita in frigida; periculum enim est ne humores frigidi magis frigidentur, & ne tum flatus, tum humores crassi magis crassescant, magisque contumaces ad expellendum reddantur, obstructionésque augeantur; cogimur tamen aliquando illis vti, cùm scilicet nihil aliorum medicamentorum ope proficimus: clysteribus autem id melius quàm potionibus consequemur. solemus tamen subinde purgantibus medicamentis dragmam horum medicamentorum permiscere, si coacti fuerimus per os propinare; sæpe enim ea ratione malum leuatur: éstque efficax tutáque medicandi ratio: simul enim sic & causa tollitur, & dolor mitigatur.

ROBO-

ROBORANTIBVS *intemperiémque corrigentibus, reliquiáſque reſoluentibus.*

Conſerua noſtra magna præſtans hîc eſt medicamentum.

Mithridatum, theriaca, diacuminum, diatrium pipereon, aromaticum roſatum, diagalanga, roſata nouella.

Electuarium de baccis lauri, diamoſchus, vinum abſinthites cui cumini dragma vna infundatur, colaturáque bibatur; vel foliis eiuſdem modicè ſiccatis aqua ardens ſuperfundatur, & tantundem vini maluatici.

Caſtoreum præſtantiſſimum eſt medicamentum, cum aquæ mulſæ dragma vna, ſi bibatur.

Cornu cerui, oſſa meſpilorum, lumbrici terræ, ſtercus lupi, & inteſtinum.

Cucurbitula magna loco affecto admoueatur.

Vnguentum ex oleo rutę, anethi, camomillę, petrolei, lauri, caſtorei, liliorum, ſeminibus aniſi, cumini, fœniculi, galbano, ſagapeno, caſtoreo.

Fotus ex floribus camomillę, meliloti, foliis rutæ, calaminthæ, origani, lauri, roriſmarini.

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAMENTA *nobilia, in* COLICA *atque* ILIACA PASSIONE *ſæpius cum ſumma ſalute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruel experta.*

CVRATIO COLICAE PASSIONIS ATQVE ILIACAE.

℞ radicum liliorum ʒ j. ß. angelicæ ʒ j. florum camomillę, meliloti ana m. j. ß. foliorum calaminthæ abſinthii, rutę, centaurei minoris, abrotani ana m. j. ſeminum lini, fœnugræci ana ʒ ß. nigellę, cumini, aniſi ana ʒ iij. coquantur in iuſculo pingui carnium q. ſ. ad

Digitized by Google

℔ j. ß. colaturæ addatur benedictæ laxatiuæ, electuarii elescopi ana ʒ iiij. olei ruracei, camomelini ana ʒ j. butyri recentis ʒ ij. electuarii de baccis lauri ʒ iij. salis communis ʒ j. vitellum vnum oui, fiat *Clysfere.*

℞ syrupi de quinque radicibus ʒ iij. oxymellis compositi ʒ j. ß. decoctionis camomillę, menthę, marrhubii ʒ vj. iusculi pullorum ʒ iiij. misceantur, detur tribus vicibus, modò morbus inducias concedat.

℞ electuarii elescopi ʒ iij. ß. benedictæ laxatiuæ ʒ ij. ßs. diaphœniconis ʒ ij. sacchari albissimi q. s. fiat *Bolus.*

℞ radicum fœniculi, petroselini ana ʒ j. seminum anisi, rutæ, cumini, fœniculi ana ʒ iiij. polypodii quercini, agarici albi & leuis ana ʒ iij. seminum carui, dauci, ameos ana ʒ vj. coquantur in aqua q. s. ad ℔ j. ß. colaturæ addatur benedictæ laxatiuæ, electuarii elescopi ana ʒ iij. fiat *Potio*, bibat hausstum manè & vesperi.

℞ hieræ diacolocynthidos ℈ ij. rhabarbari ℈ j. diagridii gr. iij. syrupi de absinthio q. s. fiant *Pillulæ.*

℞ pillularum sine quibus esse nolo, pillularum fœtidarum ana ℈ j. ß. castorei gr. xij. trochiscorum alhandal gr. iij. fiat *Bolus*: vna eadémque opera dolorem leuamus, causámque mali expellimus.

℞ hierę Galeni ʒ j. opii gr. j. croci gr. iij. syrupi de quinque radicibus q. s. fiant *Pillulæ*, quę dabuntur maximè sæuiente malo.

℞ phylonii Romani ʒ j. diagalangę ʒ j. ß. electuarii elescopi ʒ iiij. ßs. fiat *Haustus* cum vino generoso.

℞ electuarii de baccis lauri ʒ j. diacumini ʒ ßs. vini generosi ʒ iiij. detur calidum.

℞ olei ruracei ʒ viij. camomelini, liliorum ana ʒ j. gummi ferapini, opopanacis, castorei ana ℈ j. electuarii de baccis lauri ʒ ßs. opii gr. ij. vini generosi q. s. fiat *Clysfere.*

℞ olei communis ʒ x. olei liliorum ʒ iiij. butyri non sali-

Digitized by Google

ſaliti ʒ iij. fiat *Clyſtere*, dum ex ſiccitate & retentione fecum fit colica.

℞ ſeminum anethi ʒ j. ſſ. radicum raphani ʒ j. coquantur in aqua q.ſ. ad medietatis conſumptionem. Vnciis quinque huius colaturę addatur ʒ j. ſſ. olei liliorum alborum, miſceantur, fiat *Vomitorium* medicamentum, tepidum bibat.

℞ ſpecierum diacumini, dianiſi ana ʒ iij. electuarii de baccis lauri, diagalangę ana ʒ j. ſſ. detur ʒ j. cum vino hypocratico, cui tempore vſus permiſcebitur dragma vna theriacæ veteris.

℞ electuarii de baccis lauri, phylonii Romani ana ʒ ij. diagalangę ʒ j. electuarii eleſcopi ʒ iij. ſſ. detur tempore vſus ʒ j. ſſ. cum hauſtu vini potentis.

℞ radicum althææ ʒ j. foliorum maluę m. ij. ſſ. florum camomillę, meliloti ana m. j. ſſ. ſeminum lini, cumini, fœnugręci, fœniculi, apii ana ʒ ſſ. nigellę ʒ iij. ſſ. coquantur in hydreleo ad tertias, fiat *Fomentatio* abdominis cum veſicis ſemiplenis.

℞ florum camomillę, meliloti, mentaſtri, pulegii, origani ana m. j. ſeminum fœniculi, aniſi, ameos, anethi ana ʒ j. coquantur in aqua q.ſ. ad tertię partis conſumptionem, fiat *Balneum*. Potiùs tamen loco balnei ſequenti ſacculo vtemur, plus enim inde leuaminis ſentiet æger.

℞ florum camomillæ, meliloti ana m. j. pulegii, furfurum panici ana m. ij. nigellæ Romanæ ʒ iij. ſeminum aniſi, cumini, fœniculi ana ʒ ij. ß. ſalis communis ʒ v. calefiant aliqualiter vaſe aliquo ſine aqua tamen, floribus exceptis; quæ omnia *Sacculo* concludantur, vinóque calido irrorentur, calentiáque ventri apponantur.

℞ vnguenti dialthęę, olei camomelini ana ʒ vj. olei amygdalorum dulcium, anethini, liliorum, ana ʒ iiij. olei ſpicę ʒ ß. butyri recentis, pinguedinis capi, axungiæ humanæ ana ʒ v. miſceantur; fiat *Vnguentum*, ſi ex ſiccitate & excrementorum retentione fiat.

Digitized by Google

℞ olei liliorum alborum ʒ j. ß. de caſtoreo ʒ j. olei petrolei, rutæ ana ʒ ß. radicum galangæ ʒ j. galbani ʒ ij. ceræ q.ſ. fiat *Vnguentum.*

℞ emplaſtri de baccis lauri ʒ ij. ß. olei liliorum, rutacei ana q.ſ. fiat *Emplaſtrum.*

℞ emplaſtri de baccis lauri ʒ ij. vnguenti Agrippæ ʒ j. olei liliacei q.ſ. fiat *Emplaſtrum.*

APPENDIX

ad prædicta pro curatione COLICAE PASSIONIS inſeruiens.

Omnium primò dolorem ſedabimus ſi immodicus fuerit, curatióque vera quæ cauſæ debetur, ad tempus differetur. Lenientibus autem medicamentis dolorem leuabimus, quibus ſi nihil profecerimus, ad ſtupefacientia & narcotica tranſcundum eſt: & aliquando quidem à principio oportet admittere narcotica, periculum enim alioqui erit ſi expectemus donec cauſa præſentis morbi auferatur (quæ plerumque admodum pertinax eſt) ne vires opprimantur. Ad narcotica interim non tranſibimus niſi in caſu deſperato, ſed omnium primò, ſi fieri aliqua ratione poſsit, cauſam mali auferemus, ſic equidem dolor verè mitigabitur. Magna autem ex parte à pituitoſis fit humoribus, flatibúſque hoc malum. In hunc finem, omnium primò alui excrementa emolliantur clyſterio blando, hinc materiam quæ dolorem excitat in colica, enemate conuenienti educemus potius quàm per os ſumpto medicamento. In iliaca autem magis conueniunt quæ per os ſumuntur medicamenta, iis enim magis iuuantur ægri: omnium tamen primò etiam clyſtere leniens hic vti in colica præſcribetur, curabimúſque iliacam vti colicam à ſimili cauſa dependentem, cùm maximam inter ſe affinitatem habeant hæc mala, cùm non differant in alio, quàm quòd iliaca fiat ab obſtructione in gracilibus inteſtinis facta; colica verò fit ab obſtructione inferiorum inteſtinorum. In iliaca itaque primò proderit purgatorium per os propinare medicamentum, hinc poſt horam clyſtere iniiciemus, vt ad inferiora melius proliciatur medicamentum per os ſumptum.

Digitized by Google

ptum. Clysteribus autem in colica utemur sæpius, donec connaleseat. Prædictis autem addemus semper quæ flatus discutere possunt, nec non dolorem lenire. Hinc quæ intestina, viscera principalia roborare, intemperiémque emendare possunt, admittentur; in qua re magni momenti erit clystere ex vino hypocratico paratum, iniectúmque. Vbi vomitu clysteribúsque utcúmque vacuata erit materia mali ab intestinis, si ab aliis partibus corporis in ventrem materia aliqua morbum fouens ruat, medicamentis tum demum per os sumptis vniuersum corpus purgandum erit, præparantibus interim medicamentis conuenientibus præmissis. In valida obstructione, maximo cum successu propinare poterimus olei communis ℥ v. cum iusculo pullorum in quo flores camomillæ cocti sint, túncque quatuor aut quinque horarum spacio nihil aliud offeretur alimenti. Aquæ potus omnino interdicatur. Aſortiter quoque purgantibus medicamentis omnino abstinebimus in principio potissimum mali; periculum enim est ne materiæ astantes ad intestina sic præcipitentur, vnde malum ingeminari poterit. Præstantissimum autem medicamentum in hoc malo est castorium, si sæpius bibatur.

Methodus pro cognitione

HYDROPIS INSERVIENS.

HYDROPS passio est quam aquosi humoris copia comitatur, propter sanguificandi facultatem vitiatam: est autem morbus diuturnus, ex frigiditate hepatis magna ex parte ortum habens. Sunt autem tres hydropis species, anasarca, ascites, & tympanites, quæ distinguuntur tum ratione materiæ, tum ratione loci. Anasarca est pituitosi aquosíque humoris in toto corpore dissemination. In hoc morbo tota corporis moles incrementum sumit præter naturam; totum enim intu-

Digitized by Google

aluum excluduntur, bilioſa ſunt; vrina dum fluit, percipitur acris. Aliàs fit ab humoribus lentis, craſſis, atque à vitrea pituita in coli membranis ſubſiſtentibus, tunc quoque magis eſt ſtabilis ipſe dolor, vixque curatur ante eiuſdem materiei vacuationem, inteſtinúmque quaſi perforari videtur: vomitus fit humoris potiſſimùm pituitoſi, nauſea, ructúſque concurrit, aluus ita aſtricta eſt, vt nihil ferè tranſmittatur, & ſi aliquando flatus aut ructus emittantur, parum aut nihil inde leuatur æger, à calidis miteſcit malum, à contrariis verò irritatur, præceſſit ſatietas, cruditas, otium, ciborum frigidorum vſus. Cùm autem colon inteſtinum proprium quaſi ſit receptaculum flatuum, ab iiſdem quoque frequentiſſimè contingit colicum dolorem excitari, cùm videlicet nimia eorundem illis in locis cumulatur copia. Hi aliquando arctè concluduntur atque colliguntur in colo vel eiuſdem membranis à fecibus multum induratis: aliàs etiam hoc fit à viſcida craſſáque pituita viis communibus impacta; ſubinde quoque hoc prouenit à tumore aliquo circumſtante, aut in inteſtinis exiſtente, à quo inteſtina ita fortiter comprimuntur, vt exitus perquàm difficilis fiat ipſis ſpiritibus; túncque contingit maximos dolores excitari, eò quòd inteſtinum maxima vi ſic ſæpe diſtendatur: tunc præceſſit vſus ciborum quī flatus generant, ægri quoque ventris torſiones rugitúſque maiores experiuntur. Quotieſcumque autem tanta eſt obſtructio, vt excrementis nullus exitus pateat, iliaca paſſio oritur.

PROGNOSTICA. Sæpe coli dolor in reſolutionem neruorum, vel in morbum articularem, vel in iliacam paſſionem, nonnunquam etiam in hydropem tranſit. Inter omnes colicas affectiones, ea quæ ex inflammatione ortum ducit, eſt grauiſſima: in ilion enim tranſitionem minatur. Minus periculoſus erit coli dolor, vbi non omninò excrementa retinentur, neque in vna ipſius coli parte fixus dolor ſentitur, vehementiſſimī

enim

enim colici dolores periculosiores sunt quàm mitiores, vtpote qui à leuioribus causis fiunt.

Methodus pro curatione

COLICAE ATQVE ILIACÆ PASSIONIS IN SERVIENS.

Perficitur autem subsequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr temperatè caleat, potiúsque ad siccum vergat: melius tamen pannis calentibus natiuus calor partium abdominis conseruabitur.

Cibus sit facilis digestionis,& qui paucas superfluitates generet: sit liquidus, miniméque flatuosus aut viscosus. Carnes conueniunt volucrum in aqua non degentium, pullorum, gallinarum, caponum, auicularum montanarum, hædinæ, vitulinæ, elixentúrque potius quàm assentur. Plurimùm hîc iuscula pinguia conueniunt caponum, pullorum: melius enim per intestinorum ductus transferuntur. Incoquemus thymum, sampsuchum, origanum, satureiam, hyssopum, fœniculum, asparagum, apium. addemus iusculis commodè nonnihil vini maluatici. parcè autem prandeat æger, parciúsque cœnet.

Potus. Vinum conuenit generosum, interim parcè bibat: aquosum autem atque aqua omninò vitentur, similiter & ptisana.

Exercitium conuenit antequàm alimentum sumpserit: eo equidem sumpto, quies imperanda.

Somnus si necessitas dictet, admittatur etiam solito

Digitized by Google

diutius,quo etiam interdiu frui poterit.
Excrementa alui reſpondeant, diligentérque euitentur omnia ea quæ aluum aſtringere poſſunt.
Animi perturbationes euitentur, non omninò tamen inutilis ira breuis eſt.

PRAEPARANTIBVS.

Mel roſatum colatum, oxymel ſimplex potiùs obeſt quàm iuuat.
Syr.de duabus vel quinque radicibus.
Aqua fœniculi,meliſſæ,abſinthij.
Decoctum radicum aſparagi,enulæ campanæ, aſari,galangæ,zedoariæ,pæoniæ,foliorum menthæ, maioranæ,origani,praſij,thymi,hyſſopi, florum roriſmarini, camomillæ,ſeminum aniſi,carui, anethi, ficuum; in vino odorifero fiet.

Magna ex parte in hoc malo materia plurimùm contumax eſt, & ptopterea concoquentibus incidentibúſque medicamentis naturæ obediens reddetur peccans materia.qui acetum recipiunt,reiiciendi ſunt ſyrupi.

VACVANTIBVS.

Clyſtere ex floribus camomillæ, meliloti, rad. althææ, ſeminibus lini,aniſi,anethi, centaurea minori, calamintha,origano,maluis, ficubus, carthamo contuſo, agarico,colocynthide,caſſia,electuario de baccis lauri,hiera picra,hiera logodij, hiera diacolocynthidos, benedicta laxatiua,oleo camomillæ,rutaceo,nucum, butyro recenti: decoquantur decoquenda in iuſculo carnium pinguium, eritque ſæpe infundendum hoc enema:vſque ad perfectam curationem videlicet.
Electuarium eleſcopi, diaphœnicum, electuarium Indum,hiera picra,benedicta laxatiua, diaturbith cum rhabarbo.
Pill. alephanginæ, aggregatiuæ, fœtidæ, ante cibum.
Trochiſci alhandal.
Rhabarbarum, myrobalani: caſſia verò & ſena cùm

flatus

Digitized by Google

flatus generent nequaquam hîc admittantur.
Terebinthina.
Suppoſitorium longum hîc ſubiiciatur.
Vomitus ante cibum ſi quis facilè vomat, in mali principio potiſſimùm fiet. iuuari autem commodè poterit cum decocto raphani, aſari, aut cum oleo & vino maluatico inuicem permixtis.
Venæ ſectio, ſi ab apoſtemate fiat, omnino neceſſaria eſt, ſi nihil aliud obſtet.

A leuioribus medicamentis purgantibus ad fortiora progrediendum eſt, ſi malum ipſum admodum fuerit contumax, poſtquàm incidentibus detergentibúſque medicamentis vſi fuerimus priùs.

AVERTENTIBVS.

Venæ ſectio efficax ſæpe remedium in dolore admodum graui deprehenditur.
Cucurbitula magna vmbilico affigatur atque loco affecto: maximi enim ſæpe eſt iuuamenti.
Clyſteria.
Suppoſitoria.
Frictiones brachiorum, ſpatularum.
Balneum.

SEDANTIBVS *dolorem, diſſipantibúſque flatus.*

Iuſculum caponis vel gallinæ addito croco. Cornu cerui vſtum, decoctum florum camomillæ, radicum althææ in vino, aut aqua camomillæ.
Clyſtere ex pinguibus iuſculis, oleo lini, camomillæ, vel ex decocto florum camomillæ, mililoti, vel ex oleo rutaceo, laurino, hiera picra, vino generoſo, aut ex ſolo oleo, aut vino generoſo, aut ex oleo rutæ, & electuario de baccis lauri; quod admodum eſt præſtans.
Balneum ex decocto florum camomillæ, meliloti, foliorum lauri, rutæ.

Digitized by Google

Oleum amygdalorum dulcium cum vino hypocratico bibatur.

Vesica magna impleatur ex parte oleo camomelino, lini, anethino, vel communi, ventrisque regioni admoueatur.

Filorum quantitas, lixiuio cineribúsque cocta, ventri apponatur calens.

Sacculus ex milio, saléque tostis, floribus camomillæ, seminibus fœnugræci, foliis maluæ, fœniculi, althææ.

Vnguentum ex oleo camomelino, liliorum, lini, petrolei, anethino, rutaceo, castorei, vino maluatico, aut aquæ vitæ parum addito, idque fiat tempore inunctionis. Vnguentum ex oleo laurino, rutaceóque.

Theriaca recens, athanasia Nicolai, phylonium Romanum, Andromachi, cũ decoctione camomillæ & rutæ.

Opium castoreo permisceatur. Pillulæ de cynoglossa.

Clystere ex iusculis pinguibus; addendo ex nunc dictis narcoticis medicamentis portionem aliquam.

Potus ex diaphœnicone, hiera Galeni, electuario elescopi, phylonio Romano.

Horum aliqua dolorem leniunt, aut propterea quòd causam auferant, aut propterea quòd partis vel humorum intemperiem emendent, aut qui stuporem parti inducant. Narcotica quidem, dũ calida est materia, conueniunt ita in frigida; periculum enim est ne humores frigidi magis frigidentur, & ne tum flatus, tum humores crassi magis crassescant, magisque contumaces ad expellendum reddantur, obstructionésque augeantur; cogimur tamen aliquando illis vti, cùm scilicet nihil aliorum medicamentorum ope proficimus: clysteribus autem id melius quàm potionibus consequemur. solemus tamen subinde purgantibus medicamentis dragmam horum medicamentorum permiscere, si coacti fuerimus per os propinare; sæpe enim ea ratione malum leuatur: éstque efficax tutáque medicandi ratio: simul enim sic & causa tollitur, & dolor mitigatur.

ROBO-

ROBORANTIBVS *intemperiémque corrigentibus, reliquiáſque reſoluentibus.*

Conſerua noſtra magna præſtans hîc eſt medicamentum.

Mithridatum, theriaca, diacuminum, diatrium pipereon, aromaticum roſatum, diagalanga, roſata nouella.

Electuarium de baccis lauri, diamoſchus, vinum abſinthites cui cumini dragma vna infundatur, colaturáque bibatur; vel foliis eiuſdem modicè ſiccatis aqua ardens ſuperfundatur, & tantundem vini maluatici.

Caſtoreum præſtantiſſimum eſt medicamentum, cum aquæ mulſæ dragma vna, ſi bibatur.

Cornu cerui, oſſa meſpilorum, lumbrici terræ, ſtercus lupi, & inteſtinum.

Cucurbitula magna loco affecto admoueatur.

Vnguentum ex oleo rutę, anethi, camomillę, petrolei, lauri, caſtorei, liliorum, ſeminibus aniſi, cumini, fœniculi, galbano, ſagapeno, caſtoreo.

Fotus ex floribus camomillę, meliloti, foliis rutæ, calaminthæ, origani, lauri, roriſmarini.

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAMENTA nobilia, in COLICA *atque* ILIACA PASSIONE *ſæpius cum ſumma ſalute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruel experta.*

CVRATIO COLICAE PASSIONIS ATQVE ILIACAE.

℞. radicum liliorum ʒ j. ß. angelicæ ʒ j. florum camomillę, meliloti ana m. j. ß. foliorum calaminthæ abſinthii, rutę, centaurei minoris, abrotani ana m. j. ſeminum lini, fœnugræci ana ʒ ß. nigellę, cumini, aniſi ana ʒ iij. coquantur in iuſculo pingui carnium q. ſ. ad

℔ j. ß. colaturæ addatur benedictæ laxatiuæ, electuarii elescopi ana ʒ iiij. olei rutacei, camomelini ana ʒ j. butyri recentis ʒ ij. electuarii de baccis lauri ʒ iij. salis communis ʒ j. vitellum vnum oui, fiat *Clysture.*

℞ syrupi de quinque radicibus ʒ iij. oxymellis compositi ʒ j. ß. decoctionis camomillę, menthę, marrhubii ʒ vj. iusculi pullorum ʒ iiij. misceantur, detur tribus vicibus, modò morbus inducias concedat.

℞ electuarii elescopi ʒ iij. ß. benedictæ laxatiuæ ʒ ij. ſs. diaphœniconis ʒ ij. sacchari albissimi q. s. fiat *Bolus.*

℞ radicum fœniculi, petroselini ana ʒ j. seminum anisi, rutæ, cumini, fœniculi ana ʒ iiij. polypodii quercini, agarici albi & leuis ana ʒ iij. seminum carui, dauci, ameos ana ʒ vj. coquantur in aqua q. s. ad ℔ j. ß. colaturæ addatur benedictæ laxatiuæ, electuarii elescopi ana ʒ iij. fiat *Potio*, bibat hauſtum manè & vesperi.

℞ hieræ diacolocynthidos ∋ ij. rhabarbari ∋ j. diagridii gr. iij. syrupi de absinthio q. s. fiant *Pillulæ.*

℞ pillularum sine quibus esse nolo, pillularum fœtidarum ana ∋ j. ß. castorei gr. xij. trochiscorum alhandal gr. iij. fiat *Bolus:* vna eadémque opera dolorem leuamus, causámque mali expellimus.

℞ hierę Galeni ʒ j. opii gr. j. croci gr. iij. syrupi de quinque radicibus q. s. fiant *Pillulæ*, quę dabuntur maximè sæuiente malo.

℞ phylonii Romani ʒ j. diagalangę ʒ j. ß. electuarii elescopi ʒ iiij. ſs. fiat *Hauſtus* cum vino generoso.

℞ electuarii de baccis lauri ʒ j. diacumini ʒ ſs. vini generosi ʒ iiij. detur calidum.

℞ olei rutacei ʒ viij. camomelini, liliorum ana ʒ j. gummi serapini, opopanacis, castorei ana ∋ j. electuarii de baccis lauri ʒ ſs. opii gr. ij. vini generosi q. s. fiat *Clyſtere.*

℞ olei communis ʒ x. olei liliorum ʒ iiij. butyri non sali-

ſaliti ʒ iij. fiat *Clyſtere*, dum ex ſiccitate & retentione fecum fit colica.

℞ ſeminum anethi ʒ j. ſ. radicum raphani ʒ j. coquantur in aqua q.ſ. ad medietatis conſumptionem. Vnciis quinque huius colaturę addatur ʒ j. ſ. olei liliorum alborum, miſceantur, fiat *Vomitorium* medicamentum, tepidum bibat.

℞ ſpecierum diacumini, dianiſi ana ʒ iij. electuarii de baccis lauri, diagalangę ana ʒ j. ſ. detur ʒ j. cum vino hypocratico, cui tempore vſus permiſcebitur dragma vna theriacæ veteris.

℞ electuarii de baccis lauri, phylonii Romani ana ʒ ij. diagalangę ʒ j. electuarii eleſcopi ʒ iij. ſ. detur tempore vſus ʒ j. ſ. cum hauſtu vini potentis.

℞ radicum althææ ʒ j. foliorum maluę m. ij. ſ. florum camomillę, meliloti ana m. j. ſ. ſeminum lini, cumini, fœnugręci, fœniculi, apii ana ʒ ſ. nigellę ʒ iij. ſ. coquantur in hydrelęo ad tertias, fiat *Fomentatio* abdominis cum veſicis ſemiplenis.

℞ florum camomillę, meliloti, mentaſtri, pulegii, origani ana m. j. ſeminum fœniculi, aniſi, ameos, anethi ana ʒ j. coquantur in aqua q.ſ. ad tertię partis conſumptionem, fiat *Balneum*. Potiùs tamen loco balnei ſequenti ſacculo vtemur, plus enim inde leuaminis ſentiet æger.

℞ florum camomillæ, meliloti ana m. j. pulegii, furfurum panici ana m. ij. nigellæ Romanæ ʒ iij. ſeminum aniſi, cumini, fœniculi ana ʒ ij. ß. ſalis communis ʒ v. calefiant aliqualiter vaſe aliquo ſine aqua tamen, floribus exceptis; quæ omnia *Sacculo* concludantur, vinóque calido irrorentur, calentiáque ventri apponantur.

℞ vnguenti dialthęę, olei camomelini ana ʒ vj. olei amygdalorum dulcium, anethini, liliorum, ana ʒ iiij. olei ſpicę ʒ ß. butyri recentis, pinguedinis capi, axungiæ humanæ ana ʒ v. miſceantur; fiat *Vnguentum*, ſi ex ſiccitate & excrementorum retentione fiat.

Digitized by Google

ptum. Clysteribus autem in colica utemur sæpius, donec connaleſcat. Prædictis autem addemus ſemper quæ flatus diſcutere poſſunt, nec non dolorem lenire. Hinc quæ inteſtina, viſcera principalia roborare, intemperiémque emendare poſſunt, admittentur; in qua re magni momenti erit clyſtere ex vino hypocratico paratum, iniectúmque. Vbi vomitu clyſteribúſque utcúmque vacuata erit materia mali ab inteſtinis, ſi ab aliis partibus corporis in ventrem materia aliqua morbum fouens ruat, medicamentis tum demum per os ſumptis vniuerſum corpus purgandum erit, præparantibus interim medicamentis conuenientibus præmiſſis. In valida obſtructione, maximo cum ſucceſſu propinare poterimus olei communis ℥ v. cum iuſculo pullorum in quo flores camomillæ cocti ſint, túncque quatuor aut quinque horarum ſpacio nihil aliud offeretur alimenti. Aquæ potus omnino interdicatur. Aſſortiter quoque purgantibus medicamentis omnino abſtinebimus in principio potiſsimum mali; periculum enim eſt ne materiæ aſtantes ad inteſtina ſic præcipitentur, vnde malum ingeminari poterit. Præſtantiſsimum autem medicamentum in hoc malo eſt caſtorium, ſi ſæpius bibatur.

Methodus pro cognitione

HYDROPIS INSERVIENS.

HYDROPS paſſio eſt quam aquoſi humoris copia comitatur, propter ſanguificandi facultatem vitiatam: eſt autem morbus diuturnus, ex frigiditate hepatis magna ex parte ortum habens. Sunt autem tres hydropis ſpecies, anaſarca, aſcites, & tympanites, quæ diſtinguuntur tum ratione materiæ, tum ratione loci. Anaſarca eſt pituitoſi aquoſique humoris in toto corpore diſſeminatio. In hoc morbo tota corporis moles incrementum ſumit præter naturam; totum enim intu-

Digitized by Google

meſcit & humore oblinitur,qui è flegmatico ſanguine mixtus eſt. Hîc materia pituitoſa effunditur inter cutem & carnoſum genus totius corporis,ſpongiarumque inſtar imbibitur in toto corpore,contingitque ab eius copia in vniuerſo corpore malum colorem enaſci. Aſcites verò eſt, cùm in totum illud ſpatium, quod inter peritonæum & inteſtina vacuum eſt,ſpatiumque abdominis dicitur,flatuum quidem copia,maior tamen aquæ quantitas quàm vaporum colligitur. In hoc malo primò venter abdomenque ſenſim,& tandem etiam crura diſtenduntur & intumeſcunt, reliquæ verò corporis partes extenuantur. Cùm verò maior eſt copia flatuum quàm aquæ, à quibus abdomen præter rationem diſtenditur, tympanites dicitur,tunc flatuum potius percipimus ſonum quàm humoris ex abdominis percuſſione,ſonum enim tympani percipiet,vnde etiam nomen haber; naturalis quoque color faciei magis eſt hîc conſtans. In aſcite verò ſonus talis non percipitur,ſed dum de latere in latus deuoluitur æger, venter fluctuat,vti veſica media repleta.

PARS AFFECTA eſt maiori ex parte ipſum iecur; hoc enim inſtrumentum eſt ſanguinis generatiuum. Hydrops autem non generatur,niſi vbi ſanguificationis officina deficit, neceſſarium eſt ergo in hoc morbo ipſum iecur affici. Contingit autem hydropem ſæpiſſimè excitari, ob primariam iecoris affectionem, tunc ſemper ferè exigua tuſſis comitatur, propterea quòd iecoris moles circa pulmones anguſtiam aliqualem facit; alui quoque excrementa minimè erunt liquida: contingit quoque iecur ſubinde affici per conſenſum, aliquando quidem meſenterij,lienis,ventriculi,ieiuni inteſtini,venarum mezaraicarum,vnde venarum etiam conſequitur debilitas, quibus ad iecur alimenta transferuntur, ſicque cumulantur in inferioribus partibus excrementa,donec corrumpantur & grauare incipiant, tuncque profluuio alui ſæpe corripitur æger.

SIGNA communia hydropis, febricitant magna

ex

ex parte, multumque sitiunt hydropici, potissimùm qui ascite laborant propter humores putrefactos & salsos, cibum fastidiunt, concurrit color ex virore quasi albicans, adest spirandi difficultas corporisque grauitas, pedum tumefactio concurrit, propter distantiam à corde. In anasarca totum corpus quasi eneruatum languet, & æqualiter quasi intumescit, maximè tamen in pedibus atque tibiis sub noctem vestigium impressi digiti aliquandiu remanet, manè bona ex parte euanescit, venter hîc minimè inflatur vt in ascite, tactus tamen magis crassum experitur, carnes emortuo corpori persimiles habet æger, molles enim, laxæ, pallidæque efficiuntur, febris ferè lenta concurrit, vrinæ tenues albæque funduntur, spiritus quouis tempore impeditè trahitur, & potissimùm post alimenta; in ascite autem contingit ventrem intumescere magis, & aliàs corporis partes contabescere, spiritus difficulter trahitur, eò quòd diaphragma à tumore comprimitur, morboque increscente, paulatim incipiunt tumere pedes, femora, scrotum, fluctuationes excitantur in ventre dum de latere in latus mouetur æger, ex humore aquoso in abdominis capacitate conclusio: nec mirum, cùm intestina quasi in aqua natent, multum quoque vrinæ reddere solent in principio; paulò verò post, paulatim eius copia imminuitur, magisque fit rubicunda & crassa, multum quoque fit siticulosus æger, postea verò etiam febricitat. In tympanite autem facies non ita de naturali habitu recedit, ex ventrisque percussione, tympani quasi strepitum audiri contingit: non hîc moles tanta neque tam molesta adest atque in alcite, frequenter hinc intestina rugitu obmurmurant, multaque flatuum indicia concurrunt.

Cavsa. Iecoris venarumque refrigeratio magna, huius grauissimi diuturnique morbi causa est; quàm sequitur nimia humoris abundantia. Id autem iecori accidit aliàs per se. Subinde verò ita immutatur ex refrigeratione splenis, intestinorũ, mesenterij, septi

tranſuerſi,renum,qui aliquando propter eorum obſtructionem, aliàs quoque ob eorundem imbecillitatem, ſeroſam ſanguinis ſubſtantiam non attrahunt; item ex immodico ſanguinis profluuio ex naribus, nec non ex immodica menſium hęmorrhoidúmve vacuatione aut ſuppreſſione; ſic enim calor natiuus ſtrangulatur, ob ſpirituum vnà cum ſanguine iacturam factam. Ex dyſenteria quoque nec non lyenteria idem malum accidit diutius ſi perſiſtant; ſpiritus enim naturalis inſitúſque calor nimium diſſipantur. Icteritia denique, aut articulari morbo,podagra nimirum,coxendicúmve dolore laborantes, ſæpe in hydropem tranſeunt; ſic qui longis conſumuntur febribus,vnde inſitus calor atque ſpiritus nimium diſſipatur, ſanguificationíſque officina intercidit. eiuſdem quoque mali cauſa eſt ſubinde aquę frigidę immodica potatio poſt æſtum, corporíſve exercitationem,&, vt ſummatim dicam, quicquid ſanguificationis virtutem infringere poteſt, efficeréve ne iecur chymum in ſanguinem tranſmutare poſſit, hydropem efficere poteſt; aſcites tamen non tantùm ex partium nimia refrigeratione aut cruditate vt anaſarca ortum habet,ſed frequenter quoque fit ob ſolutionem continuitatis alicuius viſceris,aut vaſculi quo humores contineri ſolent,eáque ratione cauſę omnes quæ iecur vehementer exiccant,vt ardentes febres,potentium vinorum immodicus vſus: alimenta quoque multum calentia, hydropem ſæpe excitant,eò quòd viſcera,& frequentius quidem iecur ex occurſu ſiccitatis nimię quaſi exareſcant atque rumpantur,necnon dehiſcant, vt in terra ex nimia ſiccitate fieri ſolet; vnde humores in abdomen facilè per fiſſuram illabuntur in aſcite quaſi exudando atque deſtillando. Ex tumore duro iecoris, lienis aut alterius partis quoque fit frequenter; contingit enim viſcera ſic quoque frequenter findi propter nimiam eorum ſiccitatem atque humoris inopiam, vnde tempore etiam ipſa membrana ambiens frangitur, ſicque ſenſim ſeroſa excrementa in abdomi-

nis

nis capacitatem decidunt.

PROGNOSTICA. Aqua inter cutem laborantibus, vlcera in corpore facta, difficulter sanantur, propter nimiam humorum abundantiam. Quicunque suppurati, aut aquam inter cutem habentes vruntur, aut secantur, si aqua, aut pus vniuersum effluxerit, omnes moriuntur. Aqua inter cutem laborans si à tussi habeatur, aut si postquam sectus est malum redeat, desperatus est. Omnium periculosissima tympanites est, secundum locum obtinet ascites, anasarca verò ceteris facilior est curatu, significatur enim robur naturæ, cùm ad omnes partes diffunditur id quod noxium est. Omnes autem inueteratæ hydropes, & quæ iam habitum corrumpunt, sunt periculosissimæ, neque nisi cum magna molestia discutiuntur. A tumore duro iecoris vel lienis si fiat hydrops, insanabile fit malum. Phthisici hydropem incurrunt magna ex parte, eò quòd iecori malum communicetur; eluuies enim sanioſa atque virulenta viam inueniens, in iecoris substantiam diffusa aliquando obhæret, eiúsque substantiam corrumpit.

Methodus pro curatione

HYDROPIS INSERVIENS.

Perficitur autem subsequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr lucidus sit in quo æger versatur, modicéque ad calidum atque siccum declinet; morbum enim auget humidus ventosúsque aër.

Digitized by Google

Cibus. Carnes conueniunt leporinæ, cuniculorum, phasianorum, perdicum, pullorum, auicularum, gallinarum. Oua sorbilia atque gallinarum hepata plurimùm laudantur. Tempore cœnæ potius conueniunt assæ quàm elixæ carnes. Carnes bouinæ cùm difficulter concoquantur, vitentur. Iuscula carnium vix admittantur, nisi deiectorium sumpserit medicamentum. Cinnamomo atque caryophyllis condiantur alimenta: vti pisces, sic lacticinia vitentur. Nullo quoque modo legumina admittantur.

Potus sit vinum tenue, nequaquam dulce; cum hoc sitim nequaquam ita sedet. ab aquæ autem potu omninò abstineat. Vti autem tolerare famen magnum in hoc malo remedium, sic sitim perferre omnium maximè prodest.

Exercitium moderatum quamplurimùm prodest ante alimentorum assumptionem. Commendatur autem inter alia, equitatio, nauigatio, ambulatio, frictio, balneum siccum.

Somnus sit nocturnus, non multus.

Excrementa alui respondeant. à Venere abstineat.

Tristitia atque timor quemadmodum obsunt eò quòd digestionem impediant, sic nonnihil iuuat ira, solicitudoque.

PRAEPARANTIBVS.

Syr. de eupatorio, absinthio, de succo endiuiæ, cichorei.

Acetosus simplex, oxymel simplex.

Aqua cuscutæ, absinthij, prasij, radices ebuli, raphani, asparagi, fœniculi, apij, alkekengi, cuscutæ.

Decoctio absinthij, marrubij, eupatorij, cuscutæ, asparagi, radicum graminis, fœniculi, asari, petroselini, seminum anisi, fœniculi, cicerum rubrorum, glycyrrhizæ in vino albo.

Syr. Byzantinus, de endiuia, granatorum.

Oxysaccharum.

Aqua capillorum Veneris, endiuiæ, lupulorum, absinthii, prasii, fœniculi. Quan-

Digitized by Google

Quandoquidem frequenter iecoris aliqualis durities concurrit in hoc morbo, ea ratione aperientibus vrinámque prouocantibus vtemur medicamentis aliquamdiu.

VACVANTIBVS.

Diaturbith cum rhabarbaro, hiera diacolocynthidos, hiera logodij, electuarium Indum.

Pill. de euphorbio, mezereo, de rhabarbaro, de eupatorio cum ſucco ireos, de agarico, de ſagapeno.

Decoctum radicum ebuli aut ſambuci in vino. Sagapenum in pill. redigatur, nam vt braſſica marina iuuat.

Succus cucumeris agreſtis ſiccatus ſeu elaterium, ſuccus braſſicæ marinæ ſeu ſoldanellæ. Succus radicum ireos ſilueſtris, aut decoctum eius per aliquot dies in in aurora propinetur, talcolæ quoque huius radicis ſectę, vinóque albo maceratę xij. horarum ſpatio, exprimi poterunt, colaturáque bibatur. hoc remedio plerumque malum exſtirpari ſolet, modò curam admittat.

Rhabarbarum hepar roborat, agaricus. Senæ decoctum.

Thymelæa & ex ea elect. Meſ. magnam quidem aquarum copiam euacuat; verùm id fit cum magna moleſtia, hepatíque nocet, eáque ratione nequaquam in hoc affectu vtemur. idem quoque ſentiendum de laureola.

Aqua deſtillata corticis ſambuci, florum ireos.

Serum lactis caprini in quo per aliquot horas in cineribus calidis infundantur grana alkekengi aliquot, folia fumariæ, cuſcutæ, abſinthij, ſemina aniſi, fœniculi.

Vomitus inſtituetur hîc etiam magno cum commodo.

Venam autem hîc nullo modo ſecabimus, vti nec in tympanite, etiamſi vrina rubra fuerit, eò quòd intemperiem humidam augeat ſanguinis vacuatio, niſi à ſuppreſſis menſibus aut hæmorrhoidibus periculum impendeat, ne in hepar ſanguis irruat, ejúſque natiuum calorem opprimat ob maligna aliquam qualita-

Digitized by Google

tem,aut eiuſdem copiam.

Clyſteria vtilia multum hîc ſunt,ex ſuperiorum autem materia fient modiocriter fortia, aliquando verò leuia,potiſſimũ tamen in aſcite ſuccũ ireos ponemus.

Vnguentum de arthanita.

Ventriſectio fiet,ſi prædictis nihil profecerimus,ægérque iuuenis ſit & robuſtus,inciſio autem fiet quatuor quaſis digitis ſub vmbilico,idque ſplenis, iecoriſque tumore ſcirróque abſente pulmoníque vlcere,paululúmque reducatur phlebotome in latus dextrum aut ſiniſtrum; neque enim multum refert quodnam latus pertundatur; deorſum autem externa cutis reuelletur; ſic equidem melius oſcula vulneris occludentur,locum naturalem repetente externa cuticula; cauendum enim maximè hîc eſt,ne magna aquæ copia vno tempore effluat; poterit autem mediante ſiphone bis térve in die educi mediocris quantitas; pluribus enim vicibus euacuatio inſtituetur, non enim niſi maximo cùm periculo vniuerſam aquam vna vel duabus vicibus eduxerimus,vnde præſtat inſumere in eductione aquæ decem vel duodecim dies. Sectionis loco, cauterium potentiale etiam adhibebimus, viámque aperiemus, deinde actuali locus erit, hinc foramen exiguum facilè ſcalpello tenuiori cuſpide prædito,moliemur. Veſicatoria quoque medicamenta, ſcrotique ſcarificationes, fontanellæque in cruribus excitatæ hîc locum habent.

Magnæ vacuationes nequaquam fiant,ne virtus proſternatur ipſius iecoris, ſed frequenter atque parcè vacuabimus,intercerdentibúſque diebus aliquot, roborabimus ſtomachum atque hepar iis quæ ſubiiciuntur medicamentis.

ROBORANTIBVS *hepar, & reſoluentibus materiei reliquias.*

Troſchiſci de rhabarbaro,diacurcuma, dilacca,diarrhodon abbatis,diatrion ſandali,theriaca vetus.

Syred.

Digitized by Google

Syr. de abſinthio, eupatorio, capillorum Veneris, de praſio.

Succus eupatorij, cuſcutæ, abſinthij, aquà cuſcutæ, eupatorij, praſij, abſinthij.

Conſerua magna N. in principio mali mirificè opitulatur.

Decoctum guaiaci, radicum cyriæ, ſarſæparillæ.

Rhabarbarum, eupatorium, cuſcuta.

Fomentatio ventris fiat ex decocto florum camomillæ, meliloti, foliorum lauri, origani, roriſmarini, ſaluiæ, calamiuthæ, maioranæ, anethi, pulegii, ſulfuris, aluminis; fiátque decoctio partim in lixiuio, partim in vino albo; ne autem refrigeſcat, ſubinde lapides ignitos impones, dolium autem aliquod ita commodè aptabis, vt ventri applicarli poſſit.

Sacculus paretur ex ſuffure, ſale atque arena, baccis foliiſque lauri, ſeminibus aniſi, ventrique applicetur.

Balnea naturalia, ſulfurata, ſalſa, vel artificialia, ex aqua in qua decocta ſint radices ireos, bryoniæ, hyſſopus, maiorana, pulegium, calaminthum, roſmarinus, fœniculum, ruta, camomilla, anethum, baccæ lauri, iuniperi, ſulfur, ſal. hiſce reſoluendi facultas ineſt ſatis quidem valida.

Thermæ ſiccæ. Cochleæ tritæ ventri accommodentur emplaſtri modo.

Veſicatoria fiant in diuerſis locis ipſius ventris ex fermento, cantharidibus, aceto forti, & per decẽ horas ſupraponantur, veſiculæque vbi excitatæ fuerint, aperiantur, & conſeruentur apertæ per quadraginta vel ſexaginta dies, ſuperponẽdo folia braſſicæ, quæ inungentur butyro vel oleo, grano ciceris, aut ceræ momento foramini impoſito. ſcarificabimus quoque ſcrotum atque femur tumefactum audacter, vulnuſculáque faciemus parua. fontanellam quoque in tibia quatuor digitos ſupra talum excitare poterimus, ad modum quo venæ aperiri ſolent.

Vnguẽtũ Agrippę, oleo anethino liliorúmque addito.

Emplaſtrum de baccis lauri, radice cyperi, ſtercoréque caprino aut vaccino ſicco addito.

THEORICA ET EMPIRICA MEdicamenta nobilia in ASCITE, ſæpius cum ſumma ſalute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruele experta.

CVRATIO ASCITIS.

℞ radicum cyclaminis, ebuli, aſari ana ʒ ſe. foliorum mercurialis, braſſicæ marinę, eupatorij, abſinthij, pulegij, ana m.j. ſeminum carui, petroſelini, geniſtæ, aniſi ana ʒ iij. polypodij quercini, ſenæ Alexandrinæ ana ʒ ſe. florum geniſtæ m.j. coquantur in aqua q.ſ. ad ℔ j. colaturæ addatur diaturbith cum rhabarbaro ʒ v. benedictæ laxatiuæ ʒ iij. olei rutacei, irini ana ʒ j. ſe. ſalis communis ʒ j. fiat *Clyſtère*. eo ſæpius vtetur.

℞ ſyrupi de quinque radicibus, de eupatorio ana ʒ j. endiuiæ, acetoſi compoſiti ana ʒ ſe. aquarum cuſcutæ, cichorei, raphani, vini clari ana ʒ iij. fiat *Iuleb*.

℞ radicum ebuli, rubiæ tinctorum, aſari ana ʒ j. fœniculi, petroſelini ana ʒ ſe. cuſcutæ, eupatorij, endiuiæ, betonicæ, ſcolopendriæ, abſinthij ana m.j. glycyrrhizæ raſæ ʒ v. paſſularum enucleatarum ʒ ij. ſeminis carthami contuſi ʒ j. ſena. Alexandrinæ ʒ j. ſe. polypodij quercini ʒ v. agarici albi & leuis ʒ ij. ſe. ſeminis fœniculi, dauci, melonum ana ʒ j. florum geniſtæ m. ſe. zinziberis, cinnamomi ana ʒ j. coquantur in aqua q.ſ. ad ℔ j. ſe. colaturę adde ſyrupi Byzantini ʒ iij. aceti ſquillitici ʒ ij. ſacchari albiſſimi ʒ j. fiat *Potio*.

℞ diacatholiconis ʒ iij. diaturbith cum rhabarbaro ʒ ſe. agarici trochiſcati ℈ ſe. aquarum eupatorij ʒ iij. fiat *Hauſtus*.

℞ pillularum de rhabarbaro ℈ ij. aggregatiuarum ℈ j. ſem. elaterij gr. iij. ſucci radicum ireos q.ſ. fiant *Pilulæ*

Digitized by Google

Pillulæ octo numero.

℞ hieræ diacolocynthydos ʒ j. pillularum de rhabarbaro ϶ ſe. oxymellis compoſiti q.ſ. fiant *Pillulæ*.

℞ pillularum de euphorbio, aut de mezereo ϶ ij. ſe. de rhabarbaro ϶ j. ſyrupi de eupatorio ℥ j. aquarum eupatorij ℥ iij. hat *Hauſtus*: hîc ſyrupum & aquarum addimus vt citius operationem perficiat.

℞ dialaccæ, diacurcumæ ana ʒ iij. nucis muſcatæ, ſeminum petroſelini ana ϶ ij. glycyrrhizæ raſæ ϶ j. ſyrupi de abſinthio, de eupatorio ana q.ſ. ad *Electuarij* mollis conſiſtentiam.

℞ ſpecierum diarhodonis abbatis, trochiſcorum de eupatorio ana ϶ ij. ſucci radicum ireos ʒ vj. aquæ mellis ℥ iij. fiat *Hauſtus*.

℞ rhabarbari electi ϶ ij. maſtiches, ſpicæ, roſarum, laccæ ana ϶ j. foliorum laureolæ ſiccatorum, & infuſorum in aceto ʒ j. agarici albi & leuis, turbith ana ʒ ſem. euphorbij piſtati gr. vj. lumbricorum terræ exiccatorum ϶ j. pulueriſentur omnia ſubtiliter, addendo elaterij ϶ ſe. ſucci radicum ireos ʒ j. ſem. ſacchari albiſſimi in aqua endiuiæ & cichorei ana q.ſ. diſſoluti, fiat arte *Electuarium* in tabulis.

℞ diarhodonis abbatis ſine moſcho, dialaccæ, roſatæ nouellæ, trochiſcorum de rhabarbaro ana ʒ ſem. ſacchari albiſſimi diſſoluti in aqua cichorei & eupatorij ana q.ſ. fiat *Electuarium* in tabulis.

℞ trochiſcorum alkekengi ϶ j. carnis erinacei in ſole exſiccatæ ϶ ij. ſe. radicum aſari ϶ ſe. oxymellis ſquillitici ℥ j. decocti radicum raphani, ebuli, glycyrrhizæ ℥ iij. fiat *Potus* diureticus.

Vomitus in principio mali ſi prouocetur, plurimùm iuuabit; ab eo tamen abſtinendum erit vbi morbus multum increuerit.

℞ radicum aſari, ariſtolochiæ rotundæ ana ʒ j. ſem. rutæ, lupinorum, petroſelini, cumini ana ʒ ij. cicerum rubrorum ʒ j. ſucci panis porcini, braſſicæ marinæ ana ℥ ſem. laureolæ, thymelææ ana ʒ iij. olei ſcorpionũ ℥ j.

Digitized by Google

ceræ q.ſ. fiat *Linimentum* pro regione renum, vmbilici, atque veſicæ.

℞ vnguenti Agrippæ ʒ j. ſe. arthanitæ ʒ j. martiati, olei nardini, ſcorpionum ana ʒ ſe. ſucci rutæ ʒ ij j. aquæ vitæ ʒ ſe. aceti guttas aliquot, fiat *Vnguentum* arte.

℞ radicum ebuli ʒ j. ſe. bryoniæ, ireos ana ʒ j. baccarum lauri ʒ vj. florum camomillæ m. ij. ſeminum aniſi ʒ j. coquantur in aqua & vino q.ſ. ad mollitudinem, addendo rebus piſtatis farinæ lupinorum, cumini ana ʒ ſ. ſe. ſulfuris ʒ j. ſtercoris vaccini vel caprini ʒ vij. mellis q.ſ. fiat *Cataplaſma* molle pro ventris regione.

℞ emplaſtri de baccis lauri ʒ j. ſe. vnguenti Agrippæ, radicum ebuli ana ʒ ſe. ſtercoris vaccini, columbini ana ʒ ij. ſulfuris vini ʒ iij. ſe. cum vrina infantis & melle q.ſ. fiat pro ventris regione vt prius *Cataplaſma*.

APPENDIX
ad prædicta pro curatione ASCITIS inſeruiens.

Omnium primò humores hîc bene concoquantur. Demum quæ aquoſos potius quàm alios humores, abſumere è corpore que propellere poſſunt, præſcribantur, quibus ea addentur quæ iecur confortare, eiuſque intemperiem emendare poſſunt, id quod fieri poterit tam ſumptis quàm admotis medicamentis. Quæ omnia nunc anteáque dictis medicamentis feliciſſimo cum ſucceſſu conſequi poterimus, modò vniuerſalia particularibus debita ratione applicentur. Deinde ſyptomata emendanda ſunt, vt ſunt ſitis, partium corporis tumores, vrinæ difficultates, aliáque ſi quæ vrgeant accidentia grauia. Cataplaſmata autem atque vnguenta ventri cautè ſunt applicanda; iecoris enim regionem ne attingant diligenter cauendum eſt. Pro tibiis inflatis, balneum fiat cum lixiuio facto de cineribus caulium, vitis, ficus, radicum aſphodeli, alumine ſale communi. Hinc fiat Cataplaſma cum ſtercore caprino, vaccino, ficubus, vino. In tympanite, quæ flatus validè diſſumere poſſunt, præſcribantur, eáque ratione emplaſtra multùm

calefa-

Digitized by Google

calefacientia atque exsiccantia imperentur, vt est emplastrum de baccis lauri, de stercore caprino, vaccino, sulfure, oleo rutaceo, baccis lauri. Anasarca, purgantibus medicamentis, vomitúmque cientibus, curabitur. Hinc balneis, stuphísque siccis, iisque quæ sudorem mouere possunt, curabitur. Si vires quoque constent, & si malum fiat à mensium hæmorrhoidúmve suppressione, venam secare licebit in anasarca; nequaquam autem admittetur in tympanite, nec in ascite etiam si vrina maximè intensum colorem habeat, cùm si hepatis intemperies frigida magis augeatur. Si verò ascites periculum impendeat ob mensium, hæmorrhoidúmve suppresionem, tunc secanda erit vena, ne ad iecur regurgitet materia noxia, vnde iecur tandem obrueretur.

Methodus pro cognitione

CALCVLI INSERVIENS.

CALCVLVS renum, est substantia quædam dura toto genere præter naturam, instar lapidis vel tophi in substantia finibúsve ipsorum renum genita, vnde vrinæ impetu sæpe per angustos vreteres in vesicam defertur, si non nimium magnus fuerit, qui maximo cum dolore meatus vrinarios dilatando & quasi dilacerando excrutiat, si subsistere propter magnitudinem contingat & inæqualis existat: quemadmodum autem illi non semper vnus est color formaque vna, sic nec vna semper magnitudo, aliquando enim in renibus lapides gignuntur parui, subinde maiores, aliquando numero plurimi, nonnunquam pauci, qui frequenter multum variant tum forma, tum aspericate, tum colore. A colico dolore hoc differt malum, cùm ille plerumque per omnem ventris regionem euagetur. In hoc

Digitized by Google

verò malo, dolor quaſi fixus eſt. A materia autem efficiente hoc malum nomen habet.

PARS AFFECTA. Renes affectos eſſe indicabit ipſe dolor cum poſitu, in renum enim loco quaſi ſtabilis dolor, iugiter ſæpe affligit, in dextro quidem latere aut ſiniſtro, aut vtroque, prout ren dexter vel ſiniſter vel vterque affectus erit. Generantur autem calculi, aut in renum ſtomacho ſinibúſve, vel in carne eorundem, ſubſtantiáve. Aliquando etiam generantur calculi in iecore, pulmone, inteſtinis, iuncturis, aliiſque corporis partibus, ſed frequentius multo generantur in veſica atque renibus, de quibus potiſſimùm hîc ſermo eſt.

SIGNA. Magnum concurrit ſæpe cibi faſtidium, frequentes etiam eduntur ructus, dolor vrget in loco renum ſæpe acerbiſſimus, cùm in vrinarios meatus illabitur calculus, vel cùm ita ſedem mutat intra renem, vt membranam attingere poſſit, dolorque tunc potiſſimùm intenditur, cùm motibus vehementioribus corpus exercetur, ſpinamque crebrius inflectit æger, dolor autem hic tactus haudquaquam exacerbatur, vti fit dolor à catarrho decumbente fiat. ſæpe quoque ita vrget lapis cum ſibi exitum parat, vt infixi aculei ſenſum exibeat, quamdiu verò quieſcit, dolor grauans potius quàm punctorius ſentitur in rene incumbens, qui magna ex parte ſtabilis & fixus eſt, qui ſubinde etiam ad teſtem proximum & aliquando etiam ad coxendicem excurrit, excrementa alui magna ex parte detinentur, vnde dolor in renibus augetur, eò quod tũ etiam à fæcibus vel flatibus comprimantur renes: nauſea quoque concurrit, & ad vomitum irritatio, doloribuſque increſcentibus, nauſea maior oritur, tandem etiam vomitus pituitæ, hinc bilis flauæ, ſubinde etiam æruginoſæ ſequitur, vnde dolores miteſcũt, renes equidẽ ventriculo copulantur mediante peritoneo. Dolores quoque ex decubitu in partem aduerſam & ex ſumpto alimento in-

Digitized by Google

increſcunt,vti acceſſiones minuuntur, ſi cibo vacuus ſit æger, etiam ſi per inediam affectus non tollatur. ægrè ſpina inflectitur, nullúſque circa locum affectum tumor eſt perſpicuus. crus atque femur quòd è directo lateris affecti eſt, ſæpe obtorpeſcit propter compreſſionem neruorum,eiuſdémque lateris teſticulus quaſi retrahitur;contingit equidem quòd teſtes atque crura renibus conſentiant mediantibus venis, arteriis atque neruis,qui dorſo iucumbunt,& per dictas corporis partes transfunduntur. Vrina tempore paroxyſmi tenuis & pauca eſt, ſæpe quoque hinc fit ſanguinolenta,potiſſimùm tamen poſt equitationem & laborem,& dum calculus è renibus transfertur. Et ſi lapis vrinarios meatus obſtruat, maximus dolor, potiſſimùm ſi aſper ſit, excitatur. Remeante autem in renem calculo, aut ſi ex meatu vrinario in veſicam protrudatur, craſſa magnáque copia profluit vrina, cum qua aliquando arenulæ inæqualéſque calculi educuntur. Contingit autem frequenter, quòd ij qui diu obnoxii fuerunt huic malo, craſſam ſubrubrámque vrinam reddant,quę aliquando etiam turbida permanet,aliàs verò ſedimentum arenoſum, rubrum atque viſcoſum deponit. talis vrina ſæpe redditur per plures menſes & annos abſque aliquo vitę incommodo: nec mirum, cùm etiam calculi mediocriter magni in renibus mortuorum frequenter inuenti ſint,abſque vlla moleſtia in dorſo habita antè. Cùm in veſica lapis obhæret,dolor in pubis regione,& pruritus in canali virgæ percipitur,commune vtrique malo, eſt vrinæ retentio,quam æger ſæpe profundere parturientium modo laborat, dolor quoque punctorius concurrit.

Cavsa calculi eſt arenoſa calculoſáque renum conſtitutio, concurrente ſæpe renum immodico calore, & maxima quoque ex parte,craſſorum viſcidorúmque humorum copia.

Prognostica. Rariùs hoc malo moleſtantur qui ſolutam aluum habent, frequentérque vomunt,

Digitized by Google

Difficillimam curationem recipit in ſene calculus renum; éſtque ſenibus magis frequens tormentum quàm pueris, cùm hi in veſica hunc potiùs experiantur. Corporibus quoque craſſioribus rarius hoc malum inſidiatur. A parentibus autem prolibus hoc malum ſæpe imprimi ſolet. Leues rotundíque calculi faciliùs excluduntur quàm longi atque aſperi. Minimo etiam calculo multum ægri cruciantur, dum per vrinarios meatus propellitur, qui antea hoc malo non laborarunt. Magna ex parte renum calculi ſubrubri, ſubinde quoque albi ſunt, dum pure renes perfunduntur. In viuentibus autem ſæpe calculi præſentia in renibus deprehenſa eſt, ſola ſanguinis mixtione, nullo alio concurrente incommodo, in quibus contingit aliquando quòd præter omnem opinionem in tali caſu dolor excitatur omnium acerbiſſimus; contingit quoque hunc dolorem redire poſt longa aliquando interualla, quaſi per periodos quaſdam. A renum calculo, renum vlcus ſæpe originem habet; ille enim ſuo attritu renes quaſi exedit comminuitque; tunc autem magna ex parte cruenta vrina purulentam præcedit abſque vlla febre, renum quoque calculus faciliùs comminuitur quàm veſicæ; propter loci diſtantiam duritiémque quam in locis illis lapis ille inducre ſolet; ex vtroque tamen periculum impendet, ne ex vrinæ ſuppreſſione aut apoſtema, quod ex dolorum ſæpe ſæuitia excitari ſolet, aut morbus irruat; adde quòd veſicæ calculus ſi magnus ſit, non niſi ſectione tollitur.

Metho-

Digitized by Google

Methodus pro curatione

CALCVLI INSERVIENS.

Perficitur autem ſubſequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr lucidus atque temperatus conuenit.
Cibus. Carnes conueniunt vitulinæ, agninæ, auicularum, ſintque potiùs elixę quàm aſſatę. Moderatè autem ſumat alimentum; ſatietas equidem non ſolùm exaſperat malum præſens, ſed etiam morbum hunc generat frequenter. Lacticinia, omniáque viſcoſa vitentur.
Potus. Vinum mediocre conuenit, nec non ptiſana, iuſcula carnium.
Exercitium in hoc malo conuenit admodum moderatum.
Somnus ſolito admittatur diutius.
Excrementa alui reſpondeant quotidie. Plurimùm autem preſeruationis cauſa, proderit ſemel in menſe ſumere 3 x. caſſiæ recenter extractæ cum iuſculo carnium, in quo ſemina alkekengi decocta ſint.
Animi perturbationes vitentur.

PRÆPARANTIBVS.

Syr. de duabus vel quinque radicibus.
Syr. Byzantinus.
Acetoſus ſimplex.
Oxymel ſimplex.
Aqua ſaxifragiæ, betonicæ, pulegii, calaminthæ.

VACVANTIBVS.

Clyſtere ex decocto radicum althææ, ſeminum aniſi,

Digitized by Google

fœniculi, carui, florum camomillæ, meliloti, anethi, maluæ, violarum, ficuum pinguium, benedicta laxatiua, oleo anethino, camomelino, scorpionum, butyro recenti; oleo amygdalorum dulcium, cassia fistula additis.

Diacatholicum, electuarium elescopi, benedicta laxatiua, hiera picra.

Cassia fistula alternis diebus cum decocto communi detur.

Rhabarbarum, agaricus.

Vomitorium medicamentum.

Suppositoria.

Venæ sectio fiat cubiti lateris dolentis, si corpus sit plethoricum, inflammationisque periculum ex incursu humorum cum dolore acerbissimo, vrgeat.

Clysteribus potius tempore paroxysmi vtemur quàm medicamentis per os sumptis, dolorem equidem citius leniunt, cùm subitò onere inutile intestina reneſque leuent. integris quoque quasi viribus ad renes perueniunt emollientium doloremque sedantium vires; vnde grauitas dolorque lumborum mitescit manifestè; parua autem sit quantitas quæ iniicitur, ne copia renes comprimantur.

RELAXANTIBVS *meatus vrinarios, dolorémque mitigantibus.*

Clystere prædictum, aut ex solo oleo camomelino, addita cassia fistula.

Iuscula pinguia carnium sæpe sumantur, in quibus althæa, malua, butyrum incoquantur.

Terebinthina cum nuce muscata permixta detur, postea haustum vini albi ebibat.

Fomentatio fiat cum aqua in qua folia althææ, furfures, camomilla, semina anisi, fœniculi, carui sint decocta.

Balneum ex decocto seminum lini, fœnugræci, florum camomillæ, meliloti, maluæ, radicum althææ.

Vn-

Digitized by Google

Vnguentum pro renum regione ex oleo liliorum, amygdalorum dulcium, violarum, camomillæ, axungia gallinæ, butyro recenti.

Vnguentum Agrippæ, dialthææ.

Cucurbitulę ſecundum ductum vaſorum diureticorum applicentur; idque vna poſt aliam, ad pubem deſcendendo obliquè; adeò enim coaceruatim mouent lapidem, vt dolores repentè ſupprimantur, lapide nimirum in veſicæ amplitudinem tranſuecto.

Cataplaſma ex floribus camomillę, meliloti, farina lini, fœnugræci, tritici, lupinorum.

DVCENTIBVS *vrinam, lapidéſque comminuentibus & expellentibus.*

Lithontripon cum terebinthina lota, aut cum decocto radicum graminis, fœniculi.

Elect. Iuſtinum, de cineribus ſcorpionum, dialacca.

Decoctum ligni guaiaci. Scorpionum cinis, mandibulæ lucii piſcis, teſtæ ouorum ex quibus pulli excluſi ſunt.

Conſerua magna noſtræ deſcriptionis mirabiliter in præſeruatione valet.

Conſerua radicum apii, raphani, naſturtii aquatici, terebinthina in latere candente vſta, perſicorum nuclei & ceraſorum.

Sanguis hirci adhuc calens, cui, ne in grumum concreſcat in ventriculo, coaguli aliquid adiicietur.

Puluis leporis cum pelle exiccatus in furno, fructus alkekengi contuſi, vinóque percolentur, lapis Iudaicus.

Motacilla auicula, empetrum, ſemina ſaxifragię, pimpinellæ, ruſci, fœniculi, petroſelini, raphani, milii ſolaris, geniſtæ.

Decoctum raphani, cicerum rubrorum, petroſelini, ruſci, aſparagi, maluæ, fœniculi, apii, vrticæ, ſaxifragiæ, radicum graminis.

Cortex raphani acerrimi contuſa, vinóque albo macerata.

Flores geniſtæ in oleo camomelino macerentur, & inſolentur.

Digitized by Google

Oleum de cerasis,oleum scorpionum simplex:hisce vtetur medicamentis cùm sumit quod calculum frangit.

Cucurbitulæ prædicto modo applicatæ.

Balneum sulphureum.

Syringa, vrina si subsistat,educi poterit; scamno autem insideat,genuáque dilatet, cum qua quoque immitti poterit diureticum aliquod medicamẽtum;vt oleum scorpionum,postquàm excreta erit vrina. Cùm autem vrinam educere vis , filum duplicatum per syringæ concauitatem traducatur,eiusdémque fili extremitate pauxillum lanę aut cotonis fortiter alligetur;ita vt concauitatem syringę subire possit,dum altera fili extremitate introducitur; non poterit enim non subsequi vrina,si commodè in virgam mittatur, filúmque trahatur.

Priusquam medicamenta lapidem comminuentia exhibeantur,dolor mitigari debet,corporísque sentina expurganda est;alioqui enim humores circumiacentes, cum medicamentis diureticis lapidémque comminuentibus , ad partes affectas deferentur ; paulatim autem comminuere debemus lapidem inueteratum.

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAMENTA *nobilia ; in* CALCVLO *sæpius cùm summa salute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruel experta.*

CVRATIO CALCVLI.

℞ radicum petroselini,althææ,aristolochię rotundę ana ʒ ß. foliorum betę,maluæ,mercurialis ana m.j.furfurum ʒ j.florum camomillæ,melilоti ana m.j. ß. seminum geniste ʒ iij.fructuum alkekengi ʒ v.seminis lini, fœnugræci ana ʒ iij. ficus pingues octo numero , coquantur in aqua q.s.ad ℔ j.colaturæ addatur electuarii elec-

eleſcopi ʒ j. benedictæ laxatiuæ ʒ ß. olei rutacei, camomelini ana ʒ j. ß. olei ſcorpionum ʒ vj. terebinthinæ Venetæ ʒ ß. ſalis communis ʒ j. fiat *Clyſtere*. Reddito clyſteri, capiat per os olei amygdalorum dulcium ʒ ij. vini maluatici ʒ iiij. fiat *Hauſtus*.

℞ olei camomelini, olei ſeminum lini ana ʒ v. amygdalorum dulcium ʒ ij. rutę ʒ j. ß. fiat *Clyſtere* anodynum, ſæpius autem dari debet, aut eius loco ſumi poterit ſolum oleum oliuarum.

℞ foliorum maluæ m. ij. parietariæ m. iij. arthemiſiæ, rutę, hypericonis ana m. ß. radicum fœniculi, petroſelini ana m. iij. ß. florum camomillæ, meliloti ana m. ij. ß. ſeminum lini, fœnugræci ana ʒ iiij. fiat *Balneum*.

℞ radicum althææ ʒ j. foliorum maluæ, althææ ana m. j. ß. furfurum, florum camomillæ, meliloti ana m. ij. ficuum pinguium numero octo, ſeminum lini, fœnugræci, anethi ana ʒ j. ß. coquantur in ſufficienti quantitate aquæ ad tertiæ partis conſumptionem, fiat *Fomentatio* pro renum & veſicæ regione.

℞ olei liliorum alborum, adipis humanæ ana ʒ ß. olei camomelini ʒ j. olei de nucleis perſicorum ʒ vj. pro dorſo fiat *Vnguentum*.

℞ parietariæ m. iij. florum camomillæ, meliloti ana m. ij. ficuum pinguium numero decem, foliorum maluæ m. ij. ſeminum milii ſolis, lupinorum ana ʒ v. coquantur in aqua q. ſ. ad mollitudinem, hinc piſtentur, addendo farinæ lini, fœnugræci, hordei, tritici ana ʒ ſs. olei camomelini, anethini, butyri recentis, adipis cuniculi ana q. ſ. croci ϑ j. fiat *Cataplaſma* doloris ſedatiuum.

℞ aquę calidę ʒ iiij. olei crudi ʒ j. ſyrupi acetoſi ſimplicis ʒ j. ß. miſceantur, fiat *Potio Vomitoria*, maximè quidem dolorem lenire ſoler.

℞ ſeminum aniſi, milii ſolis ana ʒ iiij. radicum fœniculi, petroſelini, althææ ana ʒ j. ſeminum apii ʒ ß. glycyrrhizæ raſæ ʒ vj. ligni guaiaci ʒ j. ß. foliorum maluæ,

Digitized by Google

ſummitatum althęę ana m.j.ſ.fructuum alkekengi numero quatuordecim, ficuum pinguium, prunorum damaſcenorum ana numero vj. vuarum paſſarum ab acinis mundatarum ʒ ß. foliorum maluæ, violarũ, florum bugloſſę,boraginis ana m.j.quatuor ſeminum frigidorum maiorum ana ʒ j. turbith albi & gummoſi, agarici albi & leuis ana ʒ j. ſs. coquantur in aqua q.ſ. ad ℔ j. ſs. colaturę addatur electuarii eleſcopi,benedictę laxatiuę ana ʒ ſs. fiat,*Potio.*

℞ caſſiæ recenter extractę ʒ j.ſumat ante cibum media hora cum decocto glycyrrhizę,prunorum damaſcenorum,vuarum paſſarum. Per biduum autem antequam medicamenta quæ lapidem comminuunt & educunt, propinetur hic *Hauſtus.*

℞ electuarii eleſcopi,benedictę laxatiuę ana ʒ iij.ſs. diaturbith cum rhabarbaro ʒ j.ſs. ſacchari albiſſimi q.ſ. fiat *Bolus.*

℞ electuarii eleſcopi ʒ iij.ſs.caſſiæ recenter extractę ʒ ſs.ſeminis petroſelini,nucis muſcatę ana ℈ j.aquę florum fabarum ʒ iij.fiat *Hauſtus.*

℞ radicum filipendulæ ʒ ſs. rubiæ tinctorum ʒ ij. radicũ althææ ʒ ſs. cicerum rubrorum m.j.ſs. ſeminum iuniperi ʒ ſs.ſeminum aniſi,fœniculi,dauci ana ʒ j. ſeminum alkekengi ʒ v.florum keiri m.j. ſeminis carefolii ʒ ij.vuarum paſſarum mundatarum ʒ ſs glycyrrhizæ raſæ ʒ iij.fiat decoctio in aquæ & vini Rhenenſis ęquali quantitate ad ℔ j. ſs. colaturæ addatur ſacchari parum, fiat *Potio.*

℞ ſanguinis hirci præparati ʒ j. gummi tragacanthi ʒ ſs. milii ſolis , corticum ouorum è quibus pulli egreſſi ſunt ana ℈ j. nucis muſcatæ ʒ j. fiat *Pulvis* , ſumatur quatuor vicibus cum potione præſcripta.

℞ milii ſolis ʒ ij. ſeminis petroſelini Macedonici ℈ ij.aniſi,fœniculi,leuiſtici,baccarum lauri ana ℈ j. piperis longi,ſaxifragię,dauci ana gr.quindecim,macis ℈ ij. ſs. fiat *Pulvis.*

℞ ſpe-

Digitized by Google

℞ ſpecierum electuarij dulcis ℈ ij. puluerisreginæ, lithontripi ana ℈ i. ſpecierum diatrii ſandali ſine camphora,pulueriselectuarii de baccis lauri ana ℈ ſe. ſeminis ſaxifragiæ,nucis muſcatæ ana gr.v.croci gr.iii.cinnamomi ʒ ſem:ſacchari albiſſimi diſſoluti in aqua catdui benedicti q.ſ.fiat *Electuarium* in tabulis,doſis ʒ i.ſe.

℞ cicerum rubrorum ℈ i.ſe.ſeminum geniſtæ, petroſelini,dauci,milii ſolis ana ʒ ii.macis ʒ i.fiat *Puluis*.

℞ ſeminum geniſtæ ʒ ii.radicum ſaxifragiæ ʒ iii.ſpecierum lithontripi ʒ ſe. puluerisglycyrrhizæ ʒ ſe. fiat *Puluis*,doſis ʒ i.cum ſucco fœniculi,petroſelini,vino albo ana ℈ i.ſe.fiat *Hauſtus*.

℞ milii ſolis,ſeminum apii,cucumeris:alkekengi ana ʒ iii.chamædryos,cicerum rubrorum, ſaxifragiæ ana ʒ i. cineris ſcorpionum ʒ i.fiat *Puluis*,detur ʒ i.cum aqua deſtillata ex herbis diureticis.

℞ olei keirini ℈ i. ſcorpionum, camomillæ, anethi ana ℈.ſem.pinguedinis hirci ℈ ii.ceræ parum, fiat *Linimentum*.

℞ olei lini,lilorum alborum, adipis humanæ ana ℈ ſe.olei camomelini, ſcorpionum ana ℈ i.fiat *Vnguentum*.

℞ vnguenti Agrippæ ℈ i. olei ſcorpionum ℈ ſe. olei de nucleis perſicorum ʒ iii. miſceantur, fiat *Vnguentum*. Emplaſtrum fiat ex materia eorum quæ in fomento ponuntur,addendo oleum lini, camomelinum, butyrum recens aut maiale,pinguedinem gallinæ.

APPENDIX

ad prædicta pro curatione CALCVLI inſeruiens.

Omnium primò clyſterio conuenienti aluus ſubducenda eſt, idque bis in ſeptimana; quibus ea etiam addemus quæ dolorem lenire, flatúſque diſcutere poſſunt. Cauendum autem vnicè ne validiores offerantur clyſteres; iis equidem humorum copia maior ad inteſtina trahetur,vnde meatus vrinarij comprimi poſſent; hinc venam ſecabimus ſi ratio dictet. Interim anodynis

Digitized by Google

medicamentis tam intrò quàm extra adhibitis, dolorem mulcebimus, hinc quæ humores concretos emollire, meatúsque renibus adiacentes ampliare possunt, imperabuntur omni ratione, vti est balneorum, insculorum pinguium, necnon catapl.smatum vsus; sic equidem posteâ cum diureticis medicamentis arenulæ nec non calculi faciliùs expellentur. Postquàm autem dolor remissus, humorésque concreti, emolliti, meatúsque ex parte reserati erunt, quæ lapidem comminuere atque expellere possunt medicamenta administrabuntur, & non antè. Priusquàm tamen hæc offerantur medicamenta, consultum est offerre, modò corpus sit plethoricum, aliquid quod ventriculum, intestina, vrinariósque meatus purgare possit; periculum enim est alioqui, ne humores dictis locis concluſi, ad renes vnà cum medicamentis lapidem comminuentibus, diducantur, sicque dolorem augeant. Posteà instituetur etiam enema cum hiera picra, lithontripo, electuario elescopi, benedicta laxatiua, oleo rutaceo, camomelino. Tandem per os ea propinabimus etiam medicamenta quæ calculum propellere possunt. Quæ omnia nunc anteáque dictis mendicamentis felicissimo cum successu consequi poterimus, modò vniuersalia particularibus debita ratione adhibeantur. Vti autem calculus renum & vesicæ magnam conuenientiam habent ratione causarum atque generationis, sic quoque in ratione curandi quasi conueniunt. Paulò tamen validiora præscribentur in vesicæ calculo remedia, eò quòd magis duram plerumque habeant substantiam, & per remotiora loca traduci debent medicamenta. Ventriculus autem roborabitur cum oleo macis, menthæ, absinthij, rosarum. Si ardor magnus in renum regione molestus sit oleo violaceo aut rosaceo inungentur, quibus parum aceti addemus. In vesicam autem calculus illapsus si sit, medicamentísque ob magnitudinem excludi nequeat, excindendus est.

Methodus

Methodus pro cognitione

DIABETES INSERVIENS.

DIABETES est proprium renum vitium, & velox exitus per vrinarios meatus, eius quod potatum est, eo à sua qualitate non mutato, siti inexhausta concurrēte. Seu est affectio diuturna circa renes consistens multum potum inducens, vnà cum hoc, quod quicquid bibitur, simul vt acceptum est, per vrinas nihil ferè immutatum, exuberanter reiicitur, quasi solummodò colaretur per renes.

PARS AFFECTA. Ren vterque hîc afficitur: id quod patet ex actione læsa; expurgant equidem venosum genus renes à sanguine seroso, imò in hoc morbo quasi vi rapiunt à partibus vicinis; venæ autem hac ratione exiccatæ, ab hepate trahunt, & sic per continuum ordinem etiam à ventriculo, eáque ratione potum continuò homo expetit, cuius initium à renibus procedit, propter eáque diabetes, renum est affectus. Accidit autem renibus idem hîc quasi quod accidit ori ipsius ventriculi in canina appetentia: attractrix equidem renum facultas immoderatè trahit; retentrix verò tam imbecillis est, vt retinere nequeat humorem attractum donec alteretur, vnde à qualitate sua non mutata, redduntur ea quæ bibita sunt. Est ergo symptoma in genere excrementorum immodicè.

SIGNA. Manifesta sentitur in renibus caliditas, sitis hîc sæpe vsque eò pertinax concurrit, vt nulla satietas ex humore assumpto contingat; imò cum clamore quandoque assiduè potum assumere coguntur, nec tamen satiātur, eò quòd euestigiò citissimè per lotiū reddatur id quod potatum est, parum aut nihil mutatum. Si autem pertinaciter retinere vrinam laborēt, testes intu-

meſcunt, nec non lumbi atque coxæ magnus calor in intimis partibus percipitur, ita vt illis vri viſcera videantur, eò quòd aquoſa ſanguinis humiditas, à qua temperari debebat ſanguis, à renibus attrahatur; imò tandem etiam partium ſolidarum humores attrahuntur à renibus, tandémque caliditate incrementum in viſceribus ſumente, tabes corporis accedit; corpus enim conſumitur ac veluti liqueſcit.

CAVSA. Sæpius eſt immoderata renum intemperies calida, cui retentricis facultatis imbecillitas quoque coniungitur. Aliàs idem malum quoque fieri obſeruatum eſt ab humoribus acerrimis renibus imbibitis, bile nimirum acri, fit quoque à pituita multum ſalſa. Aliàs etiam fit à venenoſa materia præſens hoc malum; aliquando enim pernicioſa qualitas ſanguini aut humoribus permiſta in renibus figitur. A potu quoque copioſiore vini, præſertim tenuis, frequenter vrina redditur; de eo tamen malo nihil hîc agimus, modò non concurrat ſitis immodica.

PROGNOSTICA. Totius corporis ſiccitas atque tabes tempore ſequitur, cùm non ſolùm humores venarum, ſed totius corporis attrahere renes in hoc malo contingat, ob earundem partium immodicam caliditatem. Erit in iuuene malum curabile, in ſene verò difficulter curabitur. Rurſus, ſi recens malum fuerit, curari poterit; inueteratum autem ſi euaſerit, vix quoque curabitur. Subitò autem hoc malum increſcit, ita vt eius principium atque incrementum vix percipiatur, antequam ad ſtatum peruenerit, vnde ſubitò quaſi videtur aduenire. Hácque ratione difficulter curatur; quòd non facilè in initio deprehendi queat. ardenti febri hoc malo laborans ſi corripiatur, incurabile eſt; propterea quòd humor radicalis immodicè exhauriatur à duabus cauſis validiſſimis.

Methodus

Digitized by Google

Methodus pro curatione

DIABETES INSERVIENS.

Perficitur autem subsequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr ad frigidum declinet atque humidum.

Cibus. Ea quæ bonum succum, interim crassum generare, humorúmque acrimoniam temperare possunt, præscribantur, iisque satis liberè alatur, ad frigidúmque nonnihil arte declinent. Lac amygdalorum, oua sorbilia, ptisanæ succus, pisces saxatiles, poma, pyra, oryza, caseus recens non salitus. Caro bouina, porcina macilenta & bene cocta, vitulina. Inter olera conuenit intubus, lactuca, portulaca. Ab iis quæ vrinam incitare possunt, abstineat, & ab omnibus acribus atque salsis.

Potus. Vinum astringens meracius, succus granatorum, succus ribes cum decocto intubi, lactucæ, myrtilorum.

Exercitium inhibendum; quies enim humorum motum componit.

Somnus admittatur consueto diutiùs.

Excrementa alui arte aut natura respondeant.

Animi pathemata immodica euitentur.

PRAEPARANTIBVS.

Syr. papauerinus, de acetositate citri, nenupharinus, buglossæ.

Syr. violaceus, rosaceus, myrtinus, de succo acetosæ, de rosis siccis.

Digitized by Google

Aqua portulacæ,violarum,nymphææ, intubi,acetoſæ, plantaginis,bugloſſæ.
Decoctum radicum & florum nenupharis, plantaginis, ſaccharo addito.

VACVANTIBVS.

Venæ ſectio fiat in cubito in mali principio,idque moderatè;præter enim quàm quòd reuellat, etiam plurimùm in hoc malo ardorem temperat; non autem ſi inueteratum malum ſit,vena ſecabitur: eò quòd magis corpus tunc inde incendatur,adde etiam quòd vires debiles nimium imminuantur.
Manna,caſſia,tamarindi,
Syr.de multiplici infuſione roſarum,
Diaprunum ſimplex,diacatholicum.
Rhabarbarum.
Clyſtere ex aqua in qua decocta ſint folia violarum, althææ,maluæ,pruna Damaſcena,addendo oleum violarum,caſſiam recenter extractam.

AVERTENTIBVS.

Venæſectio.
Vomitus cum oleo & aqua tepida procuretur.
Frictiones fiant brachiorum,capitis ſcápularúmque.
Sudoris prouocatio.
Diuerſiones hîc admodum conuenire, experientia conſtat.

SISTENTIBVS *motum ſeroſæ partis ipſius ſanguinis.*

Elect.fiat ex cornu cerui vſto,roſis rubris,balauſtiis,ſeminibus plantaginis, cydoniorum, portulacæ,acetoſæ,intubi,hypociſtide,myrobalanis citrinis, bolo Armeno,corallo,camphora, ſaccharo roſato, ſyr.myrtino,gummi Arabico,ſyr.violarum.
Decoctum quoque rerum prædictarum in vino rubro ſtiptico fieri poterit:colaturæ autem ſi addatur ʒ j.myrobala-

robalanorum citrinorum, præſtans fiet ſic medicamentum.

Trochiſci de ſpodio, de ſucco polygonii, de terra Lemnia, de camphora.

Theriaca, athanaſia magna, diacydonites ſine ſp. ſaccharum roſatum antiquum.

Conſerua florum nymphęę, roſarum, ſuccus ribes, ſuccus ſanguinariæ cum vino adſtringente.

Myrobalani conditi, caro ericii exiccetur in furno, doſis 3 j. cum vino rubro adſtringente, murium eſus.

Cataplaſma pro pectine, & lumbis, & hypochondriis ex lactuca, parietaria, portulaca, vitis foliis, farina hordeacea.

Vnguentum ex oleo roſaceo, myrtino, aceto roſaceo. Vnguentum roſatum M. Ceratum refrigerans Galeni.

Lanina plumbea perforata plurimis foraminibus, renum regioni applicetur, ſæpiúſque mutetur.

Emplaſtrum pro renibus ex malicorio, ſemine cydoniorum, burſa paſtoris, farina hordeacea, portulaca, roſis rubris, bolo Armeno, gummi Arabico, oleo myrtino, roſarum.

CORROBORANTIBVS, *calidámque renum atque iecoris intemperiem emendantibus.*

Trochiſci alkekengi cum vino aſtringente, aut aqua nulſa.

Ptiſana multum prodeſt.

Epithema pro hepate fiat ex aqua roſarum, nymphææ, intubi, acetoſa, aceto, corallo albo & rubro, ſandalis albis, ſeminibus portulacæ, acetoſæ, ſpica nardi, camphora.

Vnguentum pro renibus, pectine, hypochondriis atque lumbis ex oleo roſato, nymphææ, papauerino, myrtino, ſpica nardi, roſis rubris. Vnguentum infrigidans Galeni, populeonis, roſatum Meſuæ.

Sacculus ex floribus violarum, nymphææ, roſarum, ſemine intubi, portulacę, acetoſę, ſandalis albis ru-

briſque,ſpica nardi, plantagine,cichoreo.
Cératum ſandalinum,cui ſubinde ſuccum papaueris al-
bi addimus,ſi magnus ſit ardor in renum regione.
Cataplaſma ex portulaca,roſis,farina hordei,ſeminibus
papaueris,balauſtis, ſandalis, oleo myrtino,roſaceo,
cydoniorum, lumbricorum terreſtrium.
Emplaſtrum ex farina hordeacea, plantagine , roſis ru-
bris,balauſtiis, malicorio, hypociſthide, oleo myrti-
lorum.

CORRIGENTIBVS *accidentia.*

Colo adaptetur veſica ſuilla antè oleo emollita,hac ar-
te vt quicquid elabitur vrinæ veſica excipiatur.
Theriaca. Syr.de ſucco acetoſæ.
Syr. granatorum, de agreſta.

Priori ingenio efficiemus ne fœtor lecti,aut braccę oriatur,quod alioqui fieri ſolet, cùm omnia permingant in hoc malo ægri. Sitim autem poſteriora ſedant.

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAMENTA *nobilia , in* DIABETE *ſæpius cum ſumma ſalute plurimorum ægrotorum à Gudzero Bruel experta.*

CVRATIO DIABETES.

℞ radicum & foliorum althęę ana m. j.ſ.foliorum volarum,mercurialis,betæ,maluę ana m. j.hordei mundati m. ij, rhabarbari electi ʒ ß. myrobalanorum citrinorum ʒ iij. ſeminum quatuor frigidorum maiorum ʒ j. coquantur in aqua q. ſ. ad ℔ j ß. colaturæ adde diacatholiconis ʒ j. ß. olei violacei ʒ iij. fiat *Clyſtere.*

℞ ſyrupi nenupharini,roſarum ana ʒ j.ſs.myrtini,de ſucco oxalidis ana ʒ ſs.decocti plantaginis,myrtibrum, ſanguinariæ,violarum ℔ j.miſceantur,fiat *Iuleb*

℞ diacatholiconis ʒ iij. ſyrupi de multiplici infuſione roſarum ʒ j. ſs. caſſiæ recenter extractæ ʒ ß myrobala-

balanorum citrinorum ℈ j. ß. rhabarbari ℈ ß. aquarum acetosæ, violarum ana ʒ j. ß. fiat *Haustus.* aut,

℞ pulpę cassię fistulę recenter extractę ʒ v. pulpę tamarindorum ʒ iij. rhabarbari electissimi ℈ j. ß. sacchari rosacei q.s. fiat *Bolus.* detur in aurora. Dissolui quoque poterit iusculo carnium si hac ratione magis gratum fuerit ægroto medicamentum.

℞ radicum boraginis, buglossę ana ʒ j ß. plantaginis ʒ j. foliorum violarum, plantaginis ana m. j. seminum plantaginis, portulacę ana ʒ iij. florum boraginis, violarum, nymphęę, buglossę ana m. j. myrobalanorum flauorum ʒ vj. coquantur in aqua ad ℔ j. ß. colaturę adde syrupi de multiplici infusione rosarum ʒ ij. fiat *Potio.* Vnciis quatuor huius mixturę, adde tempore vsus rhabarbari electissimi, myrobalanorum citrinorum ana ℈ ij. detur in aurora.

℞ conseruę buglossę, miuę cydoniorum ana ʒ j. gummi tragacanthi in aqua rosarum soluti ʒ iij. sanguinis draconis, boli Armeni ana ℈ ij. ß. misceantur cum syrupo de papauere q.s. fiat *Electuarium.*

℞ cornu cerui vsti, carnis ericii in furno exiccatę ana ʒ ß. seminum plantaginis, portulacę, antheræ ana ℈ ß. sacchari albissimi in aqua plantaginis dissoluti q.s. fiat *Electuarium* in tabulis.

℞ trochiscorum de spodio ʒ v. cupularum glandium ʒ j. ß. seminum rosarum, portulacę ana ℈ j. carnis cydoniorum absque speciebus ʒ ij. syrupi myrtilorum q.s. fiat *Electuarium* mollis consistentiæ.

℞ carnis ericii in furno exiccatę ʒ iij. rosarum rubrarum ʒ j. ß. spodii ʒ iiß. boli Armeni ʒ j. seminum coriãdri præparati, lactucæ, portulacæ ana ʒ ij. ß. camphoræ ℈ j. ß. syrupi violarum q.s. fiat *Electuarium* molle.

℞ boli Armeni ʒ j. balaustiorum, rosarum rubrarum, spodii ana ʒ j. ß. seminis plantaginis, lactucę, portulacę ana ʒ ij. gummi Arabici ʒ ß. camphoræ ℈ ß. syrupi myrtilorum q.s. fiat *Massa Pillularum.*

℞ trochiscorum alkekengi ʒ ß. de carabe ʒ j. ß. thuris,

Digitized by Google

gummi Arabici ana ʒ j.cinnamomi ʒ ij. fiat *Puluis*, aut cum miua cydoniorum q.ſ. fiat *Electuarium* molle.

℞ myrobalanorum citrinorum conditorum ʒ ij. conſeruæ florum nymphææ ʒ j. ſs. trochiſcorum de ſpodio ʒ j. ſs. roſarum rubrarum ʒ ſs. ſacchari roſati ʒ j. ſs. ſyrupi nymphææ q.ſ. fiat *Mixtura*.

℞ radicum & foliorum plantaginis ana m. ij. granorum ſumach ʒ iij. roſarum rubrarum m. j. ſeminum portulacæ ʒ j. antheræ ℈ ij. ſandalorum alborum & rubrorum ana ʒ j. coquantur in aqua q.ſ. fiat *Fomentatio* ipſorum renum, decocto calente.

℞ aquæ roſaceæ ʒ vj. endiuiæ, cichorei ana ʒ viij. aceti ʒ j. ſandalorum ʒ ij. ſeminum plantaginis ʒ j. fiat pro hepatis regione *Epithema*: ſolet equidem ſequi ad hoc malum hepatis intemperies calida.

℞ omnium ſandalorum ℈ j. cornú cerui vſti ℈ ſs. roſarum rubrarum, ſeminum portulacæ ana ℈ j. ſs. olei roſarum, myrtilorũ ana ʒ j. vnguenti populeonis ʒ vj. aceti roſacei guttas aliquot, ceræ q.ſ. fiat *Vnguentum*.

℞ vnguenti roſacei, infrigidantis Galeni, populeonis ana ʒ ſs. camphoræ ʒ j. olei roſacei, cydoniorum ana ʒ iij. ceræ & aceti parum, fiat *Vnguentum* pro renibus; quo tota quoque ſpina, ab vltimis potiſsimùm coſtis inungetur.

℞ foliorum plantaginis, burſæ paſtoris, foliorum ſalicis ana m. j. ſs. roſarũ rubrarum m. ſs. granorum ſumach ʒ iiij. balauſtiorum, malicorii ana ʒ iij. coquantur in aqua q.ſ. ad mollitudinem, piſtentur, addatúrque farinæ hordeaceæ ʒ j. ſs. olei violarum, myrtilorum & aceti roſacei q.ſ. fiat pro renibus *Cataplaſma*.

℞ foliorum violarum, endiuiæ, maluæ, althææ, plantaginis, nymphææ ana m. iij. roſarum rubrarum m. iij. ſs. ſeminum cydoniorum ʒ iij. hordei ℔ j. ſs. coquantur in aqua quantum ſatis pro *Balneo*. Tempore vſus addantur lactis recenter mulcti aliquot menſuræ.

APPEN-

Digitized by Google

APPENDIX

ad prædicta pro curatione DIABETES inseruiens.

Omnium primò humores peccantes naturæ obedientes reddemus. Demum purgante medicamento interim leni è corpore eosdem euocabimus. Deinde reuellemus humoris impetum frictionibus brachiorum, capitis, scapularum, vomitu; plurimum enim diuersiones hîc momenti habent. Posteà quoque quæ sistere aliqualiter possunt humores ad renes ruentes propinanda atque exteriùs admouenda sunt: quibus addemus ea quæ acrimoniam bilis nonnihil obtundere possunt, cuius semper aliqua portio à iecore cum vrina nobis etiam inuitis ad renes transmittitur, etiamsi optimè temperatum sit iecur, cui rei glutinosa, muccilaginosáque medicamenta dedicabimus. Postremò renes atque iecur corroborabimus, intemperiem quoque calidam emendabimus tam sumptis quàm admotis medicamentis. Quæ omnia nunc anteáque dictis medicamentis felicissimo cum successu consequi poterimus, modò vniuersalia particularibus debita ratione adhibeantur. Prædictis autem medicamentis si res non succedat ex voto, affectúsque incrementum potius sumere videatur, narcoticis vti licebit, vnde ℥ j. phylonij Romani imperabimus. aut, ℞ phylonij Persici, theriacæ recentis ana ℥ j. ss. cum decocto polygonij præbeatur. Omnia autem ratione ea quæ vrinam incitare possunt, hîc quàm maximè vitabimus.

Digitized by Google

Methodus pro cognitione

HÆMORRHOIDVM SANGVINEM SINE MODO FVNdentium inſeruiens.

HAEMORRHOIDES ſunt venæ ani præter rationem dilatatæ, aut factæ varicoſæ. Contingit autem aliquando ita illas intumeſcere ex ſanguine melancholico, vt exterius circa anum viſu appareant, externęque tunc vocantur, aut intus tumefactę ita latent vt non appareant, tunc internę vocari ſolent, ſępiúſque ſanguinem fundunt abſque vllo dolore tumoréve. Sanguinis autem huiuſmodi melancholici, certis quibuſdam tęporibus natura hac ſpontanèa euacuatione fundit mediocrem quantitatem: ſicque harum opera natura non ſolùm à morbis imminentibus hominem ſecurum reddit, ſed etiam ab iis qui iam inuaſerunt, hominem liberat, adeò quòd ab omnibus iam concedatur medicis harum mediocre profluuium à multis morbis nos ſecuros reddere: vniuerſum equidem corpus expurgant à noxiis humoribus, & aliquando etiam à boni ſanguinis quantitate nimia. Hoc autem multis ad naturæ commodum per interualla fieri ſolet, incertiſque temporibus, eritque hęc vacuatio naturalis dicenda, cum ad animalis commodum id quod graue eſt atque moleſtum tanquam pondus inutile citra virium iacturam deponat. Aliàs verò nimiam ſanguinis quantitatem profundunt, ita vt vires corporis immodicè inde proſternantur, non leuentur, infirmitatémque conduplicent, cùm potius illo vti oportebat ad corporis leuamen. id fit tanto ſubinde impetu, vt aliquando pro ſanguine nigro, craſſo atque melancholico, bonus ſanguis

guis profundatur immodicè. Aliàs verò contingit has venas intumeſcere atque dilatari, nihilque omninò ſanguinis eas profundere;& tam eſt præter naturam vacuari tunc non poſſe ſanguinem atque prædictum ſymptoma. maximo autem dolore homo affligitur,vocanturque tunc cæcæ hæmorrhoides;cum verò ſanguinem profundunt, generis nomine vocantur. Tam autem cæcis quàm fluentibus inflammatio aliquando coniungitur. Cæcæ autem interdum duræ ſunt,vt verrucæ,tùncque verrucales dicuntur, ſuntque aliis deteriores;aliæ tractabiles ſunt atque molles,morales dictæ. aliquando verò ob colorem purpureum quo perfunduntur,vuales vocantur. Præſtat autem cæcas naturæ potiùs permittere quàm aperire,hoc enim non fiet niſi doloris magnitudo aut tumor nimiùs vrgeat. Partim autem venæ iſtæ à ramo venæ portæ ad inteſtinum rectum, muſculumque ani tranſmittuntur, partim etiam à ramis venæ cauæ in dictas ſedes demittuntur,magiſque ad ani extremitatem deſinunt, dicenturque hæmorrhoides externę,vt per priores venas ſi ſanguis melancholicus deferatur, internę hęmorrhoides dicentur,cùm ita altè intus lateant venę,vt viſus eas aſſequi non poſſit abſque ſpeculo, aut ani euerſione. Hîc cruor cum excrementis deiicitur, nequaquam tamen permiſcetur,ſed ſeorſum ſubſiſtit,idque nullo ſępe ſenſu doloris concurrente;in dyſenteria verò cum excrementis permiſcetur. Vtitur natura nunc hiſce ramis,in iecoris nimirum renúmve affectibus pręter naturam, & cùm in venoſo genere fiunt errores,quos ſępe hac ratione emendat;aliàs verò prioribus vtitur ramis, in lienis nimirum venarumque mezeraicarum aliarumque partium vicinarum affectibus,prout rei neceſſitas dictat ſcilicet.

PARS AFFECTA. Hîc venę quę in anum inſeruntur,afficiuntur.

SIGNA,dum immodicè fluunt,ſanguis melancholicus in principio profundi ſolet, tandemque loco ſanguinis melancholici ſeu nigri atque ſtaſſi,bonus ſan-

Digitized by Google

guis rutiluſque profunditur, tandem verò citrinus palliduſque fit, vnde corporis vires labuntur, imbecillitaſque crurum, coxarumque dolores grauantes concurrunt, faciei color vitiatur. Hæmorrhoides verò fluere conſuetæ, ſi præter naturam retineantur, concurrit dolor dorſi, coxarum, tibiarum, renum, ani, pectoriſque. Sanguis autem ab hæmorrhoidibus profuſus ſi in recto inteſtino ſubſiſtat, ſæpe formam grumi ſanguinis rubentis nanciſcitur. Qui verò à iecore infirmo per aluum excluditur ſanguis, aquæ aſſimulatur, in qua carnes animalis alicuius mactati, lotæ ſunt. Mezenterium verò paruam eius quantitatem fundere ſolet. Venæ autem ſupernarum partium aliquæ ſi ruptæ aut exeſæ, aut apertæ nimium ſint, ſanguis qui effunditur, diuturna aſſatione, picis ſpeciem conſequitur; fit enim niger & retorridus. Ratione dyſenteriæ ſi profundatur, eius ſigna prædicta ſunt. Hinc intelligere poterimus, quando ab hæmorrhoidibus, & quando potius à iecore aut partibus ſuperiorib. ſanguis excernatur per anum, multis enim modis ſanguis per anum effluere ſolet, quare non ſtatim ab hæmorrhoidibus fluxum ſanguinis per anum fieri dicemus.

CAVSA. Propter copiam ſanguinis feculenti & melancholici qui gignitur in corpore ex malitia digeſtionis, ſanguis dicto modo ſæpe profunditur, quem iecur, ſplen, parteſque circumiacentes ad venas has ani, per dictos ramos depellunt. Aliquando à nimia fit copia ſanguinis. Aliquando quoque ob nimiam eius tenuitatem, acredinemque hoc natura molitur. Interdum etiam fit in mulieribus vterum gerentibus, menſiúmve ſuppreſſione laborantibus, aliquando enim in illis natura per ramos qui dimittuntur à vena caua iuxta imam iliorum partem in podicem, ſuperfluum ſanguinem expellit, vti facit in viris. aliàs hoc malum etiam fit propter venarum apertionem, ruptionem vel exulcerationé. Supprimi autẽ contingit huiuſmodi ſanguinem

guinem ſuperfluum præter naturam ob cauſas contrarias prædictis.

PROGNOSTICA. Cui maturæ fluunt hæmorrhoides, hunc neque lateris neque pulmonum tentare inflammatio neque vlcera exedentia, neque lepra vel elephantiaſis, neque melancholia, nec quartana febris ſolet. Inſanientibus, atra bile vexatis, & renum paſſionibus hæmorrhoides ſuperuenientes, bonum; immodicè tamen ſi profundantur, maximo cum periculo id fit; hydropem enim minantur, eò quòd vires immodicè conſumantur amiſſo vitę theſauro; eáque ratione ſi immodicè fluant, ſtatim ſupprimantur, cùm inde tum iecur, tum vniuerſum corpus refrigeretur, nec non vires deiiciantur. Hæmorrhoides ſananti antiquas ſi vna relicta non fuerit, periculum impendet hydropis, pleuritidis, peripneumonię, leprę, febris quartanæ, melancholiæ, maniæ aut phtiſis; ad iecur enim præcordiáque regurgitare hæc inutilia excrementa ſolent: quare haud leuiora pericula ex hæmorrhoidum intempeſtiua ſuppreſſione, quàm ex nimia profuſione excitari ſolent.

Methodus pro curatione

HÆMORRHOIDVM NIMIVM FLVENTIVM inſeruiens.

Perficitur autem ſubſequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr ad ſiccum declinet.

Cibus. Ea quæ paucis redundant excrementis of-

Digitized by Google

ferantur,& quę modicè adſtringere poſſunt. Iuſcula carnium pinguia propinentur, ne feces induratę dolorem excitent, quibus ſuccus cydoniorum addetur. Puls cum lacte fiat atque oryza.

Potus ſit vinum modicè aſtringens.

PRAEPARANTIBVS.

Syr. de ſucco oxalidis.
Roſatus, de roſis ſiccis.
Syr. cydoniorum.
Aqua plantaginis,oxalidis,nymphææ.
Mel roſatum.
Syr. de abſinthio.
Syr. de myrobalanis emblicis.
Aqua abſinthii,bugloſſæ,menthæ.

Si ſanguis nimium bilioſus,tenuis & ad fluendum aptus fuerit,prioribus; ſi autem nimium aquoſus fuerit, poſterioribus corrigetur. Idem quoque in ſequentibus remediorum generibus obſeruabitur.

VACVANTIBVS.

Syr. roſarum ſolutiuus.
Diaſena.
Rhabarbarum.
Myrobalani flaui.
Pill. de bdellio.
Myrobalani chebuli, emblici.
Polypodium quercinum,ſemen catthami.
Suppoſitoria acria inhibeantur ad mouendum aluum, ſed procuretur cum candela è ſeuo parata,vel pingui lardo.

AVERTENTIBVS.

Venę ſectio iecorarię dextri brachii, non ſolùm reuellit, ſed etiam melancholici ſanguinis generationem remoratur.
Cucurbitulę in dextro ſiniſtróque hypochondrio,ſplenis atque iecoris regioni ſuperponantur,nec non humero antequam cibum ſumat.
Frictiones aſperæ brachiorum manuúmque.

Liga-

Digitized by Google

Ligaturæ dolorificæ prædictarum partium.
Fotus balneáque pro manibus, brachiíſque.

CONTRAHENTIEVS *ora venarum, ſanguinémque incraſſantibus.*

Trochiſci de ſpodio cum ſemine acetoſæ; de terra ſigillata.
Confectio de ſcoria ferri.
Conſerua magna noſtræ deſcriptionis optime edomat huius malí exordia.
Saccharum roſatum, conſerua roſarum antiquarum.
Syr. granatorum, cydoniorum, myrtilorum, roſarum, de ſucco acetoſæ.
Pillulæ de bdellio.
Sanguis draconis, bolus Armenus præſtans eſt medicamentum, ſeménque oxylidis.
Terra ſigillata, ſquama & ſcoria ferri, malicorium, rhus obſoniorum, hypociſtis.
Aqua plantaginis, roſarum, ſolani.
Galbanum.
Phylonium Romanum, triphera Perſica, phenonis, athanaſia Nicolai.
Balneum ex rebus adſtringentibus.
Fotus ex vino aſtringente, in quo decoquentur radices plantaginis, roſæ rubræ, balauſtiæ, myrtilli, terra ſigillata, bolus Armenus, rhus obſoniorum, gallæ, cornu cerui vſtum: ex iiſdem quoque ſuccus exprimi poterit, iniicique cum ſyringa, ſi internæ ſint hæmorrhoides.
Gallæ ſi cum oleo myrtilorum in modum emplaſtri componantur, plurimum iuuant.
Suppoſitoriũ ex plũbo vſto, ceruſa, colophonia, acatia.
Vnguentum comitiſſæ multum vtilitatis affert, ſi ſedi lumbíſque admoueatur.
Emplaſtrũ ex aloe, thure, oui cãdido, piliſque leporinis.
Emplaſtrum ex ſcoria ferri.
Anguillæ pinguedo dum torretur, collecta in ſartagine, radicéque filipendulæ ſubacta, ſuprapoſita aut inun-

Digitized by Google

cta, aut etiam ſuppoſitorio immiſſa, potenter retinet ſanguinem hæmorrhoidalem.

Nequaquam hîc præcipitanter hæmorrhoidum fluxus ſiſtendus eſt; periculum enim hinc hydropiſis aut tabis impendet; potiùs autem paulatim illud fiet, eritque via pro tempore relinquenda aperta.

CORRIGENTIBVS *accidentia.*

Phylonium Romanum, athanaſia N.

Vnguentum ex oleo violarum, lumbricorum, liliorum, lini; vnguento populeonis, oui vitello, albumine oui, opij momento.

Vnguentum populeum.

Inſeſſus ex aqua calybeata, in qua ſint decocta ſemina lini, folia verbaſci, plantaginis, maluæ, violarum, flores camomillæ, meliloti, capita papaueris albi, myrtili, balauſtia.

Mucilago ſeminis lini aut fœnugræci commodè applicabitur.

Emplaſtrum ſiue cataplaſma ex farina triticea, fœnugręci, mucilagine althææ, pſyllij, meliloti, portulacæ, oleo roſaceo, albumine oui, mica pannis, lacte cocto.

Diachylum cum modico croco & opio.

Tentæ fiant oblongæ, quæ vnguentis prædictis imbuantur & immittantur ſi intus lateant.

Si cum fluxu dolor adſit vehementiſſimus, mitigari debet, ne ob excrementorum aſperitatem duritiémque fluxio ingeminetur: hiſce quoque addemus quæ inflammtionem prohibere poſſunt, cùm frequenter eam concurrere obſeruatum ſit.

THEORI-

Digitized by Google

THEORICA ET EMPIRICA MEdicamenta nobilia in HÆMORRHOIDIBVS NIMIVM FLVENTIBVS, *sæpius cum summa salute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruele experta.*

CVRATIO HAEMORRHOIDVM NIMIVM FLVENTIVM.

℞ syrupi myrtini, cydoniorum, rosacei ana ʒ j. se. decoctionis myrtylorum, sumach, balaustiorum ʒ viij. vini rubri astringentis ʒ iiij. misceantur, fiat *Iuleb.*

℞ pillularum de bdellio ʒ j. rhabarbari ℈ se. syrupi rosarum solutiui q. s. fiant *Pillulæ* octo numero, dentur, post primum somnum.

℞ rhabarbari electi ℈ ij. myrobalanorũ citrinorũ ℈ j. se. syrupi mẽthæ ʒ j. aquarũ buglossæ ʒ iij. fiat *Haustus.*

℞ syrupi cydoniorum ʒ j. se. boli Armeni loti in aqua rosarum ʒ se. mastichis ℈ j. sacchari rosacei ʒ se. aquarum plantaginis ʒ iij. fiat *Haustus.*

℞ conseruæ rosarum antiquarum ʒ j. trochiscorum de spodio, de succino ana ʒ iij. corallorum rubrorum, ossium dactylorum ana ʒ ij. boli Armeni, balaustiorum ana ʒ j. syrupi rosacei, myrtini ana q. s. ad *Electuarij* mollis consistentiam.

℞ ossium dactylorum, myrobalanorum Indorum ana ʒ se. coriandrorum præparatorum, corallorum rubrorum ana ℈ sem. vini rubri astringentis & sacchari albissimi quantum satis, fiat *Electuarium* in tabulis.

℞ trochiscorum de terra sigillata ʒ j. syrupi cydoniorum ʒ j. aquæ plantaginis ʒ iij. fiat *Haustus.*

℞ radicum & foliorum plantaginis ana m. j rhois obsoniorum. balaustiorum, malicorij, granorum sumach ana m. i. se. ossium dactylorum ʒ v. seminum lini ʒ i. se. seminum myrtylorum ʒ ii. se. boli Armeni, cornu cerui

Digitized by Google

vsti ana ʒ j. sem. coquantur omnia in vino rubro astringente q. s. fiat *Fotus* pro ano.

℞ thuris ʒ ß. aloes ʒ ij. cum oui candido misceantur, mollissimisque pilis leporinis excipiantur, locóque sanguinem eructanti accommodentur.

℞ olei myrtilorum ʒ j. vnguenti comitissæ ʒ ij. boli Armeni, sanguinis draconis ana ʒ j. antimonij, cornu cerui vsti, ceruſæ, lithárgyri ana ϑ sem. fiat *Linamentum* molle efficacissimum.

℞ vnguenti populeonis ʒ iij. olei violacei ʒ j. ß. adipis anseris, gallinæ ana ʒ ß sem. olei amygdalorum dulcium ʒ vj. croci ϑ ß. vitella ouorum duo, fiat *Vnguentum*.

℞ vnguenti comitissæ q. v. eo spina dorsi inungatur, plurimum equidem iuuat.

℞ vnguenti populeonis ʒ j. olei lini ʒ sem. vitellum oui vnum, opij ϑ ß. croci ϑ j. fiat arte *Vnguentum*. in vehementissimo dolore solummodo admittitur. aut huius loco ℞ foliorum violarum m. iij. psyllij m. j. ß. coquantur in lacte vaccino ad mollitudinem, addendo farinæ triticeæ ʒ j. farinæ hordei ʒ ß. vitella ouorum duo, olei rosacei, violarum ana q. s. fiat *Cataplasma*. Ex pulpis quoque pomorum sub cineribus coctorum in vinciis duabus radicum althææ. *Emplastrum* si fiat cum butyro recenti, croco & albumine oui, multum quoque valet in sedatione doloris, iisque si dolor non mitigetur, addi poterunt solani m. ij. sicque dolorem summè mitigabimus.

℞ radicum & foliorum plantaginis m. iij. rosarum rubrarum m. j. ß. balaustiorum ʒ ß. coquantur nonnihil in vino astrigente, fiat *Fotus* ani.

℞ pulpæ cydoniorum sub cineribus coctorum ʒ iij. balaustiorum, boli Armeni ana ʒ ij. gallarum, thuris ana ʒ j. præstantissimum fiet *Emplastrum*.

℞ plumbi vsti ʒ j. ceruſæ lotæ ʒ ß. colophoniæ, boli Armeni ana ϑ ij. succi plantaginis, albuminis oui & olei violacei ana q. s. fiat *Suppositorium*.

℞ radicum althęę, seminis myrtillorum, malicorij, balaustio-

Digitized by Google

lauſtiorum ana ʒ vj. tapſi barbati m.iij. coquantur in vino nigro ſtiptico ad mollitudinem: adde demum pulueris oſſium dactylorum, gallarum, thuris ana ʒ j. ſe. olei violacei, roſacei ana q.ſ. fiat *Cataplaſma*.

℞ boli Armeni, aloës, maſtichis, thuris ana ʒ ſe. ſanguinis draconis ʒ iij. ſe. oſſium myrobalanorum Indorum, gallarum ana ʒ j. ſubigantur cum oui candido & ſucco plantaginis q. ſ. fiat *Emplaſtrum* cum molliſſimis pilis leporinis.

℞ trochiſcorum de terra ſigillata ʒ j. ſe. albuminis oui conquaſſati q.ſ. fiat *Cataplaſma*. *Emplaſtrum* autem ex ficubus atque aloë ſuperponere poterimus illi venæ ſanguinem eructanti quam apertam conſeruare conſultum videbitur.

APPENDIX

ad prædicta pro curatione HAEMORRHOIDVM SVPERFLVE FLVENTIVM.

Ne ex immodica ſanguinis vacuatione hepar refrigeretur, totiuſque corporis vires deiiciantur, atque morbi priùs indicati excitentur, cohibebimus ſanguinem nimium fluentem, & non ante. Omnium autem primò ſi ſanguini commiſceantur humores multum acres ſubtiléſque, illos omnium quoque primò naturæ obedientes reddemus, demum purgante medicamento è corpore educentur. Hinc venæ ſectio fiat in copioſa ſanguinis vacuatione, ſi vires permittant, partim vt ſi ſuperabundans ſit, minuatur, partim vt ſanguinis impetus hac ratione impediatur. In quem finem quoque omnia alia quæ auertere poſſunt, præſcribantur. Poſteà ea danda ſunt quæ contrahere poſſunt ora venarum, ſanguinémque incraſſare. Dolorem quoque interea mitigabimus ſi multum vrgeat. Quæ omnia nunc anteáque dictis medicamentis feliciſſimo cum ſucceſſu conſequi poterimus, modò vniuerſalia particularibus debita ratione adhibeantur. In cæcis autem, cum inſculis carnium aut caſſia extracta, aluus ſoluta permaneat, quia feces induratæ maximum cauſant

Digitized by Google

dolorem ſua duritie & aſperitate. Cùm autem iam primùm erumpunt, laborabimus primò vt dolor mitigetur; ſecundò vt exiccentur; præter naturam enim eſt hæc vacuatio, niſi iam in conſuetudinem abierit, neque vnquam niſi coacti fuerimus ob magnum dolorem aut tumorem, prouocabimus fluxum hæmorrhoidum, aut ſi hominem periclitari de prædictis intellexerimus morbis, tuncque ſanguiſugis commodiſſimè prouocari poterunt, lauentur autem antea aqua calente, aut vino ſanguiſugæ. Idem quoque fieri poterit ſcalpello, pannúſque tunc apponatur rarus intinctus in oui candido & applicetur, exiccatus autem vbi erit, vi abſtrahatur; ſic enim aperientur, & ab apoſtemate præſeruabitur. aut ℞ *colocynthidis* ʒ *ij. ſs. olei amygdalorum amarorum* ʒ *j. ſtercoris vaccini nonnihil, fiat* Cataplaſma. *aut* ℞ *pulpæ pomi ſub cineribus cocti, fimi columbini ana* ʒ *j. ſem. ſucci cepæ q. ſ. fiat* Emplaſtrum *pro ano; priuſquam applicetur, anus foueri debet cum decocto emolliente. Dum autem exiccare eas animus eſt,* ℞ *viridis æris* ℈ *ſem. gallarum, maſtichis, boli Armeni ana* ʒ *ij. aquarum plantaginis, aut vini rubri aſtringentis* ℈ *xij. bulliant donec mellis craſſitudinem conſequantur, apponatur calens.* ℞ *viridis æris vſti* ℈ *ij. aluminis vſti* ℈ *iij. cum vino aſtringenti ad mellis craſſitudinem coquantur, atque cum lana apponantur ſuccida. Si vlcus adeſſe ab exeuntibus intellexerimus, vnguentum factum ex litharg yro & ceruſa, iniiciatur actu frigidum vt melius operetur.*

Methodus

Digitized by Google

Methodus pro cognitione

MENSIVM SVPERFLVENTIVM INSERVIENS.

MENSIVM SVPERFLVVS FLVXVS erit cùm is amplius non fit ad animalis commodum, & cùm nocumentũ potiùs ex eorum fluxu subsequitur. Nonnunquã enim plus iusto purgantur, & potissimùm quæ humidioris sunt naturæ mulieres, propter victum liberaliorem longámve desidiam absque earum læsione, sed potius ut cum bona tolerantia, túncque sistendus non est. Quapropter non tantùm quantitatem, qualitatémve atque genus substantiæ hic obseruare debemus, sed potius auscultandum an tẽpestiuè vel intempestiuè, seu ad animalis commodum vel incommodum fluant. Subsistere debent lactantibus, vtero gerentibus, puerperis. In grauidis tamen primo aliquando mense prorumpunt non omnino contra rationẽ, cùm tunc os vteri non ita firmiter adhuc sit constrictum vti aliquandiu post fieri solet, cùm ne minima quidem corpuscula tandem admittere soleat vterus. Subinde quoque in grauidis etiã postquàm arctissimè os vteri constrictum fuerit, aut menses (quod virginibus etiam interdum accidit) aut quid simile mensibus profundi per ramos venæ cauæ consueuit, qui inseruntur ceruici oriqúe vuluę, ad eum modum quo hęmorrhois in recti intestini extremitatem quasi terminatur.

PARS AFFECTA. Afficitur dum immodicè fluunt menses, vterus aut per se, aut simul çũ toto corpore, vel aliquibus partibus eius. Est autẽ hic affectus symptoma pertinens ad genus immodicè excretorum, éstque non toto genere præter naturam, vti hęmorrhagia, aliæque sanguinis vacuationes, sed sola quantitate.

Digitized by Google

SIGNA. Si immodicè menſes vacuentur, proſtratio fit appetitus, concoctioque fit impedita, cruditateſque colliguntur in corpore, totum fit infirmum corpus, virium magna ſequitur imbecillitas, quod inter alia certiſſimum ſignum eſt, menſes ſuperflue fluere, facieique color vitiatur, febriles enaſcuntur in corpore ardores. Subinde vnà cum pedibus totum corpus inflatur, & hydrops introducitur.

CAVSA. Vt plurimùm menſes profunduntur vberius, propter ſanguinis caliditatem, tenuitatem aut copiam plus iuſto maiorem, aut propter magnam eiuſdem exagitationem; iis enim omnibus concurrentibus, naturam facilè illudet, vaſaque aperiet: adde quòd tanta aliquando eſt ſanguinis copia, vt non tantùm ora venarum aperiat, ſed ſubinde etiam venas rumpat, id quod in validis exercitationibus ſæpe fit: hoc quoque in abortientibus magno cum earum detrimento, nec non in laboriosè parientibus fit, ſiue propter obliquum fœtus exitum, ſiue eiuſdem magnitudinem fiat. Hanc quoque vaſorum apertionem molientur balneorum alimentorumque calidorum vſus, tempus anni calidum, aliaque conſimilia. Aliquando verò immodicus hîc fluxus prouenit propter venarum aperturam, cui ſæpe coniungitur eroſio, nec non exulceratio, quæ in ceruice vteri frequentiùs fieri ſolet ab acredine ſanguinis, quam adeſſe oſtendunt ea quę excernuntur, quia ſanioſa atque virulenta cum ſanguine excernuntur, ſuntque maleolentia, dolor quoque magis vehemens circa vterum percipitur, qui aliquando etiam tactu animadvertitur per digiti immiſſionem ſi circa os ceruicis conſiterit. Abundanter autem ſanguis profunditur ex apertura aut ruptura venarum, præcipuè quidem magnarum, quales multæ ad vterum perueniunt, à minoribus autem minus copioſè profluit, ſed paulatim modicèque, & abſque vllo ordine. Ex frequenti quoque concubitu, necnon ob retentricis facultatis imbecillitatem immoderati fluxus aliquando fiunt: à noxiis quo-

quoque humoribus & venenatis, putridis, mordacibúsque fæpe excitatur hoc malum.

PROGNOSTICA. Immodica menſium profluuia quæ ex partu grandiori ſunt; minus ſunt periculoſa, cùm ſua ſponte etiam ceſſent. Si autem abortiui fœtus cauſa fiant, repẽtinum quandóq; periculum inducunt. Si propter vlcus aut eroſionem fiat immodicus ſanguinis fluxus, vel difficulter, vel non curatur, propter humorum circa vterum collectorum malam complexionem, vnde continuò menſes quaſi fluunt, vulneráque & vlcera maxima cum difficultate ſanantur quia ſemper habent multas ſuperfluitates cum ſanguine miſtas, & propterea medicamenta fruſtra offeruntur. Quémadmodum ex omnimodá menſtruæ purgationis ceſſatione, periculum hydropis impendet; ita ex immodico diuturnóque profluuio, ſi totum infirmum inde fiat corpus, colórque vitietur, idem morbus metuendus eſt, ad magnam enim frigiditatem inde mulier deducitur; animi quoque tandem minatur deliquium, nec non ſyncopen & mortem.

Methodus pro curatione

MENSIVM NIMIVM FLVENTIVM INSERVIENS.

Perficitur autem ſubſequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr verſus ſiccum declinet frigidúmque.

Cibus: alimenta adſtringentia incraſſantiáque, & quæ bonum ſanguinem generare poſſunt, conueniunt; vt pedes animalium, carnes perdicum, pha-

Digitized by Google

rum, merularum, auicularum, cuniculorum, capreolorum, leporum, carnes autem potiùs assæ quàm elixæ offerantur.

Potus: aqua conuenit, in qua plantaginis folia, radices seminaque decocta sint.

Exercitia vitentur, potiusque quiescat.

Somnus sit moderatus.

Animi perturbationes vitentur.

PRÆPARANTIBVS.

Syrupus de Endiuia, cydoniorum.

Rosarum. de succo granatorum.

De succo acetosæ, Succus berberorum.

Aquà acetosæ, rosarum, plantaginis, portulacę, endiuię.

VACVANTIBVS.

Vena interna in dextro brachio aperiatur, si corporis adsit plenitudo, vireſque cõstent, & menses rubeant, partitisque vicibus sanguis educatur.

Cassia recẽter extracta, myrobalani citrini, cepuli: Agaricus hîc cum commodo addetur, co quod plerumq; serosa pituita sanguini commiscetur.

Syr. de multiplici infusione rosarum.

Rhabarbarum.

Diaphœnicum, electuarium Indum, hiera picra.

Pillulę de bdellio maiores.

Decoctio è floribus violarum, rosarum, buglossę, nymphęę, prunis damascenis, ziziphis, myrobalanis flauis, rhabarbaro, addito syrupo ex multiplici infusione rosarum.

AVERTENTIBVS.

Vena secetur basilica.

Frictiones & ligaturę fiant dolorificę supernarum partium.

Cucurbitula magna vna affigatur in dextra aut sinistra parte sub mammis, repetendo per plures dies, & per horam singulis vicibus, alia quoque loco splenis adhercat; & tandem etiam medię regioni ventris appli-

Digitized by Google

plicetur, necnon humeris, præsertim si venę sectio impediatur ob immoderatum fluxum, aut virium debilitatem.

Fotus ventris infernarumque partium fiat ex decocto plantaginis, rosarum rubrarum, balaustiorum, corticum granatorum, hypocistidis, verbasci, gallarum, boli Armeni, acatię, sanguinis draconis.

Insessus ex prędicto decocto multum quoque valet.

Vomitus multum quoque confert.

Sudorem prouocantia conueniunt, potissimùm si sanguis multum fuerit aquosus.

SISTENTIBVS *& contrahentibus vias per quas sanguis fluit, sanguinémque incrassantibus.*

Diaolibanum, Tryphera Phenonis, phylonium Romanum necnon Persicum, athanasia, electuarium diatrium sandalorum.

Trochisci de terra sigillata, catabe, spodio. Syrupus myrtilorum, rosarum, granatorum, de succo acetosę, cydoniorum.

Conserua è rosis siccis & antiquis, de succo ribes, aqua rosacea manè & serò bibatur.

Caro cydoniorum, cornu cerui vstum, bursa pastoris, balaustium, calyces glandium, terra Lemnia, polygonium, hypocistis, galla, rosæ, succus plantaginis, aut aqua eiusdem cum trochis. de terra sigillata, succus millefolij & portulacæ, folia quercus, sumach, gummi Arabicum, mastix, olibanum, coriandri semina, alumen vstum & suppositum.

Aqua plantaginis, portulacæ, lactucæ, acetosæ, rosatum cum trochiscis de carabe, de spodio, de terra sigillata.

Balneum ex decocto radicum & foliorum plantaginis, symphyti, equiseti, polygonij, gallarum, granorum sumach, glandium cucullis, malicorio, rosis, rhoë obsoniorum, balaustiis, insideat autem vsque ad vmbilicum, decocti quoque huius fumus per infundibulum in vterum recipiatur.

Digitized by Google

Suffumigatio facta cum fumo seminis sinapi.

Iniectio fiat è vino astringente, in quo saluia, rosæ, plantago, bolus Armenus, sanguis draconis decoquantur, aut ex succo fiat rosarum, plantaginis, nec non solani; potissimùm si vlcerationes aliquæ adsint.

Pessulus fiat è mummia, tryphera, mycleta, bolo Armeno, succo plantaginis, rosarum, solani, bombyce excipiantur & imponantur.

Linteolum quoque molliusculum, aut gossypium lanáve loco pessuli imbuatur succo plantaginis, genitalibúsque immittatur.

Epithema ex vino rubro astringente, in quo radices plantaginis cum foliis sumach decoquantur, pubi venarúmque spermaticarum regioni, atque lumbis accommodabitur.

Vnguentum comitissę additis rosis, myrtilis pro renum regione, túmque frigescat; si autem venter vngatur, caleat.

Vnguentum ex oleo rosato, myrtiliorum, cydoniorum, succo portulacę, pul. sandalorum, antherę, balaustiorum.

Ceratum sandalinum.

Emplastrum è rosis, balaustiis, malicorio, radice plantaginis, gallis, sanguine draconis, bolo Armeno.

Istis etiam à principio vtemur, neque procrastinanda erunt hæc remedia, periculum enim est ne natura ita assuescat huic excretioni, vt tandem difficulter, & etiamsi velit pedem reuocare non possit, cùm orificia venarum diu aperta fuerint detenta per continuum fluxum; difficillimè enim tunc consolidabuntur; vnde difficulter curabitur malum si diu perseuerauerit, & tamen plerumque solet medico huius mali cura committi, postquàm inueteratum fuerit; cùm plerumque dominæ erubescant medico anteà significare. Athanasia autem confectio, & alia huius naturæ medicamenta

quam-

quamuis ſanguinis exagitationem ſiſtant, non erunt propinanda, niſi vires validæ adhuc fuerint, & poſtquàm alia fruſtrà propinari obſeruabimus medicamenta, & in caſu deſperato.

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAMENTA *nobilia in* MENSIBVS NIMIVM FLVENTIBVS *ſæpius cum ſumma ſalute plurimorum agrotorum à Gualtero Bruel experta.*

CVRATIO MENSIVM NIMIVM FLVENTIVM.

℞ ſyrupi roſati, myrtilorum, cydoniorum ana ʒ j. ſs. aquarum plantaginis ʒ v. decoctionis ſumacin, myrtilorum ʒ vj. miſceantur & fiat *Iuleb.*

℞ diacatholiconis ʒ iiij. rhabarbari electiſſimi parum toſti ʒ j. ſyrupi roſati ʒ j. aquarum plantaginis ʒ iij. fiat *Hauſtus.*

℞ pillularum cochiarum, de agarico ana ℈ j. ß. diagridii gr. iij. cum ſyrupi arthemiſię quantitate ſufficienti, fiant *Pillulæ* octo.

℞ radicum plantaginis ʒ j. ß. rhabarbari optimi ʒ j. myrobalanorum citrinorum ʒ iij. coquantur in aqua q. ſ. ad vncias quatuor aut quinque, colaturæ adde rhabarbari electiſſimi ℈ j. ß. ſyrupi cydoniorum ʒ j. ß. fiat *Hauſtus.*

℞ pillularum de bdellio ℈ ij. ß. ſyrupi de cichoreo cum rhabarbaro q. ſ. fiant *Pillulæ* octo numero.

℞ ſucci plantaginis, millefolii ana ʒ ij. gummi Arabici ʒ j. ſacchari albiſſimi q. ſ. ad dulcorandum, fiat *Hauſtus.*

℞ vini ſtiptici ℔ j. ß. in eo caſei ſicci portio modicè ebulliat, feliciter inhibet fluxum menſtruorum ſuperfluum.

Digitized by Google

℞ coralli rubri optimè pulueriſati ℈ j. ſucci plantaginis ʒ iij. ſyrupi cydoniorum ʒ j. miſceantur, fiat *Hauſtus.*

℞ radicum plantaginis ʒ iij. boli Armeni ʒ j. coquantur in vino rubro aſtringenti ad libram vnam: colaturæ adde ſacchari roſacei q. ſ. ad dulcorandum, fiat *Potio.*

℞ trochiſcorum de terra ſigillata, de carabe ana ʒ j. maſtichis, thuris, balauſtiorum, cornu cerui vſti ana ℈ ſeminum antheræ, corallorum rubrorum ana ℈ ß. conſeruæ roſarum antiquarum, carnis cydoniorum ana ʒ ſs. ſyrupi myrtilorum q. ſ. ad *Electuarij* mollis conſiſtentiam.

℞ conſeruę roſarum antiquarum ʒ j. olibani, thuris, myrrhę ana ℈ ij. boli Armeni, ſeminum antheræ ana ℈ j. maſtichis ℈ j. ß. ſucci cydoniorum ʒ ſs. fiat *Electuarium* cum ſyrupi cydoniorum quantitate ſufficienti, detur in aurora & duabus horis ante cœnam.

℞ trochiſcorum de terra ſigillata ʒ iij. athanaſiæ ʒ ij. detur ʒ j. cum aquæ aut ſucci plantaginis vnciis tribus, & ſyrupi cydoniorum ʒ j.

℞ pilularum de cynogloſſa ℈ j. phylonii Perſici ℈ ij. ſs. theriacæ magnæ recentis, boli Armeni ana ℈ ſs. fiat *Bolus.*

℞ pillularum de cynogloſſa ʒ j. phylonii Romani ʒ ſs. detur ʒ ſs. alternis diebus. præſtans enim eſt admodum in hoc malo medicamentum; ab iſtis tamen abſtinebimus ſtupefacientibus medicamentis, niſi neceſſitate coacti fuerimus.

℞ coralli rubri, optimè pulueriſati, ambrę citrinę ana ʒ j. boli Armeni ʒ ſs. ſeminum antherę, plantaginis ana ℈ j. boli Armeni ℈ ſs. ſyrupi roſati de roſis ſiccis ʒ j. fiat *Electuarium.*

℞ trypherę ʒ j. pillularum de cynogloſſa ℈ ſs. ſyrupi cydoniorum ʒ ſs. vini rubri aſtringentis ʒ iij. fiat *Hauſtus.*

℞ ſucci plantaginis ʒ vj. gummi tragacanthi ʒ ſs.

Inie-

Iniectio fiat in vterum, si ægra admiserit.

℞ trochiscorum de spodio ʒ j. ss. succi plantaginis, saluiæ ana ʒ ij. fiat *Iniectio* in vterum; aut iniiciatur aqua plantaginis in qua dissoluatur mucilago seminum cydoniorum, syrupus de rosis siccis, papauerinus. aut,

℞ mellis rosati ʒ j. aloës, thuris, boli Armeni, terræ sigillatæ ana ʒ j. coralli, myrrhæ, balaustiorum ana ℈ ij. tempore vsus dragmæ duæ iniiciantur cum aquę plantaginis ʒ iiij.

℞ succi plantaginis ʒ iij. boli Armeni, corticum granatorum, balaustiorum, thuris ana ʒ j. ss. cornu cerui vsti, gallarum, ana ℈ j. ss. misceantur, & cum cotone iis madefacto fiat *Pessarium*.

℞ radicum & foliorum plantaginis, symphiti ana m. j. foliorum saluiæ m. ij. balaustiorum, rosarum ana m. j. ss. gallarum, sumach ana ʒ iiij. ss. hypocistidos, rhois obsoniorum ana ʒ ij. ss. coquantur in vino rubro astringenti quantum satis ad tertiæ partis consumptionem, quo sumen, & renum regio fomentabitur.

℞ trypheræ ʒ ss. balaustiorum, gallarum, thuris ana ʒ j. boli Armeni, gummi Arabici ana ℈ ij. fiat *Pessarium*.

℞ thuris, mastichis ana ʒ ij. gummi tragacanthi ℈ iiij. pellis anguillæ exiccatę, vngulæ equi ana ʒ ss. fiat *Suffumigium*, in sella autem perforata excipiat. Stercoris quoque ouilli atque thuris recipiatur æqualis quantitas, fiat *Suffumigium* alternis diebus. Balneum fiat ex eorum materia quę in fomenti descriptione proposuimus, idque in aqua ferrata: generosum hoc medicamentum experimur, si huic aquę iniiciatur boli Armeni libra media, eique insideat vsque ad femur vbi calor aquæ se remiserit.

℞ vnguenti comitissæ ʒ j. ss. olei myrtilorum, cydoniorum, rosarum, ana ʒ vj. boli Armeni, sanguinis draconis ana ʒ j. balaustiorum ʒ ss. aceti rosacei parum

Digitized by Google

fiat *Vnguentum*, quo pubis, perinei, renumque loca inungentur.

℞ malicorii, balauſtiorum, hypociſtidis, boli Armeni, corticum ouorum, mummiæ, olibani ana ʒ j. roſarum rubrarum, gallarum ana ʒ ſs. thuris ʒ iij. farinæ fabarum, hordei ana ʒ ij. ſs. olei myrtilorum ʒ. j. ſs. ceræ & reſinæ q. ſ. fiat *Emplaſtrum* pro renum regione, ventriſque parte inferiori.

APPENDIX

ad prædicta pro curatione MENSIVM NIMIVM FLVENTIVM inſeruiens.

Quum primùm debilitas ex nimio fluxu menſtruorum percipitur, inhibenda eſt eorum fluxio, & non ante: hoc quoque paulatim fieri debet. Si plethora in cauſa fuerit, vena ſecabitur vt prædictum eſt; tenuiſque inſtituatur diæta, abſtineatque ab iis quæ ſanguinem augent. Cùm autem magna ex parte fluor hic immodicus, à ſanguinis nimia aquoſitate, aut caliditate, aut acredine vel tenuitate fiat, primò humores peccantes concoquantur, demum purgante medicamento è corpore propellantur. Deinde ſanguinis impetus reuellatur cucurbitulis, aliiſque diuerſionum inſtrumentis. Demum quæ ſiſtere poſſunt ſanguinis impetum, eundémque incraſſare, oráque venarum contrahere, præſcribenda ſunt; quorum nonnulla exteriùs applicantur, alia intrò ſumuntur. Quæ omnia nunc anteáque dictis medicamentis feliciſſimo cum ſucceſſu conſequi poterimus, modò vniuerſalia particularibus debita ratione applicentur. Cùm autem in omni fluxu menſtruorum cor debilietur atque ieiur, vtrumque viſcus confortari debet medicamentis ſuo loco dictis. Iniectiones autem atque peſſaria ex rebus ſtipticis compoſita, multum hic momenti habent, eò quòd citius ad locum affectum perueniant quàm ea quæ per os ſumuntur. Goſſypium autem alicui conuenienti materiæ immergatur, tenuíque inuegatur panno, eámque longitudinem habeat, vt ad oſtium vteri perueniat intimum. Si ab vlcere aliquo interno fiat depaſcente, mundetur cum aqua mellis,

mellis, hinc cum thure, aloë, terra ſigillata aliiſque prædictis ſanetur. Hiſce etiam vtemur ſi propter rupturam alicuius vaſis fiat. Cum vino autem rubello aſtringente glutinantia iniicientur & ſubdentur: optimè tamen anteà purgabitur corpus, modò vitioſi humores in corpore rendundent. Præſtantiſſima autem medicamenta hîc inter reliqua ſunt, ſuccus plantaginis, burſa paſtoris, tam ſumptus quàm iniectus, quibus maiori cum commodo nonnihil gummi Arabici & tragacanthi admiſceri poterit.

Methodus pro cognitione

MENSIVM NIMIVM SVPPRESSORVM INSERVIENS.

MENSIVM NIMIA SVPPRESSIO dicitur eſſe, cùm grauium morborum periculum impendet propter nimiam menſtrui ſanguinis retentionem. Eſt autem menſtruum, ſanguinis quædam portio generationi à natura deſtinata, in vena caua redundans, è qua in vteri venas prolabitur, eáſque copia diſtendens aperit, ſicque ab eorum oſculis ſtillans, per vteri ceruicem profluit, magna ex parte ſemel in menſe, éſtque omninò præter naturam menſium ſuppreſſio ſi ad maturam ætatem peruenerit mulier, niſi fortè conceperit. In mulieribus autem potiùs quàm in viris contingit huiuſmodi ſanguinem increſcere, eò quòd infirmior frigidiórque ſit mare ipſa mulier; eſt equidem femina malculus multò calidior, eáque ratione quæ quotidiè ſumit alimenta perfectiùs concoquit: præterea id quod redundat potentiùs quoque diſcutit. Licet autem mulier pro ratione etiam ſatis alimentum conficiat, non tamen id quod ſuper-

uacaneum in illis eſt, poteſt ita feliciter diſcutere maſculorum more, eò quòd calorem infirmiorem conſecuta ſit; & hoc quidem à natura data opera factum eſt in femina, vt alimenti vbertatem ſuppeditare poſſet femina fœtui, cùm vterum gerit. Vti autem menſes ſtato tempore incipiunt,& etiam deſinunt; ſic etiam contingit ſtatis circuitibus profluere, ſingulis nimirum menſibus, niſi femina conceperit; tunc equidem omninò ſiſtuntur, ne vtile fœtus alimentum etiam emanare contingat via patente. Id quoque in lactantibus accidit, eò quòd ſanguis in illis ad lactis generationem, ad mammas deriuetur. Primùm autem aliquando circa annum decimum quartũ erumpit menſtrua purgatio aliquibus, nonnullis duodecimo; in aliis verò non ante vigeſimum. Deficit verò circa quinquageſimum, nonnullis etiam circa ſexageſimum. Non agimus autem hîc de ea menſium ſuppreſſione quæ ex naturali aliqua cauſa fit, ratione nimirum ætatis, lactationis, conceptionis, vehementis exercitationis, inediæ: medicamentíſque prouocari non debet, eò quòd nullam ex hiſce cauſis, ſi ſupprimantur menſes, moleſtiam in corpore ſuo mulier percipiat. ſed de ea menſium ſuppreſſione ſermo erit, quæ præter naturam eſt, & vnde periculum grauium morborum impendet, vti in mulieribus fit in quibus fluere conſueuerunt, & in quibus huiuſmodi ſanguine vniuerſum corpus ſuperabundat, quo onere, natura ita prouidente, naturaliter ſolet ſe leuare per modum iam dictum. Neque propterea quòd ſanguis ſit vitioſus, hoc ſolùm fieri exiſtimandum eſt, ſed propter ejuſdem etiam copiam; neque enim ſanguis ille antequã è venis lapſus fuerit, in muliere effectus producit malos, qui menſtruo ſanguini à diuerſis attribuuntur ſcriptoribus, quorum multi venenoſa qualitate præditum eſſe aſſerunt, non magis quàm genitale ſemen antequam è vaſis ſpermaticis lapſum fuerit. Hoc verum eſſe, inde ſatis euidenter conſtat, quòd fetus ante natiuitatem & poſt natiuitatem per plurimos menſes illo

ſes illo nutriatur ſanguine menſtruali, cùm etiam poſt natiuitatem menſes ſupprimantur in lactantibus.

PARS AFFECTA, ipſe eſt vterus, qui afficitur aliquando per ſe; propter nimiam eiuſdem membri pinguedinem; compreſſio enim venarum inde cùm ſequatur, menſes aliquando vacuari prohibentur. nonnunquam in cauſa eſt carnis excreſcentia in vtero, aut cicatrix ex vlcere relicta. aliàs per conſenſum alterius partis fit, & aliquando quidem non tranſmittuntur ſuperuacanea ad vterum, quæ à toto corpore tranſmitti eò ſolebant, cùm bene ſe haberet. Eſt autem ſymptoma in genere immodicè retentorum.

SIGNA. Dolor anteriorem partem capitis occupat, diffunditque ſe ad fundamenta oculorum, ad ceruicem & ad ſcapulas, & ad lumbos: totum corpus fit graue, appetitus proſternitur: fit cogitabunda, triſtis & inquieta. Faciei color vitiatur: nauſea comitatur, cibique faſtidium, ſputationes pituitæ fiunt, inhorreſcit ſubinde ac ſi concepiſſet, vrina fit craſſa, rubicunda atque turbida, necnon nigricans ſubinde, rubrámque quaſi deponens ſaniem.

CAVSA. Potiſſimùm phlegma craſſum atque viſcoſum ſanguini permixtum, cauſa eſt huius mali: obſtruit enim venas quæ ad vterum mittuntur, cum quo incommodo etiam ſæpè concurrit denſitas vteri & anguſtia venarum eiuſdem viſceris, ſiue à natura, ſiue aliunde hoc acceſſerit. Aliàs etiam retinetur ſanguis menſtruus propter vteri inflammationem, aut pinguedinis copiam, vnde compreſſio anguſtiáque ſequitur venarum, aliàs contingit menſes non reſpõdere quoque eò quòd abſumantur ob tenuem victus rationem, timores, immodicas curas, vigilias, mœrores, exercitationes validas, vacuationes magnas per aluum, ſudorem, vomitum, ſanguiniſve profluuium, morbos longos. Atque in his caſibus nõ laborabimus in prouocatione menſium Intemperies quoque calida vel frigida totius corporis, aut iecoris, pulmonis, ventriculi, lienis, vteri, aliquando huius

Digitized by Google

mali causa est. In calidiore enim temperatura hoc excrementum consumitur atque discutitur; in frigidiore verò crassescit, magisque fit tenax sanguinis, à quo vteri vasa obstruuntur.

PROGNOSTICA. Grauissimarum sæpe ægritudinum causa est mensium longa suppressio; aliquando enim hinc hydropes, præfocationes matricis, podagræ, articulorum, capitis, dorsi, lumborúmque grauissimi dolores, difficiles spirationes, tusses, melancholicæ passiones, capitis vertigines, neruorum resolutiones, cordis tremores, viscerũ tumores, syncope, dolores quasi colici nephriticique; insignis enim humorum hinc prauitas enascitur, quæ ad pulmones, cor, iecur, caput, vniuersúmque corpus transfertur. Cùm autem vlcerum cicatrices, oscula vasorum in vtero excæcauerint, proptereáque menses fuerint detenti, incurabile malum erit. Bonum autem est in mensium suppressione nimia, sanguinem è naribus profundi. Si quoque diutiùs menses subsistant, tandem vascula per quæ traduci solet sanguis, ita concluduntur, indurantúrque tempore, vt vix curam ampliùs res admittat.

Methodus pro curatione

MENSIVM NIMIVM SVPPRESSORVM

INSERVIENS.

Perficitur autem subsequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr ad calidum vergat.
Cibus sit calefaciens.

Potus,

Digitized by Google

Potus,vinum odoratum.
Exercitia plurimum iuuant atque labores.
Somnus consuetudo sit tempore breuior.
Animi pathemata euitentur.

PRAEPARANTIBVS.

Syr.de quinque radicibus,capillorum Veneris.
Syr. artemisiæ, Byzantinus, de eupatorio,capillorum Veneris.
Oxymel compositum.
Aqua apij,cuscutæ,fœniculi,melissophylli,arthemisiæ, petroselini,nepitæ,thymi,rubiæ tinctorum,absinthij, pulegii.
Decoctum fiat ex radicibus fœniculi, petroselini, asari, rubiæ tinctorum,foliis nepitæ,origani,artemisiæ,sauinæ,pulegii,cinnamomo,croco,seminibus anisi,fœniculi,dauci; floribus sambuci,rorismarini,buglossæ, ciceribus rubris, in magna si quantitate ponantur, præstans fiet decoctum ; colaturæ addatur oxymel compositum.

Aliquamdiu materia crassa attenuantibus, lentáque incidentibus præparanda erit;frequenter enim à pituita crassa atque lenta malum hoc fieri solet, quæ tempore eget vt apparetur ; hanc eandem quoque ob causam sæpius sequentibus purganda erit medicamentis mulier.

VACVANTIBVS.

Venæ malleoli sectio fiat aut poplitis bis térve in anno, si copia adsit sanguinis, secabitur quoque vena in cubitò , hinc poplitis vel malleoli, si magna adsit plenitudino,à cuius copia sæpe obstructio fouetur, quæ etiam repeti poterunt. Fouebuntur autem partes illæ antea decocto maluæ ; camomillæ,meliloti,liliorum; sic equidem sanguis citiùs descendet.
Pillulæ de agarico,mastichinæ,alephanginæ.
Hiera simplex,logodii,diacolocynthidos.

Digitized by Google

Diacatholicum, diaphœnicum.
Benedicta laxatiua, electuarium elescopi, Indum maius.
Pillulæ aggregatiuæ, fœtidæ, de sagapeno, alephanginæ.
Agaricus.

PROVOCANTIBVS, *aperientibus, & ad locum conuenientem menstruum sanguinem allicientibus.*

Theriaca Andromachi, mithridatum cum decocto cinnamomi.
Tryphera magna sine opio cum aqua cinnamomi.
Trochisc. de myrrha plurimum hîc momenti habere experientia constat.
Electuarium emagogum magnarum quoque est virium, nec non elect. diacalaminthes Fernelij.
Aqua mensalis nostræ descriptionis.
Vinum Hypocraticum fiat ex vino albo & cinnamomo, diluatúrq. cum eringij decocto, vinũ absinthites.
Syrupi prædicti.
Succus eringij, cum vino albo.
Decoctum prædictum, decoctum salsæ parillæ.
Vinum infusionis fauinæ, diptami.
Milium solis, sauina cum vino albo data. Castoreum plurimùm quoque valet cum vino albo si detur.
Baccæ lauri, saluia, semen nigellæ, hermodactyli, agaricus, colocynthis, zinziber, piper.
Myrrha, azari radix.
Diptami radix.
Cucurbitulæ cum scarificatione inguini, poplitibus, pubi aut coxæ affigantur, sanguisque sic trahatur ad vterum.
Frictiones fiant infernarum partium cum panno calente, ligaturæ quoque dolorificæ coxarum fiant.
Sacculi, insessus, fomentationésque fiant decocto prædicto pro lumbis atque ventre, idque tempore expurgationis,

gationis;plurimùm enim iuuant.

Balneum fiat ex floribus camomillæ, meliloti, radice rubiæ tinctorum, hyssopo,abrotano,melissa,nepita, maiorana, baccis foliisque lauri, radicibus fœniculi, petroselini, artemisia,calamintho,origano,pulegio, roremarino,baccis iuniperi.

Suffitus ex arthemisia,aristolochia,baccis lauri,iuniperi, cinnamomo, caryophyllis,cassia lignea,origano, nepita,thure,styrace,galbano.

Vnguentum pro ima ventris parte, quo post balnei vsum vtetur,ex mucilagine seminis lini,fœnugræci, butyro recenti, medulla ossis cerui,oleo amygdalorum dulcium,liliorum,rutæ,sauinæ.

Vnguentum arthanitæ,oleum liliorum,oleum de lateribus,oleum ex piperibus.

Emplastrum ex abrotano, sauina, radice cyclaminis,sagapeno,myrrha, galbano,opopanace,styrace.

Pessulus ex oleo muscellino,lateritio,medulla ceruina, radice gentianæ,& cotone muscato dictis imbuto.

Pessulus ex mercurali contusa, theriaca, mithridato, gentiana, castoreo,myrrha,baccis iuniperi,tryphera magna, aut ex gummi ammoniaco,galbano,opopanace,sagapeno,semine melanthij,radice cyclaminis, rubia tinctorum, nigella,sauina,medulla ceruina,ex dictis quoque emplastrum fieri poterit; pessarium autem immittetur eodem tempore quo emplastrum supraponitur pubi.

Prouocantia menses nequaquam iis præscribemus quæ à morbo aliquo conualescunt, neque iis quæ à suppressione nihil incommodi sentiunt,sic nec in pinguibus,nec post 45.annum,neque ante decimum quartum, non grauidis, lactantibus,rursus nec iis quæ corpus habent cacochymicum, modò parum sanguinis habere verisimile sit,& quæ diuturnis morbis extenuatæ sunt; sic nec iis quæ magnam sanguinis iacturam fecerunt per profluuium sanguinis è naribus aliámve aliquam regionem, tum enim potius omnibus modis

ea quæ ſanguinis boni copiam generare poſſunt, præſcribemus, vitiáque ſi quæ ſint, quæ hoc impediant, emendabimus. Cauere ergo debemus ſummoperè ne menſium fluorem fruſtra prouocare cum præſentibus medicamentis tentemus, cùm prædicta aliqua incommoda adeſſe intelligemus. Verùm ſi copia adſit ſanguinis, & ſi ſubſiſtant ob eiuſdem craſſitiem, aut lentorem, aut vaſorum vteri partiúmve circumſtantium obſtructionem magnam, aut vteri denſitatem, tunc tutò dictis remediis menſtrua prouocabimus.

CORRIGENTIBVS *accidentia.*

Lac.
Oui albumen conquaſſatum.
Oleum violaceum, roſaceum.
Aqua roſacea.

Mitigant ardorem mordacem præſentia, ſi aliquis à peſſulis ſimilibúſve medicamentis excitatus ſit; linteolum autem prædictis inſuccatum collo vteri inſegatur.

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAMENTA *nobilia, in* MENSIBVS NIMIVM SVPPRESSIS *ſæpius cùm ſumma ſalute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruel experta.*

CVRATIO MENSIVM NIMIVM SVPPRESSORVM.

℞ diacatholiconis ʒ vj. mannę Calabrinę ʒ j. ſyrupi arthemiſiæ ʒ j. ß. aquarum arthemiſiæ ʒ iiij. fiat *Hauſtus.*

℞ ſyrupi arthemiſiæ ʒ ij. ſyrupi de duabus radicibus, ſyrupi Byzantini ana ʒ j. aquarum matricariæ, fœniculi, petroſelini ana ʒ iiij. fiat *Iuleb.*

℞ radicum aſari ʒ ß. fœnículi, petroſelini ana ʒ j. ß. ſauinæ m. ß. nepitę m. j. ß. capillorum Veneris p. j. coquan-

quantur in aqua q.ſ. ad ℔ j. colaturæ addantur ſyrupi de quinque radicibus ʒ iij. fiat *Potio*: obſtructiones ſoluit, & materiam quoque præparat.

℞ radicum fœniculi, apii ana ʒ j. ariſtolochiæ rotundæ ʒ ij. ſeminum aniſi, cicerũ rubrorum ana ʒ ij. ß. vuarum paſſarum enucleatarum ʒ j. ß. ſauinę ʒ j. ß. florum boraginis, bugloſſæ, foliorum nepitę, arthemiſiæ ana m. j. florum ſambuci m. ß. glycyrrhizæ raſæ ʒ ß. polypodii quercini ʒ j. agarici albi & leuis ʒ iij. ß. zinziberis ϑ ij. coquantur in aqua q.ſ. ad ℔ j. ß. colaturæ addatur electuarii elescopi ʒ j. ſyrupi arthemiſiæ, Byzantini ana ʒ j. ß. fiat *Potio*.

℞ electuarii elescopi ʒ vj. benedictæ laxatiuæ ʒ ij. ſyrupi arthemiſiæ ʒ j. aquarum nepitæ ʒ iij. fiat *Hauſtus*.

℞ pillularum de ſagapeno, maſtichinarum, fœtidarum ana ϑ j. cinnamomi optimi ϑ ß. caſtorei, ſauinę ana gr. xij. ſyrupi arthemiſiæ q.ſ. fiant *Pillulæ* ſeptem aut octo.

℞ trochiſcorum de myrrha ϑ ij. cinnamomi, caſtorei ana ϑ j. ſyrupi arthemiſiæ, vini albi odoriferi ana ʒ ij. fiat *Hauſtus* præſtantiſſimus ad ſollicitandum menſium fluorem.

℞ boracis, corticum caſſiæ fiſtulæ ana ϑ ij. ß. radicum cyclaminis recentioris, cinnamomi ſelectiſſimi ana ʒ ſs. myrrhæ ϑ j. fiat *Puluis*, doſis ϑ ij. cum vino optimo.

℞ trypheræ magnæ abſque opio, trochiſcorum de myrrha ana ʒ ij. theriacæ veteris ʒ j. caſtorei ϑ j. ſs. mentaſtri, radicum diptami, ſauinæ, cinnamomi, caſſiæ ligneæ ana ϑ j. conſeruæ bugloſſæ ʒ ij. ſs. fiat *Mixtura*.

℞ trochiſcorum de myrrha ʒ iiij. radicum diptami ʒ ij. ſs. ſauinę ʒ ſs. caſtorei ϑ ij. fiat *Puluis*, doſis ʒ j. cum aqua arthemiſiæ.

℞ radicum aſari ʒ j. cyclaminis ʒ iij. foliorum nepitæ m. j. ſs. ſauinæ ʒ ij. ſeminum apii, milii ſolis ana ʒ ſs.

Digitized by Google

carui ʒ ij. glycyrrhizę raſę ʒ v. ebulliant nonnihil in vino albo odorifero, libris autem duabus ipſius colaturæ adde ſyrupi arthemiſię, de quinque radicibus ana ʒ j. ſs. fiat *Potio.*

℞ radicum fœniculi, petroſelini, rubię tinctorum, aſparagi, ruſci ana ʒ j. florum camomillę, meliloti, ſambuci ana m. ij. ſ. foliorum roriſmarini, arthemiſię, ſauinæ, nepitæ, lauri ana m. j. ſs. meliſſę, origani ana m. j. ſeminum lini, fœnugręci ana ʒ j. ſs. ſeminum dauci, ammi ana ʒ ſs. coquantur in aqua q. ſ. ad tertiæ partis conſumptionem, fiat *Balneum*, vt humores liquentur atque fundantur; liquori autem calefacto inſidebit vſque ad vmbilicum, ídque abſque ſudoris prouocatione, cùm menſium purgationem impediat. Pubi autem applicabit ſacculum arthemiſia repletum, inſidebítque ſaccu-lo ex decoctorum materia. Poſt exitum autem balnei detur hoc ſubſequens medicamentum.

℞ caſtorei ʒ j. cinnamomi ℈ j. mithridati ℈ j. ſs. decocti cinnamomi, aut vini hypocratici ʒ iiij. aut cum conſerua florum anthos detur.

℞ radicum ebuli ℔ j. ſambuci ʒ v. radicum rubię tinctorum, ireos ana ʒ ij. foliorum ſaluiæ, artheniſię ana m. iij. coquantur in æqua portione aquæ & vini ad tertiæ partis conſumptionem. hoc liquore quotidie à coxis infrà, lotiones fient manè & veſperi, magnarum autem virium eius continuus vſus ad tempus aliquod eſſe ſolet.

℞ olei liliorum ʒ j. ſs. amygdalorum dulcium ʒ ij. camomillæ, axungiæ gallinæ ana ʒ ſ. radicum aſari, ariſtolochiæ ana ℈ j. ſ. fiat *Vnguentum* pro inferiori regione ventris, eáque lateris parte vbi renes occultantur.

℞ radicum diptami, cyclaminis ana ʒ iij. fœniculi, petroſelini, rubię tinctorum ana ʒ j. foliorum ſaluię, nepitę, arthemiſię ana m. j. coquantur in aqua q. ſ. ad tertiæ partis conſumptionem; fiat *Iniectio*, doſis ʒ iiij. cum ℈ j. ſs. caſtorei & grano moſchi.

℞ the-

Digitized by Google

℞ theriacę veteris ʒ ß. croci ℈ ß. ſucci ebuli, ſauinæ cum aqua arthemiſiæ extractæ ana ʒ iiij. fiat *Iniectio.*

℞ medullę ceruinę ʒ j. ß. radicum rubię tinctorum, nigellę, baccarum lauri ana ℈ j. myrrhę, caſtori ana ℈ ij. cyclaminis, ſauinę ana ℈ j. ß. olei liliorum q. ſ. fiat *Peſſulus.*

℞ colocynthidis, cyclaminis ana ʒ ß. nigellæ, gentianę ana ℈ ij. theriacæ antiquæ ʒ ß. cum ſucco ſauinæ paretur peſſulus, qui ſubiiciatur cum filo vt pro lubito educi poſſit, cùm non abſque detrimento ſubſiſtere poſſit.

℞ trochiſcorum galliæ muſcatę, radicum rubiæ tinctorum, ariſtolochiæ rotundæ ana ʒ j. cinnamomi, caryophyllorum ana ʒ ß. arthemiſię, nepitę, meliſſę ana ℈ ij. thuris, ſtyracis, galbani ana ℈ j. ß. fiat *Puluis* pro *Suffumigio*; vapor per infundibulum traducatur ad interiora matricis.

APPENDIX

ad prædicta pro curatione MENSIVM NIMIVM SVPPRESSORVM inſeruiens.

Vbi cum magno ſanitatis detrimento menſes in muliere ſubſiſtunt, eorum curam aggrediemur, aliàs non. Si autem à viſcidis frigidiſque hoc malum fiat humoribus (vti maiori etiam ex parte fit) quæ præſcribuntur, ſint caleſacientia, minimeque exſiccent. Omnium autem primò leniente medicamento redundantem minuemus humorem, ià quod reliquum eſt naturæ obediens vt fiat, laborabimus, tandémque purgante medicamento è corpore propellemus, demum quæ venarum ora reſerare, menſéſque prouocare poſſunt, imperanda erunt. Hinc deorſum ſanguis alliciatur ſectione ſaphenæ, aut cucurbitulis, quæ poplitibus etiam cum ſcarificatione affigentur. Aut lotionibus id fiat, vel balneis, nec non peſſulis; quibus addemus quæ dolorem ardorémque mitigare poſſunt, ſi ægra de iis conqueratur. Peſſaria autem, ne locum contiguum vlcerent, diu non permittantur in corpore ſubſiſtere,

Digitized by Google

& post eorum ablationem cum vino calente locus lauetur, in quo meliſſa atque pulegium priùs nonnihil ebullierint. A leuioribus autem incipiemus medicamentis, hinc ad mediocria tranſibimus, omnium vltimò ad fortiora, quæ in parua quantitate admittenda ſunt, ne vicus aut febris excitetur. Quæ omnia nunc anteáque medicamentis facilè conſequi poterimus, modò vniuerſalia particularibus debita ratione abhibeantur. Si à nimia pinguedine obſtructio fiat, exercitio vtatur valido, tenuique victu. Si ſubſiſtant menſtrua propter ægritudinem, aut vacuationem aliquam immodicam, aut propter inediam, ſen parcam victus rationem, tunc nequaquam prouocabimus antequam prædictis malis conuenientia abhibuerimus remedia. Præſtantiſſima autem medicamenta in menſium prouocatione inter reliqua hæc ſunt, caſtorei ℥j. *cum vino generoſo data poſt exitum balnei. Diacalaminthes Fernelij, trochiſci de myrrha, tryphera magna ſine opio.*

Methodus pro cognitione

PRÆFOCATIONIS VTERI INSERVIENS.

PRÆFOCATIO vteri, eſt vteri vel malignorum vaporum in vtero generatorum recurſus ad ſuperiora, vnde inteſtina nec non ventriculus & ſeptum tranſuerſum ita comprimitur ſubinde, vt dilatari non poſſit in ſpirationis tempore; videtur enim in hoc malo vterus modò ſurſum ita attolli, vt etiam membra ſuprapoſita per ordinem continuum ad ſuperiora impellat: ſubinde quoque in latus retrahitur vterus. Quamquam præfocatio vteri conuenientiam cum epilepſia, ſyncope nec non apoplexia habeat, quod loquela ſæpe auferatur atque corruat, aut ſaltem ſtare haud poſſit; tamẽ differt ab epilepſia, eò quòd in epilepſia fiat ſpuma

ſpuma in ore, oculi conuertantur, neruorumque fiat diſtenſio, quod in præfocatione nunquam videtur. Præfocata denique vti audit, ſic ſentit compuncta & intelligit, obtusè interim: epilepticus autem omnibus iſtis deſtituitur. Ex dictis patet quoque quomodo ab apoplexia differat. A ſyncope autem in hoc differt, quòd pulſus in præfocatis permaneat, exiguus tamen eſt, nec non rarus languiduſque. In ſyncope verò quaſi ceſſat: magis quoque pallet ſyncope correpta quàm præfocata, ſudoreque magis frigido perfunditur: odorata quoque naribus præfocatæ admota nocent, & contra vtero oblata iuuant; quod non accidit ſyncope laborantibus.

PARS AFFECTA. Vterus in hoc malo eſt focus huius morbi; in eo equidem ſanguis menſtruus aut alius quiſpiam humor, & frequenter quoque ipſum ſemen corruptum, venenatam quandam qualitatem ex natura loci aſciſcit. Propter conſenſum autem quem vterus cum principibus partibus habet, cerebro nimirum, per ſpinæ membranas atque neruos, cum iecore autem mediantibus venis, cum corde verò mediantibus arteriis; nequaquam mirum eſt, etiamſi præcipuæ dictæ partes conſentiant, atque malè afficiantur, hiſceque mediantibus vniuerſum etiam corpus.

SIGNA. Magna ex parte nauſea cibique oritur faſtidium, ſine vomitu tamen, cùm vapor malignus ex vtero ad viſcera ventriculumque delatus, iiſdem partibus moleſtus eſt, hinc ſpiratio crebra atque breuis, tandemque ſi ad diaphragma deferatur vapor, aut vterus plurimùm inflatus, ita comprimis diaphragma nec non inteſtina, atque ita arctantur partes, vt ſuffocationis metus impendeat, quaſique animo deſpondeat, triſtis fit aſpectus, animaque tandem leuiter deficit, pulſu tamen vix immutato. Si caput autem petat, aliquando iracundia, aliàs metu turbatur, hinc aliquando quaſi alto ſopore concurrente obmuteſcit mulier, oculiſque clauſis corruit, palletque. Quamuis autem in aliquibus

Digitized by Google

ſenſus motuſque ſeruetur, magna tamen ex parte ſine voce, ſenſu motuque quaſi attonita, iacet ſpiritus ſubinde ita paruus obſcuruſque eſt, vt ſenſum omninò interdum effugiat, aliquibus partes extremæ frigore corripiuntur, quod è capite quaſi originem habere videtur, & hinc per ceruicem in ſcapulas, brachia, crura atque pedes illabitur, quem difficilis motus comitatur, ſpecieſque quædam paralyſis, breui tamen diſcutitur. Declinante verò malo, oculi poſt multam grauitatem aperiuntur, malæ rubeſcunt, corpus firmari incipit, hinc vterus paulatim laxatur, humoriſque quippiam è locis muliebribus effluit, inteſtina murmurant, hinc mens, ſenſus motuſque redeunt. Inſtante autem acceſſione, crurum imbecillitas irruit, hinc ſopor, pigritia, facieiq; pallor, paulatimque grauiora ſymptomata, vt prædictum eſt, irruunt. Cùm autem grauia ſymptomata excitantur, facilè mulierem præfocatione laborare intelligere licet. Satis autem difficulter innoteſcit malum hoc, cum nonnulla huiuſmodi ſymptomata concurrunt mitia, eò quòd affinitatem cum cardiacis & melancholicis nonnullam tunc habeat, non contingit enim in omni præfocatione matricis, prædicta accidentia omnia quæ maximè terrere ſolent, concurrere, ſed nonnullæ mitius affliguntur, nonnullæ enim ſenſu, motu, nec non anhelatione priuantur, pulſuſque admodum fit paruus, altiſſimaque ſyncope corripiuntur: aliæ, ſenſu motuque permanente, in ſyncopen quaſi incidunt: nonnullæ dolorem cordis, & tumorem matricis atque ventris conqueruntur, in tantum aliquando quòd incuruari ſupra ventrem cogantur. Diuerſitas autem harum ſpecierum accidit propter cauſæ magnitudinem, diuerſitatemque.

CAVSA præfocationis eſt menſtruus ſanguis corruptus, vaporque malignus inde effloreſcens, aut vteri abſceſſus, maiori verò ex parte fit propter ſemen ad vterum tranſmiſſum, ibique detentum atque corruptum. Subinde quoque ab aliis fit humoribus ibidem cor-

Digitized by Google

corrupt's ; in vtero enim cùm prædicta corrumpuntur, malignam venenatámque qualitatem sæpe asciscunt ex natura ipsius loci, accidítque vt vnde vita, illinc etiam summa veneni pernicies oriatur, túncque vaporibus venenatis facillimum est, non solùm per venas & arterias, sed etiam per occulta spiracula ad superiores partes deferri, earúmque functiones perturbare.

PROGNOSTICVM. Comitialis modo, si diuturnus fiat affectus, sæpiúsque inuadere assuescat & per circuitum repetere, quamuis tutus appareat, singulis tamen accessionibus præceps quasi periculum adfert; multæ tamen à malo se recolligunt, & ad se redeunt; nonnullæ verò in ipsis accessionibus subitò, aut post paucas horas moriuntur; tunc solet diu accessio permanere, sensus atque motus auferrur, pulsus multum fit inordinatus crebérque, tandem omnino etiam aboletur, postremò frigidus sudor corpus occupat, spiritúsque quasi deficit; hinc syncope atque mors. Non ita metuendum malum est, si prædictis malis concurrentibus spiritus illæsus persistat, hoc quoque minus periclitantur, qui vnà cum respiratione sensum motúmque satis habent liberum. Vti autem epilepsia, sic etiam hoc malum quasi circuitibus quibusdam repetit.

Digitized by Google

Methodus pro curatione

PRÆFOCATIONIS MATRICIS INSERVIENS.

Perficitur autem ſubſequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr ſit temperatus, non frigidus, miniméque ventoſus.

Cibus. Caueat ab alimentis quæ ſanguinis ſpermatiſque multum generare poſſunt. Parcè quoque victitet. Vitentur omnia quę flatus hûmoréſque malignos atque melancholicos generare poſſunt.

Potus. Vinum non admittatur niſi aqua dilutum fuerit; ſi ſyncopis tamen periculum irruat, admittitur merum vinum.

Exercitia mediocria admodum proſunt.

Somnus ſolito ſit breuior.

Excrementa alui reſpondeant arte aut natura.

Triſtitia euitetur, gaudiúmque quibuſcumque fieri poterit modis procuretur.

PRAEPARANTIBVS.

Syrupus de quinque radicibus.

Oxymel ſquilliticum.

Decoctum petaſites, bryonię, artemiſię, ariſtolochię rotundæ.

Syrupus artemiſiæ.

Aqua nepitæ, artemiſiæ, diptami, petaſites.

VACVANTIBVS.

Benedicta laxatiua.

Electuarium eleſcopi.

Agaricus trochiſcatus.

Hierą picra. Hierá diacolocynthidos.

Pillulæ

Digitized by Google

Pillulæ de agarico,fœtidæ.Clyſtere.

AVERTENTIBVS, *vaporéſque ſurſum ferri prohibentibus.*

Ligaturæ partium infernarum dolorificæ, maximè crurum coxarúmque,fiant etiam vſque ad ſtuporem.Hypochondrium autem fortiter manibus comprimatur deorſum, hac equidem ratione vterus non ita liberè aſcendere poterit. In eundem finem faſciis ſuccingi poterit aſtrictoriis.

Frictiones fiant earundem partium plantarúmque pedum,vt ſpiritus excitati humores noxios propellant.

Cucurbitulæ inguinibus coxíſque affigantur, nequaquam autem ſuperioribus partibus ipſius ventris:tunc enim vterus in ſuperioribus aut retineretur, aut eò magis attraheretur.

Sacculi aut fomentationes ex abſinthio, arthemiſia, camomilla,pulegio.

Panni quoque multum calidi imæ ventris parti applicati plurimum commodi afferunt.

Suffumigationes ex plumis perdicum, calceamentorum ſoleis,cornu caprino,caſtore, pice, funiculo lucernæ recenter extincto,iíſque ſimilibus. Talia enim facultatem expultricem excitant, quæ noxiam materiam expellendo paroxyſmum abbreuiat.

Odoramenta quoque naribus admota ex aſſa fœtida, caſtoreo,ſagapeno,galbano. Ad inferiores enim parte vterus vt deſcendat,efficiunt,cũ grauẽ ſpirantia odorem vterus refugiat,boníſque reficiatur ſpiritibus, haud ſecus atque ſi inſtrumentum olfactus haberet, eáque ratione gratum eſt lignum aloës, ciuetta,gallia moſchata,alipta moſchata, caryophylli,oleum liliorum alborum; in quo muſci aliquid imponatur. Emboto autem admittatur fumus in vterum earum rerum quæ bonum ſpirant odorem.

Sternutatoria quoque medicamenta ex elleboro,caſtoreo,ſubitò paroxyſmum abrumpunt: vterus enim in

Digitized by Google

propriam ſedem redit propter corporis exagitationem in ſuperioribus partibus perceptam.

Spiritum comprimat aliquandiu ægra, aut inſufflatio ore in nares fiat; ſic enim vterus quoque deturbatur.

Venæ internæ ſectio inſtituetur in menſium ſuppreſſione; hinc ipſius tali vena aperiatur, aut ſaltem ſanguiſugis aut ſcarificatione vtemur; alioqui ſuſpectum remedium venæ ſectio erit.

Frictio internarum partium vteri tam tempore paroxyſmi quàm tempore quietis fiet digito obſtetricis oleo liliorum alborum illito, in quo zibeti, moſchi aliquid diſſoluatur; ſic enim interdum noxiam materiam vacuati contingit, matricémque ad inferna deſcendere.

CONFORTANTIBVS, *intemperiémque malignam vteri emendantibus.*

Diacumitum, dauci ſemen.

Conſerua magna noſtræ deſcriptionis mirabiliter huius ægritudinis radices demolitur.

Caſtoreum cum decocto artemiſiæ in vino tenui detur per interualla.

Nares aliquando claudantur, & aër retineatur, idque fiat breui tempore, & per interualla; ſic equidem contingit calorem naturalem propter collectionem vnionémque cõfortari, vaporéſque malignos diſſipari.

Peſſaria è cumino, agarico, hiera picra, theriaca, mithridato, pipere, zinzibere, ammoniaco, adipe anſerino, ſtyrace.

Suffitus per ſedem perforatam, vel infundibulo fiat è cinnamomo, caryophyllis, macere, ligno aloës, ladano, trochiſcis aliptæ & galliæ moſchatæ.

Iniectio fiat in vterum ex oleo ſpicato, irino.

Vnguentum pro ſumine & lumbis ex oleo liliorum, nardino, gallia moſchata, cinnamomo, oleo ambræ.

Peſſulus ex ladano, alipta moſchata, moſcho, ſtyrace, ambra, ligno aloës, cinnamomo, caryophyllis, oleo ſpicæ, aqua roſacea.

Empla-

Digitized by Google

Emplastrum ex ladano, gallia aliptáque moscata, moscho addito.

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAmenta nobilia in PRÆFOCATIONE MATRICIS *sæpius cum summa salute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruele experta.*

CVRATIO PRAEFOCATIONIS VTERI.

℞ radicum angelicæ, bryoniæ ana ʒ vj. aristolochiæ rotundæ ʒ iij. foliorum mercurialis, artemisiæ ana m. j. se. florum camomillæ, meliloti ana m. j. coquantur in aqua q. s. ad lb. j. se. colaturæ adde hieræ logodij ϑ ij. electuarij elescopi ʒ j. olei liliorum alborum, keirini ana ʒ j. se. vini generosi ʒ iij. fiat *Clystere.*

℞ syrupi artemisiæ, syrupi de quinque radicibus, oxymellis simplicis ana ʒ j. se. aquarum artemisiæ, nepitæ ana ʒ v. fiat *Iuleb.*

℞ radicum angelicæ ʒ j. brytonię ʒ v. fœniculi, petroselini ana ʒ j. seminum anisi, apij, pæoniæ ana ʒ se. nepitæ, artemisiæ ana m. se. vuarum passarum enucleatarum ʒ j. glycyrrhizæ rasæ ʒ iij. pruna damascena, sebesten ana numero vj. polypodij quercini, senæ Alexandrinæ ana ʒ j. agarici albi & leuis ʒ se. florum boraginis, buglossæ ana m. j. zinziberis ʒ j. se. cinnamomi ʒ ij. coquantur in aqua q. s. ad lb j. colaturæ adde benedictæ laxatiuæ, electuarij elescopi ana ʒ sem. misceantur, fiat *Potio*, dentur ʒ iiij. in aurora.

Electuarij elescopi ʒ iij. agarici trochiscati ʒ j. aquarum diptami, nepitæ, petasites, syrupi artemisiæ ana ʒ j. misceantur, fiat *Hauslus.*

℞ pillularum fœtidarum hieræ diacolocynthidos ana ϑ j. syrupi artemisiæ q. s. fiant *Pillulæ.*

℞ pillularum de sagapeno, fœtidarum ana ϑ j. se. castorei ϑ se. cũ syrupo artemisiæ q. s. fiant *Pillulæ* octo nu-

Digitized by Google

mero. aut, ℞ hieræ diacolocynthidos, pillularum aggregatiuarum ana ℈ j. assæ fœtidæ ℈ sem. castorei gr. vj. fiant *Pillulæ* vt prædictum est, dentur semel in septimana.

℞ theriacæ magnæ, mithridati optimi ana ℈ j. sem. assæ fœtidæ ℈ sem. decocti seminum dauci ʒ iij. fiat *Hausius*. Decoctum radicum petasites, bryoniæ, glycyrrhizæ, radicum angelicæ cum saccharo per plures dies potatum magnarum est virium ad abigendum hoc malum.

℞ olei liliorum alborum ʒ ij. decoctionis hordei mundi ʒ vj. oxymellis squillitici ʒ j. se. misceantur; fiat *Potio Vomitoria*, ter detur in aurora modicè calens.

℞ diamusci dulcis, diambræ, aromatici rosati ana ʒ ij. mithridati optimi ʒ j. castorei ʒ ij. se. radicum diptami ℈ j. conseruæ buglossæ ʒ j. syrupi de artemisia q. s. ad electuarij mollis consistentiam.

℞ piperis albi, ellebori albi ana ℈ ij. castorei ℈ j. seminis rutæ ℈ j se. misceantur, fiátque *Pulvis sternutatorius* cuius exigua quantitas in nares reiiciatur calamo.

℞ calami aromatici, ligni aloës ana ʒ j. salis gemmæ & nitri ana ʒ j. sem. styracis siccæ ʒ se. moschi gr. ij. aceti optimi & aquæ rolaceæ ana q. s. fiat *Pessarium*.

℞ trochiscorum gallinæ muscatæ ʒ ij. aliptæ muscatæ ʒ j. calami aromati, styracis siccæ, caryophyllorum, maceris, ligni aloës ana ℈ iiij. moschi, zibetti ana gr. vj. cum aqua rosacea q. s. fiant troschisci pro *Suffitu*. Tempore vsus, vnus in carbones ardentes coniiciatur, fumúsque in vterum per infundibulum recipiatur.

℞ olei liliorum, nardini ana ʒ j. se kerini ʒ j. moschi gr. v. galliæ muscatæ, styracis ana ʒ se. commistis omnibus fiat *Linimentum* molle pro regione pubis partéque vteri interna.

℞ emplastri ceronei ʒ ij. trochiscorum galliæ moscatæ ʒ j. se. cinnamomi electi, foliorum lauri ʒ j. ladani ℈ j. se. olei liliorum alborum q. s. fiat *Emplastrum* quod pectinis regioni applicetur: bis autem in die idem locus,

nec non

Digitized by Google

nec non ſinus vteri, oleo liliorum alborum inungetur placidentibus autem optimè id fiat manibus.

APPENDIX
ad prædicta pro curatione PRAEFOCATIONIS VTERI inſeruiens.

Si ex acceſſione periculum immineat ob accidentium extremitatem, omnium primò ſymptomata pernicioſa placabimus antequàm cauſam morbi oppugnare incipiamus: ægrotam ergo excitabimus, partim odoribus ingratis ex aſſa fœtida, ſulfure, caſtoreo candelis extinctis, pice, plumis, vngulis aſinorum, aliiſque ſimilibus vſtis; habent enim huiuſmodi odores magnam efficaciam in hoc malo: Peſſariis quoque ſubiectis materiam peccantem euocabimus, accidentiáque grauiſſima placabimus. Idem quoque conabimur odoratis rebus vtero admotis perficere; bene enim olentibus reficitur, vti malum ſpirantibus odorem offenditur, imò à vaporibus certæ naturæ ita intumeſcit & attollitur, vt etiam ad diaphragma aſcendat, vt illos effugiat; illúdque comprimendo ſpiritum impedit, vtque magna cum difficultate trahatur, efficit. Omni etiam ratione quæ malignos vapores ad cor aſcendere prohibent, hîc adminiſtrentur; bona etenim pars curæ in eo conſiſtit, vt vapores ſurſum ne ferantur, inhibeamus; in quem finem ligaturis frictionibúſque partium infernarum vtemur, aliiſque prius dictis ingeniis quæ auertere poſſunt vapores malignos ſurſum aſcendentes. Cùm autem à paroxyſmo conualuerit, obſeruabimus quænam ſit mali cauſa, & ſecundum eius diuerſitatem, legitimam curandi rationem inſtituemus. A menſium enim ſuppreſſione ſi fieri intelligamus, vt debitis temporibus fluant procurabimus, quemadmodum prædictum eſt. Si autem ob ſemen in vtero retentum corruptúmque fieri verisimile ſit, ea quæ ſeminis generationem fieri prohibent, præſcribantur, aut viri conſuetudinem admittat, aut titillari digitis obſtetricis collum vteri debet, vt materia corrupta vacuari queat; digitum autem inungat prius oleo liliorum obſtetrix. Si autem ab aliis corruptis in vtero humoribus malum, concoquantur omium primò naturæque obedientes reddantur ſecundum rei exigentiam. Hinc purgentur conuenientibus medicamentis, & è corpore educantur, tandémque quæ cor-

Digitized by Google

roborare, intemperiémque malam uteri emendare possunt, præscribantur. Quæ omnia nunc anteáque dictis medicamentis felicissimo cum successu consequi poterimus, modò uniuersalia particularibus debita ratione adhibeantur. Præsernationis autem causa, ieiunare frequenter laboribúsque se exercere satis seriis proderit. Item utatur semine cumini, cinnamomo, croco, semine dauci; secretum equidem hoc est quibusdam remedium.

Methodus pro Cognitione

MORBIS ARTICVLARIS INSERVIENS.

ARTHRITIS, seu morbus articularis est, vbi multi articuli doloribus molestantur ex interuallis recurrentibus, seu est articulorum imbecillitas dolórque ex interuallo inuadens, magna ex parte à fluxione ortum habens, quæ se insinuat inter ligamenta aut membranas tendinésve articulorum. Hoc enim in malo ipsi articuli primùm humores suscipiunt, qui demum membranis astantibus etiam se insinuant. Si in manuum carpo, digitorúmve articulis, ligamentis, vel lacertis fiat, chiragra dicitur. Si verò in genu obhæreat, tunc genogra: coxendricis verò dolor dicitur, cùm grauissimè excruciat supra articulum coxæ, vnde in femur, suram, extremúmque pedis diffunditur, secundum ductum neruorum scilicet. Non autem in magno coxæ articulo, sed altiùs hæret ad summam natem scilicet. In pedibus verò podagra nominatur, siue malleolos, siue plantam pedis, siue pollicis articulum occupet. Nõ itaque quilibet articulorum dolor, morbus articularis vocabitur: verùm ille solũmodò, qui ex imbecillitate articulorũ, propter eorum

eorum laxitatem, viarumve amplitudinem, humorumque defluxum natus est. Humerorum quoque articulos atque vertebras aliquando inuadit. Adde nullam aliquando esse ossium connexionem, quæ immunis sit ab hoc dolore. Quilibet autem alterius articuli dolor, generis nomine, arthritis dicitur. Vsus equidem tribus tantummodo articulorum malis nomina propria indidit. Hinc quoque constat species iuncturarum affectuum, non toto inter se differre genere, sed solummodo locorum affectorum diuersitate.

PARS AFFECTA. Partium corporis articulo atque tendines, vincula, membranæque quæ ossa vel connectunt, vel ambiunt, hîc afficiuntur; contingitque membranas impleri, subindeque etiam distendi. Estque hic affectus symptoma pertinens ad actionem læsam facultatis sensitiuæ: ipse equidem tactus oblæsus est.

SIGNA. Grauibus doloribus afficitur æger diu, qui per interualla recurrunt. Cùm autem primò malum inuadit, paulatim accedit, orituruque aut leuis podagra, aut genogra, aut chiragra, coxendicísve dolor. Si autem mala victus ratione vtatur, sæpe plures in corpore articulos circumuenit, imò subinde nulla connexio expers huius cruciatus est, ita vt aliquando vertebras dorsi, quandoque etiam ipsum guttur, nonnunquam etiam ipsas genas inuadat. Nullus magna ex parte tumor conspicuus est in podagra; nec in coxendicis malo. In chiragra verò, nec non in genogra, frequenter cum dolore pulsatili, tumor, rubor, molestusque calor ex doloris vehementia concurrit. adde quòd subinde etiam inflammatio accersatur, tuncque appetitus, prosternitur vigiliæ molestæ perturbant, aliquando etiam febris.

CAVSA. Cuiusuis articularis morbi causa magna ex parte est copia humoris pituitosi, alte úsve in venis magnis, iecore, capitéve, nimium exuberans dictasque partes propterea grauans, quæ vt se onere leuens prædicta excrementa aliquando in articulorum vincula, membranas tendinésque propellunt. Ex eorum autem

Digitized by Google

illapſu contingit impleri atque diſtendi has partes,nec non debilitari. Accidit hîc quoque humorem illapſum tempore craſſeſcere, & indureſcere virtute caloris circumſtantis,aut vi medicamentorum,vnde tophi calculíve quaſi naturam induit; & tunc quidem nodoſa arthritis oritur:in qua articuli aliquando diſtorquentur, nonnunquam quoque incurueſcunt, mouendique facultas amittitur. Copiam autem horum excrementorum maximè accerſcere ſolent quatuor hæ cauſæ,veneris, vinique generoſioris immodicus vſus, cruditas,partiſque imbecillitas;adde otium,conſuetarum exercitationum interminſionem,nec non vacuationum conſuetarum ſuppreſſionem.A parentibus quoque in prolem deriuari ſolet hoc malum.

PROGNOSTICA. Dolores podagrici vere & autumno magna ex parte mouentur. Hic morbus ſi in adultam incidat ætatem, nunquam perfectè curatur.In iuniore autem ætate multum ſperare licet,ſi bona vtatur victus ratione, aluumque ſolutam habeat, corpuſque haud ſegniter exerceat, modò nodoſa necdum ſit enata arthritis,cùm ea curam non admittat.In hoc malo ſi tormina concurrant, aut diarrhœa, leuatur æger, plurimumque ingraueſcit malum ex immodico vſu veneris atque vini generoſioris.In coxendicum malo dolor grauior excitatur,quàm in aliis ſpeciebus arthritidis, eoque magis diu durabit, quò maior torpor,friguſque in crure,coxa,lumbíſque fuerit,& quò magis eſt annoſus,aſtrictamque aluum habet.Bonum eſt hîc dolorem ad inferiora tranſiiſſe, coxa lumbíſque relictis. Hydropem, aliquando quoque aſthma adducitur tum podagra,tum coxendicis dolor,eaque incurabilia mala magna ex parte fiunt. Vti autem podagrici dolores,ſic & coxendicum, etiam ſi homo iam liberatus videatur,facilè recurrere ſolent.

Metho-

Digitized by Google

Methodus pro curatione

ARTICVLARIS MORBI INSERVIENS.

Perficitur autem ſubſequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr ſit temperatus, potius tamen ad ſiccitatem declinet & caliditatem.

Alimenta conueniunt quę modicè nutriunt, quibus ſobriè quoque vti conuenit: ſatiari enim cibis admodum noxium eſt; imò famem perferat ſubinde per aliquot dies.

Potus ſit aqua mellis, aut aqua in qua parum cinnamomi decoctum ſit, aut ſemina aniſi, vitet vinum, potiſſimùm generoſum.

Exercitium ſatis ſit ſerium vbi malum quieuerit; tempore enim fluxionis illud vitabit.

Somnus ſit moderatus; longior enim fomenta ſuggerit ipſi morbo, nox úſque eſt.

Aluum ſolutam arte aut natura habeat.

Veneris abſtinentia vti multum in hoc malum iuuat, ſic immoderatus vſus mirum in modum huic malo incrementum dat.

Animi perturbationes fugiat.

PRÆPARANTIBVS.

Oxymel ſimplex.

Mel roſatum.

Syrupus ſtœchados.

Syrupus de ſucco boraginis.

Aquæ betonicæ, abſinthii, boraginis.

A multum aperientibus acetatíſque hîc abſtinebi-

Digitized by Google

mus medicamentis; cùm priora materiam ad fluxum irritent, acetum verò inimicum existat neruis.

VACVANTIBVS.

Venæ sectio fiat si sanguis redundet, & morbus iam primò hominem affligat ipsius humerariæ eiusdem lateris, potissimum si infernæ partes laborauerint. Tandem verò secabimus etiam poplitis aut malleoli venam; coxendicum enim dolorem omninò aliquando delet. Ea quoque quæ iuxta annularem & paruum digitum reperitur, secabitur maximo cum commodo, si suis temporibus repetatur. Si verò manus brachiáve dolore afficiantur, secabimus venam poplitis eiusdem lateris maximo cum commodo.

Electuarium de succo rosarum, benedicta laxatiua, elescopi elect. diaturbith cum rhabarb. diacatholicum. Triphera Persica leniſſimè vacuat citra agitationem humorum.

Pillulæ coxiæ, fœtidæ, de sagapeno, aureæ, de hermodactilis maiores, artheticæ, de opopanace, Arabicæ plurimùm hîc prosunt.

Hiera picra, agaricus trochiscatus, rhabarbarum, myrobalani kebuli, turbith.

Syrupus de multiplici infusione rosarum.

Decoctum radicum asari, stœchados, herbæ paralyticæ, iuæ, senæ, polypodij, agarici, myrobalanorum citrinorum, kebulorum, centaurei minoris, seminum anisi, fœniculi, benedicta laxatiua, electuario elescopi additis.

Clysteres in coxendicum supernarumque partium malis efficaces sunt, reuellunt equidem, placidoque calore qui membris ab oleis communicatur, refocillari contingit partem languentem.

Nulla ratione omittenda sunt quæ totum corpus onere leuare possunt. Cùm autem rariùs hoc malum ab vno fiat humore peccante, curatio correspondens quoque instituatur.

AVER-

Digitized by Google

AVERTENTIBVS.

Vomitus fiat cum decocto radicum raphani, atriplicis, feminis asari, florum genistæ, syrupo acetoso simplici, oxymelle simplici, squillitico, aqua tepida.

Cucurbitulæ quoque maximam vim habent in coxendicum dolore, si primo superioribus partibus affigantur frequenter, à quibus humores ruere in locum affectum verisimile est. Deinde magnæ loco dolenti etiam accommodabuntur.

Frictiones.

Ligaturæ.

Vrinam mouentia.

Sudorem prouocantia.

Cauterium potentiale ex calce viua, melle anacardino, sapone, nitro, euphorbio. Aut ex cantharidibus, capitibus aliisque abiectis, staphide agria, fermento, melle anacardino; aut cum radicibus foliisque iberidis herbæ cum axungia veteri emplastrum fiat, quod articulo coxæ, vniuersoque accommodetur cruri; quod singulis vicenis diebus repetetur.

A repellentibus hîc abstinere debemus medicamentis, cùm dolorem potiùs augere possint, eò quòd humores intrò pellant, ibique detineant.

MITIGANTIBVS *dolorem.*

Oleum sambucinum, axungia humana, oleum amygdalorum, camomelinum, oleum florum verbasci in coxæ doloribus plurimum iuuat. aut radices & flores verbasci in vino rubro macerabuntur 24. horis, destilletur postea; hinc splenium madescat in extracto liquore, caleatque dum parti affectæ accommodatur; fiatque hoc aliquoties in die. Inungi pars quoque poterit oleo prædicto. Oleum spicæ multum quoque commendatur.

Vnguentum ex prædictis oleis, addendo pinguedinem vulpis, axungiam suilli veteris, butyrum, oleum terebinthinæ,

Cataplasma fiat ex solis radicibus althææ cum farina

hordei, axungia ſuilla, aut cum radicibus althæę, farina lini, fœnugręci, hordei, floribus meliloti, camomillę, abſintio, iua, mica panis, ſtercore bouis, ſemine papaueris, momento opij, oleo camomelino, vulpino, roſarum, lacte caprino; aut ſemina lini, fœnugręci, aqua & aceto coquantur, mucilaginiſque quantitas extrahatur; quę melli permiſta, parti per triduum apponantur.

Ceratum ex thure, galbano, ammoniaco, croco, oleo roſato, aceto, reſina, cera.

Anodynis medicamentis vtemur, non autem ſtupefacientibus, niſi dolor ſupra modum fuerit acerbus. Quotieſcumque autem ſtupefacientibus coacti fuerimus vti medicamentis, ea quę placidè calefacere poſſunt, applicabimus, poſtquam iam dicta ſtupefacientia medicamenta ablata erunt; periculum enim eſt ne membrum alioqui nimium debilitaretur ab intemperie relicta.

ROBORANTIBVS *partem affectam, digerentibúſque reliquias mali.*

Theriaca, mithridatum, diacorallum, decoctum geniſtę, radicum cynæ, guaiaci.

Conſerua magna noſtræ deſcriptionis mirificè præſeruat ab hoc malo.

Vnguentum ex oleo vulpino, nardino, camomelino, liliorum, laurino, de euphorbio, de lateribus, roſato.

Vnguentum ex decoctione vermium terreſtrium, ſaluia, nepita, roremarino, geniſta, ariſtolochia, vulpe.

Vnguentum Agrippæ, martiatum, aregon, ex adipe anſeris, ſuillæ, oleo vulpino, camomelino.

Balneum ex granis iuniperi, floribus camomillæ, meliloti, radicibus ebuli, foliis lauri, ſaluiæ roriſmarini, origani, abſinthij, betonicæ, roſis, ebulo. Fomentetur quoque locus cum ſpongia hiſce imbuta liquoribus, poſtea inungatur cum axungia humana, petroleo.

Bal-

Digitized by Google

Balneum naturale ſulfureum.

Ceratum fiat ex oleo camomelino, anethino, lumbricorum, caſtoreo, addito ſulfure.

Cataplaſma ex floribus camomillę, meliloti, foliis & radicibus althææ, ſeminibus lini, fœnugręci, cumini, oleiſque prædictis.

Emplaſtrum ex floribus camomillæ, meliloti, ſaluia, pulegio, farina fœnugræci, gummi ammoniaco, opopanace, ſagapeno, oleo ſambucino, rutaceo, vulpino, camomelino, laurino, terebinthino, pice, cera.

Emplaſtrum Iohannis de Vigo.

Ab immodicè reſoluentibus hîc quoque abſtinere debemus prouidè; periculum enim eſt ne tenuiori humore diſſipato, craſſóque relicto, eum in tophaceam calloſámve tranſmutemus ſubſtantiam.

THEORICA ET EMPIRICA MEDIcamenta nobilia, in MORBO ARTICVLARI *ſæpius cum ſumma ſalute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruel experta.*

CVRATIO ARTICVLARIS MORBI.

℞ radicum acori, polypodii quercini ana ʒ j. agarici ʒ ſs. foliorum ſaluię, lauri, maluę, rutę, centaurei minoris, hypericonis ana m. j. ſ. florum camomillę, meliloti ana m. j. ſeminum aniſi ʒ j. coquantur in aquâ q. ſ. ad ℔ j. ſs. colaturę adde electuarii eleſcopi, diaturbith cum rhabarbaro ana ʒ vj. olei rutacei, camomelini, ſambucini ana ʒ j. miſceantur, fiat *Clyſtere.*

℞ oxymellis ſimplicis & ſquillitici ana ʒ ij. aquę tepidę ʒ iij. olei communis ʒ j. miſce pro *Vomitorio* medicamento.

℞ oxymellis ſimplicis, ſyrupi ſtœchados, mellis roſacei ana ʒ j. aquarum fœniculi, petroſelini, betoni-

Digitized by Google

cæ ana ʒ iiij. miſceantur, fiat *Iuleb.*

℞ radicum aſari ʒ iij. petroſelini ʒ ij. chamæpityos, endiuiæ, hypericonis, ſaluiæ ana m. j. ſeminis aniſi ʒ vj. ſeminis melonis ʒ v. hermodactylorum ʒ j. ß. foliorum ſenæ, carthami contuſi, polypodii quercini ana ʒ v. zinziberis albi ℈ ij. coquantur in ſufficienti quantitate aquæ ad libram vnam, colaturæ adde ſacchari albi ʒ ij. fiat *Potio.*

℞ pillul. fœtidarum, de ſagapeno, cochiarum ana ℈ j. rhabarb. electi, myrobalan. Indorum ana ℈ ß. fiant *Pillulæ* ſeptem aut octo.

℞ radicum aſari ʒ ß. ſeminis naſturtii, atriplicis ana ʒ iij. ſeminis eruçæ, aſari ana ʒ ij. radicum raphani ʒ j. coquantur in aqua q. ſ. ad medietatis conſumptionem. Vnciis quinque huius decocti addatur oxymellis ſquillitici ʒ j. olei camomelini ʒ vj. fiat *Vomitorium* medicamentum, detur tepidum.

℞ pyrethri conditi ʒ iij. zinziberis conditi ʒ j. ß. diatrion piperei ʒ iij. fiat *Electuarium* molle.

℞ electuarii eleſcopi, diaturbith cum rhabarb. ana ʒ iij. ß. electuarii de ſucco roſarum ʒ j. ſacchari albiſſimi q. ſ. fiat *Bolus.*

℞ radicum ruſci, aſparagi ana ʒ j. herbæ paralyticæ, ſtœchados Arabicæ, iuæ ana m. j. ſeminum aniſi, petroſelini ana ʒ ß. glycyrrhizę raſę ʒ iij. ſs. ſenæ Alexandrinæ, polypodii quercini, carthami contuſi ana ʒ v. coquantur in aqua q. ſ. ad ℔ j. ſs. colaturę addatur electuarii eleſcopi, benedictæ laxatiuæ ana ʒ v. electuarii de ſucco roſarum ʒ j. ſs. fiat *Potio.*

℞ radicum ebuli ℔ j. ſaluiæ m. iiij hyſſopi, pulegii, abſinthii ana m. ij. rapas duas aut tres, florum camomillæ m. ij. ſeminis lini ʒ ij. granorum iuniperi ℔ ſs. coquantur in aqua in qua vulpes exenterata cocta fuit ad diſſolutionem, tandem addantur ſulfuris, aluminis ana ʒ vj. fiat *Balneum.*

℞ mithridati, theriacæ electæ ana ℈ ij. aquæ cinnamomi q. ſ. fiat *Hauſtus*, ante balnei ſumat exi-

tum

Digitized by Google

tum, & post exitum lecto se committat ita vt sudare possit.

℞ olei lateritii, petrolei ana ʒ ij. olei camomelini, vulpini, terebinthini, sambucini ana ʒ iij. vnguenti Agrippæ, pinguedinis cati siluestris ana ʒ ss. axungiæ castoris ʒ j. ss. misceantur, fiat *Vnguentum*.

℞ olei lumbricorum ʒ j. galbani ʒ j. castorei ℈ ij. ss. nucis muscatæ, saluiæ ana ℈ ij. ss. axungiæ humanæ, olei terebinthini ana ʒ ss. misceantur, fiat *Vnguentum*.

℞ olei sambucini ℔ ss. in eo coquantur radices ebuli contusæ ʒ iij. colaturæ addantur axungię humanę ʒ ij. olei vulpini, petrolei ana ʒ ss. galbani, ammoniaci ana ʒ vj. adipis gallinę ʒ j. ss. ceræ & aceti q.s. fiat *Vnguentum* molle.

℞ radicum ebuli ʒ iij. rapas tres numero, seminum fœnugręci ʒ j. ss. coquantur in aqua q. s. ad mollitudinem addendo stercoris vaccini ʒ iiij. mellis q.s. fiat *Cataplasma*.

℞ picis ʒ iij. sulfuris viui ʒ j. ss. olei rosacei q.s. fiat *Emplastrum*, extendatur in pelle ouina calente.

℞ radicum althææ ʒ j. florum camomillę m. ij. rosarum rubrarum, foliorum absinthii, maioranæ, caulium ana m. j. rapas duas iustæ magnitudinis; bulliant in sufficienti quantitate cerecuisiæ bonæ, adde farinæ hordeaceæ, triticeæ, seminum lini, fœnugræci ana ʒ ss. olei lateritii ʒ iij. olei vulpini, camomelini in quo vermes terrestres ebullierint ana q. s. vitellum vnum oui, croci ℈ ss. fiat *Cataplasma* doloris sedatiuum & resolutiuum optimum.

Digitized by Google

APPENDIX

ad prædicta pro curatione ARTICVLARIS MORBI inseruiens.

Omnium primò communem corporis sentinam euacuabimus enemate conuenienti. Humores demum peccantes naturæ obedientes reddemus. Hinc è corpore deturbabimus purgatorio medicamento. Demum humores aliunde influentes in partem affectam auertentibus medicamentis inhibebimus, in quem finem vomitum prouocabimus per tres aut quatuor dies continuos; anteà verò vtetur alimentis diuersis, potissimùm liquidis pinguibúsque. Demum dolores si persistant, leniemus anodynis medicamentis. A stupefacientibus autem quàm maximè abstinebimus, nisi nimius dolor atque ardor contrarium imperat, túncque licebit vnguentum componere ex olei rosacei, camomelini ana ʒ j. opij granis aliquot, ceræ & aceti sufficienti quantitate. Partem autem ægram abluemus post amotionem stupefacientis medicamenti, cerevisia calente. Commodè quoque propinabimus syrupum cydoniorum, rosarum, cum aqua plantaginis sæpius: humoribus equidem sic libertas illa ad fluendum ex parte adimitur. Tandem roborabimus cerebrum partémque affectam conuenientibus medicamentis, intemperiémque relictam emendabimus. Quæ omnia nunc anteáque dictis medicamentis consequi poterimus, modò vniuersalia particularibus debita ratione adhibeantur.

Metho-

Digitized by Google

Methodus pro cognitione

LVIS VENEREÆ INSERVIENS.

LVES VENEREA malum est contagiosum quod consuetudine Veneris magna ex parte contrahitur. Superioribus ætatibus incognitum fuit malum ; nunc autem plurima secum mala , detestanda atque molestissima accidentia adducit. Ex paruo quidem sæpe initio ortum habet , tempore nihilominus ita increscit ; vt non solummodo humores , & hinc spiritus oppugnet, sed tandem etiam neruos , membranas , tendones, carnem, ossa, reliquásque corporis partes emori faciat paulatim, eorum temperamentum , totámque substantiam peruertendo, vnde diuersa plurimáque excrementorum genera enascuntur. Vocatur autem commodè lues Venerea , cò quòd consuetudine Veneris magna ex parte contrahatur. Per plures autem menses sæpe in corpore delitescit priusquam sæuire incipiat, aliquando etiam per annum.

PARS AFFECTA. Iecur hîc primariò laborat, quod patet ex actionibus naturalibus læsis : mala equidem concoctio fit in ventriculo, cerebro , aliisque partibus , vnde magna coloris mutatio fit. nec non torpor totius corporis. Appetitus quoque coëundi prosternitur. Estque morbus totam substantiam peruertens, non temperamentum tantùm; eáque ratione tam varia excrementorum vitiorúmque genera efflorescunt , habétque analogiam ad totam hepatis substantiam potiùs quam ad cor, stomachum , vel cerebrum , eiusdémque spiritus naturales potius quàm virales, aut animales oppugnat ; qui corrupti , iecur non possunt non inficere, vnde gummata morbi Gallici , pilorúmque de-

Digitized by Google

fluuium fieri ſolet aliquando, etiamſi numquam pruritum circa pudenda, aut vlcera, aut gonorrhœam veneream perpeſſi ſint.

SIGNA. In principio mali in inguinibus bubones venerei frequenter enaſcuntur, atque in pene, ductibúſque vrinariis malignæ fiunt piſtulæ, quæ tempore lentam ſaniem quoque reddunt, vrinæque ſtillicidium atque ardorem efficiunt. Venerei quoque ſeminis ſæpe comitatur profluuium. Nonnunquam quoque exiguæ frequentéſque maculæ, nunc flauæ, nunc rubræ ſqualidæque lentiginum inſtar per ſumma corporis apparent in locis diuerſis, quæ non niſi reſoluto morbo tolluntur. Dolor denique neruorum, grauitas capitis, ſcapularum, collíque ſæpe comes eſt. Prædictæ quoque maculæ ſubinde ſubſident, rurſus quoque oriuntur, quæ tempore virulentiam ſæpe acquirunt, cutémque cauant, vnde vlcera plura in corpore oriuntur ſordida atque virulenta. Huiuſmodi etiam puſtulæ fœtidæ ſæpe in intimo oris angulo, in palato, in naribus, in faucibus enaſcuntur nigræ fœtentéſque; temporéque lingua, fauces nariúmque particulæ exulcerantur, eò quòd magis ſint tenellæ partes aliis. Hinc brachiorum, crurum, capitíſque dolores fiunt, nec non exulcerationes. Sæpe quoque in hoc malo capitis atque barbæ pili defluunt. Inſomnes noctes peraguntur. Dolores autem frequentiùs mediis hîc artubus inhærent; non autem ita in articulis, cùm hoc morbis articularibus conueniat. In prædictis autem locis ſæpe tophi tuberoſitatéſque ægrè diſſolubiles oriuntur, quibus tamen magis frequens ſedes eſt in fronte, in capite, in tibiæ priori parte, in medio humeri: vnde tandem dificilia vlcera quoque enaſcuntur, quæ oſſa etiam tempore corrumpunt, maximóſque dolores per noctem potiſſimùm inferunt, cùm nerui, membranæ, vincula atque oſſa hîc infringantur, imò oſſa haud aliter atque carnes exedantur, membranæque ab oſſibus diuelluntur, humoriſque acrimo-

acrimonia punguntur. Atque iam dicta signa omnia, non semper in omnibus oobseruantur, sed nunc hæc, nunc alia.

CAVSA. Qualitas sordida atque maligna, in se continens contagij labem ex infecto corpore alteri communicata per contactum, huius mali causa est. Magna autem ex parte ex concubitu venereo pudendis communicari solet propter mollitiem rarámque eorum substantiam. Vestibus quoque, ori, nec non cuti communicatur aliquando hæc qualitas: quæc eò citiùs vires exeret, quò virtutes naturales hepatis imbecilliores fuerint. Vnde quoque accidit aliquando quòd plures cum infecta coëuntes, omnes quasi inficiantur, iis demptis qui vires naturales validas habent. Quemadmodum in peste, quamuis omnibus communicetur pestilens aër, non tamen omnes ex æquo inficiuntur, eò quòd spiritus vitales validiores nonnulli aliis habeant.

PROGNOSTICVM. Recens quamdiu malum fuerit, medelam admittit; cùm verò iam in vetustatem abierit, nequaquam. Contagiosa autem hæc lues venerea omninò est, contactúque solo excitatur, cui feminæ opportuniores sunt viris. Contingit in hoc malo hominem frequentibus vigiliis, continuis ærumnis, febrique etiam tandem molesta opprimi atque perire. Malum quoque hoc à parentibus ad liberos transfertur. Solet frequenter quoque adducere phthisim, hydropem, asthma, vbi iecur immodicè læsum fuerit.

Digitized by Google

Methodus pro curatione

LVIS VENEREÆ INSERVIENS.

Perficitur autem ſubſequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr ſit aliqualiter calidus; frigus enim medicamentorum operationem impedit.

Cibus. Tenui victus ratione vtatur. Sit panis biſcoctus, aut cruſta panis. A multis quoque conceditur panis bene coctus. Carnes conueniunt gallinarum, pullorum, caponum, phaſianorum, auicularum; ſintque aſſæ potiùs quam elixæ. In die tamen quo purgatorium ſumit medicamentum, elixæ concedantur. Ea autem quæ frigidos craſſóſque humores, nec non flatus generare, ſanguinémque inflammare poſſunt, prohibenda ſunt.

Motus admodum conuenit qui ſudorem placidè mouere poſſit, ſic equidem materia liquefacta frequenter expellitur.

Somnus ſit moderatus.

Excrementa alui purgante medicamento ſemel in ſeptimana mouenda ſunt, & potiſſimùm ſi humores peccãtes multum craſſi ſint; tenues enim meliùs per ſudorem euacuantur.

A Venere abſtineat.

Animi omnes fugiat perturbationes.

PRAEPARANTIBVS.

Oxymel ſimplex, ſyrupus acetoſus, fumariæ, endiuiæ, violarum, bugloſſæ, lupulorum.

Aqua

Aqua cichorei, violarum, boraginis, endiuiæ, bugloſſæ.
Syrupus de ſtœchade, oxymel ſimplex, ſquillitícum.
Syrupus de fumaria, compoſitus.

Prioribus, ſi bilioſi fuerint humores redundantes, vti in illis accidit qui vlcera habent virulenta; poſterioribus verò, ſi pituitoſi ſint humores exuperantes, vtemur.

VACVANTIBVS.

Pillulæ aggregatiuæ, artheticæ, de hermodactylis, cociæ, de fumaria, de agarico, de colocynthide, fœtidæ, ſine quibus eſſe nolo, aureæ, aſſaieret, de rhabarbaro, de quinque generibus myrobalanorum.
Hiera Pacchij, electuarium eleſcopi, addito lapide lazuli, diaſena.
Confectio hamech, electuarium de pſyllio.
Electuarium Indum maius, diaprunum ſimplex.
Decoctum ſenæ.
Apozema ſeu potio ex radicibus aſari, iridis, fœniculi, aſparagi, diptami, tormentillæ, ariſtolochiæ, cichorea, bethonica, fumaria, eupatorio, ſcabioſa, ſcolopendria, cuſcuta, corticibus ebuli, thymo, epithymo, ſeminibus aniſi, fœniculi, floribus boraginis, violarum, bugloſſæ, ſena, agarico, polypodio, elleboro nigro, rhabarb. hermodactylis, myrobalanis, citrinis, kebulis, glycyrrhiza, vuis paſſis, cinnamomo, caryophyllis, zinzibere, ſyrupo de fumaria, de epithymo, oxymelle ſimplici.
Hermodactyli, colocynthis, agaricus, ſenæ, epithymus.
Clyſtere ex decoctione vrticæ, bugloſſæ, althææ, maluę, fumariæ, lupulorum, camomillæ, mercurialis.
Venæ ſectio fiet ſi corpus ſit plethoricum, & recens adhuc ſit malum ipſis iecorariæ, & potiſſimùm ſi dolores magni concurrant; eos enim ſedat.

Frequenter ſunt reiteranda hæc medicamenta purgantia, eò quòd magna ex parte vitioſorum humorum hîc ſit multa copia. Detur autem apozema quatuor continuis diebus ſingulis ſeptimanis, idque per quatuor

Digitized by Google

vel quinque ſeptimanas fiet. Reliquis diebus vtetur electuario huic morbo dicato. Licebit hîc poſt prandium exire, imò etiam ante prandium cùm electuarium ſumit.

DISSIPANTIBVS *expellentibúſque contagionis ſeminaria, labémque mali.*

Potio ſudorifica ex decoctione ſcobis ligni guaiaci, medicamentum admodum eſt tutum atque efficax tam in nouo quàm in vteri morbo Gallico, nec non in recidiua. Decoctum radicum cynæ, ſarſæ parillæ, apios. hæc enim in locum guaiaci ſucceſſerunt. Spuma autem decoctionis guaiaci, ſarſæ parillæ, cynæ, vlcera puſtulæque vngantur.

Aqua theriacalis, theriaca cum aqua vitæ deſtillata.

Electuarium ex theriaca, mithridato, radice angelicæ, tormentillæ, pimpinellæ, zedoariæ, limatura ligni guaiaci, ſeminibus iuniperi, pæoniæ, cardi benedicti, ſcabioſa, hypericone, diptamo, gentiana, cortice cítri, tamariſci, ſucco ſcordij, cinnamomo, myrrha, thure, conſerua buglоſſæ, ſaccharo roſato, ſyrupo de corticibus citri.

Conſerua noſtra magna.

Vnguentum ſudorificum ex myrrha, maſtiche, thure, radice enulæ campanæ, theriaca, mithridato, bdellio, galbano, gummi ammoniaco, vnguento martiato, oleo laurino, liliorum, camomelino, amygdalino, terebinthino, butyro, axungia ſuis, gallinæ.

Ceratũ ex materia prædicta ſeu ſparadrapum, quo corpus veſtietur ſi negotia ita vrgeãt; ſudabit autẽ manè.

Vnguentum ex prædictorum materia, argento viuo, oleo terebinthino, philoſophorũ, petroleo, aqua vitę. Vnguentum Iohannis de Vigo, vel Neapolitanum dictum, in grauibus huius morbi querelis plurimùm proderit.

Suffitus ſudorificus ex ladano, olibano, maſtiche, thure, aloë,

Digitized by Google

aloë, ſandaracha, ſtyrace, cinabrio ſublimato, radice diptami, zedoarię, mace, caryophyllis, calamo aromatico, guaiaco, lauri baccis, theriaca. Præſtantiſſimum quidem eſt medicamentum; eo tamen non vtemur, niſi fruſtrà alia tentauerimus auxilia, cùm frequenter noceat. Certis tamen diſtantibus corporis partibus tutò adhibere licet, cruribus nimirum, vel brachiis, cùm dolores ſcilicet, aut mala adſunt vlcera. Eo autem totum corpus ſuffumigabimus, donec ſaliua fluere incipiat, aut donec dolores remittantur, aut vlcera exiccentur.

ROBORANTIBVS.

Lætificans Galeni, theriaca, mithridatum cum conſerua bugloſſæ.
Diatrium ſandali.
Diamargaritum frigidum.
Diarhodon abbatis.
Cortices citri conditi, myrobalani conditi.
Conſerua bugloſſæ, florum ſaluiæ, radicum enulę campanæ, acori, florum roriſmarini.
Epithema pro corde ex ſpeciebus diamargariti frigidi, ſandalis, meliſſa.

Symptomata autem atque accidentia diuerſiſsima atque graviſsima cùm hunc morbum comitaris ſoleant, ſi altiùs radices veneni labes in corpore egerit, quomodo curari debeant, ſuo loco proponemus.

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAMENTA *nobilia in* LVE VENEREA *ſæpius cum ſumma ſalute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruel experta.*

CVRATIO LVIS VENEREÆ.

℞ radicum communium ana ℥ ß. ſeminum petroſe-

Digitized by Google

lini,leuiſtici ana ʒ iij.calaminthi m.ij. glycyrrhizæ ʒ ß. coquantur in aqua quantum ſatis ad libram j.ß. colaturę addantur oxymellis compoſiti ʒ iiij. fiat *Potio*, detur in aurora antequam ſudatorio balneo vtatur.

℞ ſyrupi fumariæ ʒ ij.lupulorum,oxymellis ſimplicis ana ʒ j. aquarum fumariæ, lapathii acuti, lupulorum,ana ʒ iij.fiat *Iuleb.*

℞ foliorum ſenæ,polypodii quercini ana ʒ iij.ß,myrobalanorum Indorum ʒ j. paſſularum mundatarum ʒ j.bulliant in aqua bugloſſæ ʒ xvj. ad tertias ; fiat *Hauſtus.*

℞ lapathii acuti,enulæ campanæ,ebuli ana ʒ vj.abſinthii p.j.cichorei,bugloſſę,boraginis,fumarię,ſcabioſæ,cuſcutæ,capillorum Veneris, betonicæ, ſaluiæ,agrimoniæ ana m. ß. maioranæ,roriſmarini ana p.j.epithymi ʒ ß. ſtœchados Arabici, carthami contuſi,foliorum ſenæ,glycyrrhizę ana ʒ vj.agarici electi ʒ j.ß. ſeminum melonum,aniſi,fœniculi ana ʒ j.coquantur in q.ſ.aquę lactis ad ℔ j.ß.addendo colaturæ oxymellis ſimplicis ʒ iij, ſacchari albiſſimi q,ſ. fiat *Potio.* antequam validiori medicamento purgetur, hac potione priùs meatus referari debent.

℞ radicum lapathii acuti recentis ʒ iij.radicum enulæ campanæ ʒ j.betonicæ,cuſcutæ,ſcabioſæ,eupatorii, boraginis,bugloſſæ,ſcolopendrię,ceterach ana m.ß. ſeminum aniſi,fœniculi ana ʒ iij. polypodii quercini,foliorum ſenæ, carthami contuſi ana ʒ j. ellebori nigri ʒ ij. ß. thymi,epithymi ana ʒ ß. paſſularum mundatarum ʒ j.glycyrrhizæ ʒ ß. coquantur in aqua q.ſ.ad ℔ j.ß.addatur colaturæ ſacchari albiſſimi q.ſ. fiat *Potio.*

℞ electuarii eleſcopi,caſſię recenter extractæ ana ʒ ß. electuarii de ſucco roſarum ʒ ß. aquæ fumariæ ʒ iij. fiat *Hauſtus.*

℞ diacathol. confectionis hamech ana ʒ iij. ſp. diacarthami ʒ ß. electuarii de ſucco roſarum ʒ j.ſyrupi fumariæ ʒ j.aquæ lupulorum ʒ iij.fiat *Hauſtus.*

℞ pillul.Indarum,de rhabarb.aggreg.ana ℈ j.diagri-

dii

dii gr.iij.ſyrupi fumariæ q.ſ.fiant *Pillulæ* octo.

℞ agarici trochiſcati,pillul.aggregatiuæ.de hermodactylis ana ℈ j. diagridii gr.v.ſyr. de fumaria q. ſ. fiant *Pillulæ.*

℞ theriacæ,mithridati ana ℈ j.ſ. ſyr.de corticibus citri ʒ j.decocti ſcordii ʒ iij. fiat *Hauſtus.*

℞ florum camomillæ,melilоti,maioranæ,parietarię, matricariæ,artemiſiæ,fœniculi,calaminthi, foliorũ lauri,hederę arboreæ,praſii,roriſmarini, eupatorii,ana p. j. rad.lapathii acuti,ebuli,fœniculi ana ʒ iiij. grana iuniperi ℔ j.fœnugræci ℔ ſs.ſeminum aniſi,fœniculi ana ʒ j.herbæ incidantur,ſemina & rad.contundantur,dentur pro *Balneo* ſicco.

℞ ramentorum ligni guaiaci ℔ j. aquæ ℔ xij. poſt macerationem xxiiij.horarum;coquantur lento igne ad dimidium,coletur,& fiat *Potio* prima vel *Syrupus.* Pro prandio & cœna potus ſit iſte:

℞ ramenta prædicti decocti,quibus addentur nouorum ramentorum ʒ iiij. coquantur in libris xij.aquę ad nouem libras.Si autem vnum altero prius fuerit abſumptum, licebit vnum alteri commiſcere, & ſic dum abſumptum fuerit,bibat. Ab vnciis autem quatuor ſyrupi ad vncias octo paulatim aſcendet æger, dabimúſque in primis, & quatuor vltimis diebus in aurora tantùm, in aliis verò mane & veſperi, caleat autem dum propinatur. Vtetur autem 20. 40. ſubinde etiam 60.diebus,modò morbus inueteratus fuerit. aliquando autem purgabitur cum decocto ſoluente, in quo ponetur lignum guaiacum,colocynthis,hermodactyli,quia hæc duo hîc maximè conueniunt.

℞ axungiæ porcinæ,vnguenti martiati, pinguedinis gallinę ana ʒ j.olei liliorum,laurini ana ʒ ij.argenti viui ʒ vj.olibani,maſtichis,ſaluiæ,ſtœchados,lithargyri ana ʒ j ſs.aquę vitę ʒ ij.olei laurini ʒ iij. fiat *Vnguentum.* primò autem argentum viuum cũ axungia non ſalita nec liquefacta miſceatur diligenter in mortario; deinde reliqua addantur ſecundum artem bene incorporando.

Digitized by Google

℞ olei camomelini, ſpicę, liliorum ana ʒ ſs. olei de croco ʒ ij. pinguedinis porci non liquati nec ſaliti ʒ ij. euphorbii ʒ j. thuris ʒ iiij. olei laurini ʒ ſs. lumbricorum lotorum in vino ʒ j. ſucci radicum ebuli, lapathii acuti, enulæ campanæ ana ʒ ſs. ſquinanthi, ſtœchados, matricariæ ana p. j. vini electi ℔ j. coquantur lento igne omnia ſimul ad conſumptionem vini, addendo colaturæ lithargyri aurei ʒ ij. terebinthinæ claræ ʒ j. ceræ q. ſ. fiat ad ignem *Cerotum* in modum *Sparadrapi*, addendo in fine cocturæ ſtyracis liquidę ʒ iij. poſt auferatur ab igne baculo ſemper agitando, donec tepidum fuerit, addendo argenti viui extincti vt decet ʒ ij. baculóque ſemper adhuc agitetur donec optimè incorporatum ſit.

℞ olei laurini ʒ ij. petrolei ʒ ſs. argenti viui ʒ ij. cinabrii ʒ ij. axungiæ porcinæ non ſalitæ nec liquatæ ℔ ſs. fiat *Vnguentum*. Cum oui autem albumine & ſputo rectificetur argentum viuum, diſſoluantur autem primò pinguia, hinc adde cinabrium & alia.

APPENDIX
ad prædicta pro curatione LVIS VENEREAE inſeruiens.

Si lues Venerea non ita pridem hominem inuaſerit, ita curari abſque moleſtia poterit. Primò vena ſecabitur. Hinc humores craſsi præparantibus medicamentis attenuabuntur, corporiſque meatus reſerabuntur. Demum purgante medicamento è corpore propellentur. Poſteà reliqui balneo ſicco quod ſudorem prolicere poſsit, excludantur, ſi opus eſt; & vbi ſudare inciperit, abſtergat ſe æger. Antequam autem balneo ſe committat, bibat hauſtum eius quod meatus corporum neruoſorum, in quibus morbi materia potiſsimùm latet, aperire poſsit, materiámque ad externas corporis partes protrudere, vti eſt decoctum radicum fœniculi, enulæ campanæ lentium, vuarum paſſarum, ficuum. Huius decocti vnciis quatuor addentur theriacæ aut mithri-

Digitized by Google

thridati ℈ ij. Trium autem horarum ſpatio balneo ſudorem prouocabimus ſudorémque abſterget, hincque lecto ſe committet, in quo etiam ſudabit placidè, ſæpiúſque ordo prædictus repetendus eſt. Si verò hac ratione medendi nihil profecerimus, eo quòd altiùs malum radices egit, ſanguinis miſsione facta, ad decoctum ligni guaiaci, aut ſarſæ-parillæ, aut radicum cynæ, apióſve transeundum erit, vbi corpus purgatum fuerit. Decoctum autem calere debet dum propinatur, ſtraguliſque bene cooperiatur æger vt ſudare poſsit. Hinc ſurgere & obambulare in cubiculo poterit. Prandere autem licebit quatuor aut quinque horis à ſumpto medicamento, nec non cœnare. Satis autem fuerit pullus gallinaceus. Si verò propter negotia aut egeſtatem non admittat vſum decocti, eius loco inunctionibus mercurialibus vti poterit feliciſsimo etiam cum ſucceſſu, quod etiam aliquando maximo cum commodo fiet poſt vſum prædicti decocti; ſic equidem reliquiæ optimè expellentur, tuncque propinabimus decoctum per triginta dies ſolùm. Idem malum aliquando ſuffumigiis cogimur oppugnare, idque fiet in debilibus alternis diebus, vel quartò quoque die. Hoc tamen medicamenti genus nunquam admittemus, niſi prædictis fruſtrà vſi fuerimus. In brachiis tamen & cruribus id tutiſsimè fieri poterit, ſi dolores, vlcera, aut gummata morbi Gallici adſint. Pro iis verò qui ob negotia domi manere non poſſunt, vnguenta in corio aut panno lineo extendemus ſupérque iuncturas paſsim ponemus, bíſque in ſeptimana renouabimus. In quem finem recipe emplaſtri de meliloto ℔ ſs. argenti viui ℥ ij. olei laurini, petrolei, terebinthini ana q. ſ. fiat Cerotum. *Pro tumoribus induratis, radices althææ, ficus, fœnúmgræcum, coquantur in vino, & cum axungia gallina fiat* Emplaſtrum.

Digitized by Google

Methodus pro cognitione

PESTIS INSERVIENS.

PESTILENTIA, morbus est in multos passim sæuiens, à pernicioſa inſolitaque putredine ortum habens, quæ longè ſuperat conditionem vulgaris putredinis. In nobis autem aliquando ortum habet hæc pernicioſa qualitas; contingit enim humores noſtri corporis aliquando in tantum degenerare à naturali temperie, vt pernicioſam atque venenatam tandem induant qualitatem, ita vt cum lethalibus venenis certare poſſint. Aliàs verò extrinſecus illabitur, ab exhalationibus videlicet malignis atque putridis, qui aëri communicantur, aliquando à cadaueribus non ſepultis, à lacubus atque paludibus corruptis, fœtentibus cloacis, à ſpecubus venenoſos metallicoſque ſpiritus eructantibus. Subinde etiam fit à variis ſiderum commiſtionibus, tuncque ſemper arcanum atque admirabile ſummi iuſtiſſimique Dei eſt flagellum; atque propriè tunc peſtilentia vocatur. Cùm verò ab aliis cauſis ortum habet, morbus malignus vel febris maligna vocatur. Febres quæ à veneno fiunt, lethales quidem ſunt, ſed non peſtilentes, quia contagioſæ non ſunt.

PARS AFFECTA. Cordi omnium primò quaſi peſtilens aër ſe inſinuat, propter reſpirandi neceſſitatem, modò homo ipſe idonens ſit vt ſemina peſtilentialia recipiat aëri communicata: ſua equidem ſubtilitate facilè per pulmones ad cor hauſtus illabitur, ibique omnium primò vitales ſpiritus, hinc humidum radicale, demum quoque ſolidam eius ſubſtantiam oppugnat.

SIGNA. Cùm humores concurrunt mali corpus perturbantes, impatienter huc illúcve ſe transfert æger, neque

neque in vno loco consistere potest, appetitus prosternitur, horror quoque in principio, membrorumque torpor concurrit, capitis quoque magna ex parte dolor adest, imò rariùs absque dolore capitis atque stomachi, pestis inuadere solet, sæpe quoque punctiones corporis fiunt, vires tandem omnes ex æquo concidunt, & potissimùm vitales; frequenter incidit animi defectio. Extrema sæpe frigent, interiora verò, cor nimirum, stomachus, pulmoque exęstuant, magna quoque ex parte siti excruciantur, plerumque etiam concurrunt vigilię molestę, subinde verò in somnum sit magna propensio nausea quoque fit frequens, tandem etiam vomitio fit insolita, subinde biliosorum, sępe etiam variorum humorum: sordida fit lingua, & os amarescit. vultus temulentorum more ferox atque incertus est. Vrina magna ex parte turbida grauiterque olens redditur. Hinc singultus etiam frequenter molestare solet; pulsus tandem fit languidus, celer, frequens; hinc delirium accedit, & balbuties cum stupore enascitur, hypochondria distenduntur. Certissimum autem pestis signum est contagio, quod quia primò videri non potest, alia obseruanda sunt signa, estque proximum bubo pestilentialis in inguinibus, post aures, sub alis subitò oriens. In aliquibus verò exanthemata seu maculę subinde purpureę, nonnunquam nigrę, aliquando etiam cęruleę, potissimùm circa flatum morbi erumpunt in diuersis corporis partibus nullo tumore extuberantes. Aliquando etiam bubones & pustulę comitantur. Frequenter quoque in hoc malo carbunculi enascuntur, modò in hac, modo in illa corporis parte pullulantes. Horum autem signorum aliqua semper adsunt, non omnia. Si cęlitus mortalibus mittatur hoc malum, prędicta signa frequenter mitiora sunt, ita vt homo non admodum ęgrotare videatur, sępe appetitus constat, neque sitis, neque febris multum vrget, omnes tamen vires statim concidunt, pulsus fit celer, paruus, languidusque, vomitus ferè concurrit assiduus, sicque viribus extinctis homo moritur frequentissimè.

Digitized by Google

CAVSA est aër maligna qualitate perfusus, cordique inspiratione communicatus, efficacissimas enim vires habet aër venenatus labefactandi non solùm corporis spiritus atque humores, sed etiam solidam ipsius cordis substantiam, cùm continuò lege naturæ eundem haurire cogamur, inque ipsius cordis penetralia admittere, vbi primò spiritus, hinc humores, tandem etiam solida cordis substantia veneni labe deuastatur, atque tandem vniuersum etiam corpus. Subinde huiusmodi perniciosa qualitas aëri communicatur ex fœtore cadauerum, nec non ex hominum animaliumque excrementis, ex paludibus aquisque stagnantibus, atque fœtentibus, ex antris terræque hiatibus. Frequenter denique ex siderum commistionibus oritur. Interdum etiam oritur ex venenata qualitate quæ intus in nobis sponte gignitur ex humoribus putridis ortum habens, aliquando melancholicis, subinde etiam cholericis, aliàs etiam pituitosis, vnde contingit pestem aliquando referre naturam febris tertianæ, aut quotidianæ, nonnunquam quartanæ; frequenter enim contingit humores corruptos præter simplicem putredinem, tandem etiam venenosam, pernicioſam pestilentemque induere qualitatem, vnde aliquando contingit aëre nusquam infecto, vnum aliquem hominem solum pestilentia laborare in hoc aut illo loco, neque alium aliquem corripi eo homine excepto.

PROGNOSTICA. Pestilentia omnibus aliis morbis exitiosissima est calamitas, in qua frequenter etiam bonis apparentibus signis, nihilominus tamen aliquando præter opinionem etiam ipsius medici, inopinata mors irruit, pluſque periculi imminet si carbunculus, aut bubo, vel exanthemata nulla prorumpant è corpore: quibus quoque apparentibus si æger tamen inde non leuetur, pessimum est: equè quoque periculosum est, si carbunculus, aut bubo pestilens intro se subducat. Soletque xxiij. horarum spatio ita confirmari hoc malũ, vt magna cũ difficultate post vnũ aut alterũ diem

diem possit expelli, eáque ratione nullus nimium suo robori, vrinæ, pulsuique confidat. Dum sudor frigidus emergit, faciei & oculorum color quasi versus nigrum vergit, dúmque animi deliquium frequenter irruit, vomitibúsque frequentioribus turbatur, variorúmque colorum protruduntur excrementa, mortem quasi seriò significat. Qui cum stupore, spasmo & amentia balbutiunt, magna ex parte moriuntur quoque.

Methodus pro curatione

PESTIS INSERVIENS.

Perficitur autem subsequentibus remediorum generibus.

VICTVS RATIONE.

AEr rectificetur cum rebus odoratis aliquoties in die.

Cibus. Tenui victus ratione vtatur in mali principio atque refrigerante. Iuscula conueniunt gallinarũ, pullorum, duabus horis à sudore elapsis. Gelatina quoqs iuscula, seu congelata vocata, conueniunt ex capone, carne vitulina, vuis passis, saccharo rosato. Potus sit aqua in qua succus limonum vinúmque granatorum dissoluatur. A vino arcendi sunt ægrotantes. Iusculis incoquantur borago, bugloss̃a, carduus bened. flores violarum, rosarum, semina acetosæ.

Somnus moderatus sit; non enim absque periculo diuturnius admittitur somnus; tam enim veneni quàm spirituum sic fit ad cor reuocatio.

Excrementa alui respondeant. A venere abstineat.

Animi perturbationes vitet.

VACVANTIBVS.

Syr. rosarum solutiuus præstantissimus est. Syr. de ci-

choreo cum rhabarbaro.

Diacatholicum, electuarium de succo rosarum, diaprunum solutiuum, pill. pestilentiales.

Tryphera Persica. Rhabarb. infusum in aqua endiuiæ & sero lactis. Agaricus.

Diasena, confectio hamech.

Decoctum thymi, epithymi, foliorum sennæ, polypodij, florum violarum, boraginis, buglossæ, angelicæ, syr. de multiplici infusione rosarum addito.

Clystere ex iusculo gallinæ, capi, vel carnis vitulinæ, in quo coquantur mercurialis, malua, althæa, flores violarum, lactucæ folia, & cassia fistula, mel rosaceum, oleum violaceum secundum artem addantur.

Vena incidenda erit mox ab initio mali, cùm primùm suspicio mali adest, antequàm elabantur sex aut octo horæ, idque sanguine peccante, tum quantitate, tum qualitate, aliter non, & antequàm sanguinis atque cordi ita communicata sit veneni labes, vt reuelli non possit; id quoque eò audentius fiet, si materia mali adhuc fluat, ægerque multum affligatur ex lateris dolore aut inflammatione, vt si ab initio difficilis respiratio concurrat, aut pectoris angustia. Si verò venenum malignique spiritus sanguinem iam infecerint, diffusique per corpus fuerint, à sanguinis missione abstinebimus. Vena autem secabitur in eo latere in quo dolor atque grauitas maior percipitur; Cephalica quidem, si circa faciei, capitis colive partes sentiatur dolor; basilica verò, aut, ea non apparente, mediana secabitur, si sub alis grauitas percipiatur, aut in pectore, aut latere, aut ventre malleoli verò, dum in crure vel in inguine percipitur grauitas. Detrahemus autem vncias quatuor vel plus, prout humores adhuc immunes existunt à veneni labe, & prout multo sanguine æger abundat, nec est quòd tunc vereamur humorum exagitationem: hoc enim in magna sanguinis missione solummodò fieri potest. Venæ sectio quoque non admittitur, si malum incipiat

piat cum alui lubricitate aut vomitione.

Vacuare licebit leniente medicamento in mali principio, potissimùm si materia mali fuerit furiosa, & modò non fiat à sanguine peccante sua copia; tunc enim potiùs fiet venæ sectio moderata. Cùm autem rarius hoc malum ab vno fiat humore peccante (solent enim omnes ferè putrescere in istis febribus pestilentialibus, atque incendi; alius humor tamen magis alio) contingit non modò continuas febres pestilentiales fieri, sed etiam intermittentes propterea generantur pestilentiales; ideò pro ratione humorum peccantium purgatorium præscribatur quod conueniat medicamentum. Nullo autem modò fortioribus vtemur medicamentis soluentibus, ne humorum exagitatio fiat & ebullitio, quæ hîc sæpe fit, haud aliter atque vinum perturbari solet in diebus caniculatibus.

AVERTENTIBVS.

Vomitus conuenit multum ab initio, si ventriculus multum cibo repletus fuerit, humoréve maligni in eo fluctuent.

Cucurbitulæ hirudinéve cruribus, humeris, natibus aut dorso, iisque locis vbi bubones emergere solent, affigentur cum scarificatione, & potissimùm hoc fiet, si venæ sectio fieri prohibeatur; contingit equidem sæpe hoc medio humorem venenosum sic trahi ad locũ vbi spes est bubonem emersurum; multum autem sanguinis educemus. Tubercula quoque erumpentibus admouenda erit cucurbita magna, vt à corde auertatur vis veneni, & ne intro rursus subducat, quod sæpe fit.

Sudores promouendi sunt statim vbi venæ sectio facta fuerit; hos enim natura sæpe per se, tertio quartóve die excitare solet; fiet autem cum decocto petasites, cardui benedicti, scabiosæ.

EXPELLENTIBVS *pestis seminaria, vimque veneni humorúmque malignorum agitationem impedientibus.*

Digitized by Google

Diatragacanthum frigidum, diamargaritum frigidum, diatria ſandali, confectio alchermes.

Theriaca, mithridatum, in præcautione potiùs locum habent, ſi antiqua ſint, vti omnia multum calentia, quàm in peſte iam correptis. Aqua acetoſæ & cardui benedicti dentur correptis vt ſudare poſſint.

Conſerua boraginis, bugloſſæ, roſarum, acetoſæ, nenupharis. Syr. violarum, limonum, de ſucco ribes, acetoſæ, bugloſſæ.

Conſerua magna noſtra mirificè operatur in principio mali, ſi propinetur antequam cor obrutum à veneni viribus erit.

Catapotia peſtilentialia, elect. de gemmis, lætificans Galeni, diaſcordium Fracaſtorij, Tryphera Saracenica.

Electuarium de ouo, potus ex aqua ſcabioſæ, pimpinellæ, boraginis, dracunto, mithridato, theriaca, croco.

Cardui benedicti ſuccus vtiliſſimè ſumitur ab infectis: ſic & mali citri ſuccus & ſemina, corticéſque conditę.

Sudatorium fiat recenter correpto cum theriaca, mithridato, ſp. liberantis, caſtoreo, camphora, baccis lauri, aqua tormentillę, ſcabioſę, dracunti, pimpinellę, detur poſt phlebotomiam.

Petaſites ſudore etiam feliciter diſcutit venenum. Potus ex decocto lendium, croco in aqua mulſa, oxymelite addito.

Potus ex aqua fœniculi, acetoſę, apij, intubi, in quibus decocta ſint ſemina apij, ficus ſicci, lendes, addendo ſyrupum ex acido citri ſucco, ſudore puſtulas protrudit. Idem facit aqua angelicę, tormentillę, oxalidis, pimpinellæ, diptami, ſerpentarię.

Bolus Armenus aceto roſaceo aliquoties lauetur. Radix tormentillę, angelicę, diptami, gentianę, zedoarię, pimpinellę, betonicę.

Maſtix, crocus, aloë, myrrha, ſcabioſa, acetoſa, ruta vino aut aceto maceretur, calentíque lapidi iniiciatur, fumúſq. toto corpore excipiatur. Vnicornu, cornu ceruinum.

Digitized by Google

uinum. Aqua ex putaminibus nucum iuglandium deſtillata menſe Septembri, plurimùm prodeſt quoque.

Vnguentum pro bubone & tuberculis, ex theriaca Andromachi, oleo ſcorpionum, hypericonis. Cataplaſma ex farina hordei, melle, theriaca, rad. liliorum, tormẽtillę, diptami, ficubus, cepis aſſis, ſale, fermento, ſimo columbino, oleo liliorum.

Emplaſtrum ex theriaca cum ſucco rutę ſubactum, id ſępiùs renouari debet.

Cauſticum ex calce viua, iuglandibus, ſapone, fermento, ficubus, vitriolo Romano, terebinthina.

Epithema ex aqua bugloſſę, meliſſę, acetoſę, roſarum, aceto roſato, aqua frigida, lactucę, cucurbitę, intubi, plantaginis, pul. roſarum, ſandalorum, diamargariti frigidi.

Vnguentum pro corde ex oleo hypericonis, cinnamomi, ex perſicorum nucibus, ſemine citri, cornu ceruino, roſis.

Sacculus ex floribus roſarum, violarum, bugloſſæ, keiri, cortice citri, aurantij, cornu ceruino, cinnamomo.

Multa ex iſtis ſudorem mouent, poſtquam ſumpta ſunt, qui vt meliùs ſequatur, lecto ſe vt committat optimum erit, poſt aſſumptionem eius quod ſudorem mouere poteſt; laborandúmque erit vt optimè ſudet per vj. aut vij. horas: id quod calentibus lateribus fieri poterit, ſi pedibus conuenienter ſubiiciantur. Poterunt quoque lagenę aqua calente refartę linteíſque inuolutę ne vrant, alis ęgrotantis accommodari. Veſicę quoque bubulę aqua calente impletę, idem pręſtabunt. Repetetur autem tribus diebus hęc ſudandi ratio. Cauendum autem ne nimis diu ſudet, in ſubitũ enim exitium pręcipitat nimis ſudor. nihil autem boni, nimium quoque breuis pręſtat. à ſomno autem atque alimentis abſtineat eo tempore quo ſudat ęger. Sunt permulta hîc quoque quę promouent tumores vix apparentes, atque venenum extrà prolectant. Summa autem diligentia hîc obſeruare debemus ne multũ calentia admittamus,

Digitized by Google

ſi æger ipſe immodico turbetur calore, imò ne theriacam tunc quidem admittemus.

CONFORTANTIBVS *& corroborantibus cor & ſtomachum.*

Confectio liberantis, lætificans Galeni, ſp. diamargariti calid. atque frigid. diarrhodon abbatis, diamuſcum dulce.

Syr. de endiuia, de acido citri ſucco, limonum, granatorum, de ſucco acetoſæ, aqua boraginis, bugloſſæ, violarum, in quibus per noctem infundentur bolus Armenus, margaritæ, corallum rubrum, viſcerum igneum calorem moderatur.

Conſerua roſarum, violarum, bugloſſæ, ſaccharum roſatum, manus Chriſti perlata, ſuccus limonum, acetoſitatis citri, berberorum. Aqua cinnamomi deſtillata.

Vnguentum ex corallo rubro, roſis rubris, ſucco citri acido, limonum, theriaca, croco, camphora, roſis rubris, oleo roſato, violato, pro cordis regione.

Epithema ex ſp. de gemmis, trochiſc. de camphora, corticibus mali citri, ſuccino, ſandalis, ligno aloës, zedoaria, oſſe de corde cerui, corallo rubro & albo, croco, mace, moſcho, caryophyllis, vino generoſo, aqua acetoſæ, roſarum, meliſſæ, aceto roſaceo, cardui benedicti, meliſſophylli.

Sacculos ex prædictorum materia in epithemate dicta.

THEORICA ET EMPIRICA MEDICAmenta nobilia in PESTE *ſæpius cum ſumma ſalute plurimorum ægrotorum à Gualtero Bruele experta.*

CVRATIO PESTIS.

℞ ſyr. roſarum ſolut. ʒ j. decocti rhabarbari, myrobalanorum citrinorum, cardui benedicti, angelicæ ʒ iiij. fiat *Hauſtus.*

℞ theria-

℞ theriacæ Andromachi ℈ ij. Mithridati ℈ j. boli Armeni prępparati ℈ ſe. aquę ſcabioſę ʒ iij. fiat *Hauſtus.*

℞ radicum angelicæ, tormentillæ, diptami ana ʒ j. petaſites ʒ ſe. corticum mali citri, cinnamomi, myrrhæ, croci ana ℈ ij. aloës parum lotæ ʒ ſe. doſis ʒ j. cum decocto roſarum, acetoſæ; cardui benedicti.

℞ radicum angelicæ, diptami ana ʒ j. ſe. pulueris vnicornu gr. viij. theriacæ Andromachi, Mithridati, boli Armeni ana ʒ j. ſe. ſacchari roſati ʒ j. doſis ʒij.

℞ rapicum angelicæ, diptami, pimpinellæ, tormentillæ, galangæ, zedoariæ, ana ʒ ij. cinnamomi, caryophyllorum, macis ana ʒ j. ſe. myrrhæ, thuris ana ʒ j. theriacæ Andromachi ʒ iij. ſe. ſeminum cardui benedicti, baccarum iuniperi ana ʒ j. macerentur xxiiij. horis in æquis partibus vini & aquæ angelicæ, hinc in duplici vaſe deſtillentur. Doſis ʒ iij. cum ʒ ſe. theriacæ.

℞ theriacæ Andromachi, zinziberis ana ℈ ij. ſacchari Candi ʒ ſem. aquarum dracunculi ʒ iij. boli Armeni ℈ j. aquæ deſtillatæ prædictæ cochlearia duo vel tria; fiat *Hauſtus.*

℞ boli Armeni præparati, radicum tormentillę, diptami ana ʒ ij. zedoariæ electæ ʒ j. ſe. ſeminum citri, cardui benedicti ana ʒ j. raſurę eboris, corticis citri, galangę, caryophyllorum ana ℈ ij. cinnamomi ℈ j. ſe. ſacchari roſati quantum ſatis, fiat *Pulvis*, doſis ʒ j. cum aqua cardui benedicti.

℞ theriacę antiquę ʒ j. ſem. Mithridati ℈ iiij. ſp. liberantis ℈ j. ſem. caſtorei gr. vj. camphorę gr. ij. baccarum lauri excort. ℈ ſem. fiat *Mixtura* ſudorem mouens, detur ʒ j. cum aqua pimpinellę, ſcabioſę, tormentillæ, poſt venę ſectionem.

℞ radicum angelicę ℈ j. ſe. theriacę magnę ʒ j. aquę rutaceę, angelicę, dragunteę ana ʒ j. fiat *Hauſtus.*

℞ conſeruę bugloſſę, roſarum, corticum citri condit. ana ʒ ſe. manus Chriſti ʒ j. diamargariti frigidi ʒ j. ſem. ſyr. de ſucco acetoſitatis citri q. ſ. fiat in forma *Opiati.*

℞ conſeruæ roſarum, violarum ana ʒ j. corticum ci-

Digitized by Google

tri conditarum ʒ ſe. coralli rubri, boli Armeni ana ℈ ij. ſyrupi de bugloſſa, violarum ana q. ſ. fiat *Mixtura*.

℞ roſatæ nouellæ ʒ j. ſyr. acetoſi ſimplicis ʒ j. ſem. aquæ roſarum ʒ iij. fiat *Hauſtus*.

℞ ſyr. de ſucco limonum, de ſucco acetoſæ, ſyr. de cichoreo cum rhabarbaro ana ʒ j. ſem. aquarum violarum, acetoſæ ana ʒ iiij. fiat *Potus*.

℞ radicum angelicæ, tormentillæ ana ʒ ij. diptami albi ʒ iij. theriacæ ad pondus omnium. Doſis ʒ j. cum aqua violarum, roſarum, acetoſæ, detur correptis, nec non ſanis præſeruandi cauſa.

℞ radicum gentianæ, angelicæ, tormentillæ ana ʒ ij. ſtolochiæ, rotundæ, myrrhæ, caſtorei, baccarum lauri ana ʒ j. croci ℈ j. ſe. theriacæ ad pondus omnium; detur ʒ j. bis in die cum aceto roſato; præſeruationis verò gratia detur etiam bis térve in ſeptimana.

℞ aquarum bugloſſæ, roſarum, violarum, acetoſæ ana ʒ iiij. ſandalorum purpu. ſp. è gemmis ℈ iiij. corticum mali citri ℈ ij. miſceantur pro *Epithemate*.

℞ boli Armeni, terræ ſigillatæ ana ʒ j. ſe. ſucci limonum, granatorum ana ʒ j. ſe. vini albi ʒ iij. aquarum boraginis, nymphææ ana ʒ iiij. roſacei ʒ viij. fiat *Epithema*, pro cordis regione.

APPENDIX
ad prædicta pro curatione PESTIS inſeruiens.

Celerrimè medicamenta ahibenda ſunt in hoc malo, cùm pernicies hæc eius ſit naturæ, quòd mox ad cor pergat, eiúſque vitam extinguat citiſſime: Omnium autem primò venæ ſectio inſtituatur, & potiſſimùm primis ſex horis, hinc ſtatim quod venenum expellere poſſit, propinetur; idque vt commodius fiat, mox ſumpto medicamento, vt ſudet correptus, laborandum eſt. Et magna quidem ex parte à ſudoris prouocatione incipere debemus, cùm plerumque non ante ſecundum aut tertium diem medicum accerſere ſoleant ægri, quo tempore venæ ſectio potius oberit. Admittit autẽ ſudorem per quinque vel ſex horas, prout

vires

vires validæ fuerint, nonnunquam etiam per octo horas, si robustus fuerit, idque repetet duobus sequentib. diebus: abstinebitq; eo tẽpore quo sudat ab omni cibo, nec non à somno, diligentérq; cauebit, ne frigus vllo modo admittat. admittemus tamen syr. limonũ, violarũ, de corticibus citri. Demum alia quæ venenum auertere & expellere possunt, administrabuntur. Hinc massa malignorũ humorũ è corpore leniente medicamento educi poterit, quod alterabitur prout plures obseruabuntur humores peccare; melius autẽ id fiet clysteri, potissimùm si primò die vi morbi, sanguiníq; missione, sudoríumq; prouocatione plurimùm debilitatus sit. Interea quoque tẽporis quæ cor corroborare possunt interiùs, tum exteriùs administrabũtur. Quæ omnia nunc anteáque dictis medicamentis consequi poterimus, modò vniuersalia particularibus debita ratione adhibeantur. Præcauendi causa, præstãtissima nõnulla medicamenta in prioribus indicauimus. Inter omnia tamẽ alia, soli cælique mutatio securissimũ erit remedium; aut si id nõ licet, aërem emẽdet rebus odoratis, carbonib. iniectis, aut suffumigia ex iisdem parentur, vt est lignũ iuniperi, rosmarinus, saluia, caryophylli, thus, mastix, myrrha, ruta. Manipuli quoq; duo aut tres rutæ in sinu gerãtur pectoris, ita vt odor ad nares pertingere possit. Conuenit quoque acetum olfacere, cui aqua rosacea optima permista sit: ea quoque oculos, faciem, nares, manúsque sæpius in die lauabit, manúsque lotas odorabit. Acetũ quoque rutaceum spongia excipiet, olfaciétque sæpiùs, mirè equidem aëri pestilenti resistit. Alimentis vtatur quæ bonũ succum suppeditare possunt. A nimia autem repletione & inanitione sibi caueat. Catapotiorum Ruffi ℈ j quoque sumet aliquando, bis térve nimirũ in septimana. Masticare quoq. vtile erit, angelicæ zedoariæ, aut enulæ campanæ radicẽ cùm in publicũ ire debet, aut peste correptos inuisere. In quem finem dentes theriaca, aut succo alij vtiliter illinentur; conueniunt in hunc finem electuarium de ouo, allia, cepæ pill. optimè. ℞ aloës electæ ʒ j. ss. gummi ammoniaci ℈ j. myrrhæ ℈ ss. pill. de agarico ℈ ij. syr. de corticib. citri q. s. fiant Pilulę, capiat aliquando ʒ ss. in aurora ℞ corticũ citri conditorum ξ vj. conseruæ anthos ξ j. Mithridati ξ ss theriacæ ξ ij. aristolochiæ longæ, zedoariæ, diptami ana ʒ j. radicum angelicæ ℈ ij. aromatici rosati ʒ ss. syr. de corticibus citri q. s. fiat Conditum.

Digitized by Google

PIA AD EVNDEM PRECATIO GVALTERI BRVEL.

Sed quoniam hactenus quomodo temporalis vita à grauissimorum morborum incursibus atque iniuriis sit liberanda, pro nostro modulo significauimus, quam modis infinitis excedit vita æterna, vt ea posthac nobis quoque frui liceat, supplices genibus tum corporis, tum animi ante thronum maiestatis tuę procumbentes, æterne Deus, te medicum æternum inuocemus, vt post hanc vitam ærumnosam, æterna tua nobis gaudia concedas.

CREATOR omnium Deus, qui exposuisti omnium oculis vniuersam hanc mundi machinam, eamq; longè pulcherrimã, in qua mirabilia tam multa produxisti, quæ sapientiam tuam mirabilem, potentiamq; infinitam; gloriam denique atque bonitatem incomprehensibilem declarant tuam erga nos, & quidem tantam, vt nullus mortalium reperiatur, nisi brutis annumerari debeat, qui nõ mirum in modum miretur amplitudinem cælestium orbium, infinitamq; eorum dimensionem, stellarumq; multitudinem innumerabilem, earundemq; mirabiles virtutes, tum motuum admirãdam constantiam, vereq; stupendas leges, quæ singulis dispensa-

te

te ſunt à te ab initio in ſempiterna ſecula. Et quidem hæc omnia, infinitáque alia, noſtra ſolùm cauſa à te formata ſunt, inter quæ mundi creata non eſt vel vnum ne eorum quidem quæ nobis vicina ſunt, ſi penitiùs introſpicere velimus, quod non mirabiliter in contemplationem ſui rapere poſſit. Imò quæ nullo tu perfeciſti negotio, Domine, ordinem habent tam admirabilem támq; iucundum decorem, virtutesq; tam potentes, vt ſatis admirari atq; cõtẽplari pro dignitate nequeamus. Imò tanto fulgore mentis aciem perſtringũt permulta eorum quæ à te perficiuntur Domine, vt plurima eorum quaſi intacta relinquere cogamur, atq; cum ſtupore quaſi abſcedere, cùm ſtupenda atq; mirãda dici poſſint de rebus tuis etiam minimis, Domine. Quis enim oculi fabricam naturãq; ſupra modum non admirabitur? cuius mirabilis natura atque fabrica, in ſto volumine explicari vix poteſt etiam ab homine eloquentiſſimo. Quis rurſus cauſam ortus aquarũ tam copioſarum è viſceribus terræ continuò ebullientium reddere poterit plenariè? Quis non admirabitur huiuſmodi ſpectaculum, cùm per ſecula huiuſmodi fluxus conſtanter perſeuerent? vti enim ante ætates plurimas, ita & hodie ebulliunt aquæ, idq;, quod magis quoque mirum eſt, non in vno ſolùm hoc ſpectaculum videtur loco, ſed in infinitis paſſim locis per vniuerſum terræ ambitum. Cùm igitur infinitus ſit operum tuorum mirabilium, Domine, numerus, quorum mira gratiſſimaq; varietate, mirificè mentem noſtram rapis in tui conſtantiſſimum amorem atq; admirationem plus quàm humanam, te magnum Deum auctorem tùm horum, tùm omniũ aliorum mirabilium eſſe pia mente confiteor atque aſſero. Verùm, ſi ſic parua

Digitized by Google

miramur tua opera Domine, nónne meritò te qui omniæ reliqua modis infinitis pulchritudine tua, atque gloria ſempiterna excellis, etiam vſque ad ſtuporem reuereri, amare atq; timere cõuenit; tibiq; à nobis omnis laus, honor & gloria attribui meritò debet? Cùm autem à plurimis magnorum operum tuorum ignaris negligatur pia veraq; gloria tua, mentibus hominum inſerere, æterne Deus, deſiderium cognoſcendi tum te, tum opera tua, quæ nimium ſunt mirabilia atque diuina. Hoc enim expertus ſum in ipſa veritate, creator meus Domine, quòd quiſquis guſtauerit delicias mẽtis quæ ex admiratione illa tuorum mirabilium operum capiuntur in hac lachrymarum valle, intelligit ſupra captũ omnem mirabiles eſſe delicias, quas præparaſti filiis hominum poſt hanc vitam, vbi facie ad faciem videbimus te auctorem vitæ mirabilem omnium horum mirabilium, cuius intuitum mortalium oculos nõ poſſe intueri præ nimia maieſtate, nequaquam mirum eſt: ibi nobilis hæc Dei creatura æternitati à te deſtinata, quã miſello hoc corporis mei ergaſtulo quaſi cõpedibus detineri certò firmitérque credo, miſeriis omnibus quibus quidem & cum gemitibus quotidianis nunc oneratur, planè exonerabitur. Gratiáſque tibi ago ô gloria æterna, cuius laus in æternum permanet, quòd me participem aliqualiter facere placuerit mirabilis dulcedinis, quæ ex contemplatione mirabilium operum tuorum percipi ſolet ea piè contemplantibus, in quibus aliquando obſtupeſcit anima mea, quòd cauſam hinc mihi dederis, quòd te mirabilem horumq; mirabilium operum auctorem, multò magis admirari didicerim, quàm vmquam aliàs fortè eram facturus: mirè equidem hæc ſobriè cognita ad Dei gloriam de-

decantandam, proficiunt contemplantibus in veritate; de quibus quoque ſemper loqui, cogitare, tibiq́ gratias agere mirum in modū mihi dulce eſt. In iis enim inuenitur mi- rabilis tuæ laudis, amoris atque cōfeſſionis materia vberrima Domine: quis enim præſtantis artificis opera admirari poterit non reuerendo eorum auctorem? Tu Domine Deus noſter ſis benedictus in omnibus operibus tuis, tibiq́ honor & gloria cedat ab omnibus tuis creaturis, tuamq́ inæſtimabilem ſapientiam atque bonitatem concelebrent in omni æternitate. Tu Domine Deus vniuerſæ creaturæ, qui es in omnibus creator mirabilis, qui gloria es regum terræ, dominatórque omnium in virtute tua, qui intueris abyſſos, & intima terræ illuminas, cui nihil occultum eſt eorum quæ futura ſunt, nihilq́ præteritorum in obliuionem venit, cùm vtrumq́ præſens ſit tibi ô æterne Deus, cōcede propitius, vt omni qua poſſum humilitate tibi quietè iugiterq́ ſeruire mihi liceat omnibus dieb. vitæ meæ, vtq́ tuam deitatem piè collaudare poſſit anima mea in hoc graui corporis ergaſtulo pro mea tenuitate. Vtinam in ſpiritu & veritate tibi gratiarum actiones perſoluere poſſem pro omnibus quæ tribuiſti mihi Domine omnibus diebus vitæ meæ! Te rogo Domine qui ſaluas omnes ſperantes in te, vt me benedicere digneris benedictione tua æterna, ô æterne Deus, vt bene ſit animæ meæ, vtq́ in viis mandatorum tuorū ambulare poſſim omnibus diebus vitæ meæ: ſic equidem à te replebitur anima mea ea dulcedine tuæ gloriæ, quam neque oculus vidit, neque auris audiuit, neque cor hominis vnquam comprehendere potuit. Sic denique ſpiritus meus cū ſpiritu Domini, indiſſolubili vinculo vnietur per omnem æternitatem, tuncq́ demum ſa-

Digitized by Google

tiabitur anima mea, quam nihil alioqui præter te, Domine, ſub cælo, aut ſuper cælos ſatiare poteſt: ita enim mirabilis atque magna creata eſt à te mirabili magnóque Deo anima mea. Abſque omni autem dubitatione tibi fidens, æterne Deus, qui cuncta tua virtute omnipotenti viuificas, ſtabo ſuper ſpeculam, ibiq; excubias agam, expectabóque aduentum tuum, Domine, ſicutq; mater lugens ſuper vnigenito vteri, renuam conſolari, quotidianiſq; non deſinam, Domine, ſuſpiriis atq; gemitibus exoptare diem illum particularis iudicij, in qua die ſumma cum fiducia ſpero me viſurum reuelata facie tuam deitatem, tuncq; ad plenum ſatiabitur anima mea cùm manducare dabitur mihi panis æternus in regno Dei, vbi labia noſtra confitebuntur nomini tuo laudes in ſeculum, & in ſeculum ſeculi. Hoc quoque mihi concede, pie Domine, vt cum timore, atque amore tuas laudes iugiter decantare poßim omnibus diebus vitæ meæ, vtq; amore plus quàm humano ardeat te anima mea, tibiq; canticum gloriæ, ſacrificiúmque laudis pſallat in omni tempore, vtq; intelligere valeam tuam voluntatem in omnibus quæ ſignificaſti nobis per ſacrum verbum tuum, & ne meam patiaris perditionem, Domine, qui ex vtero matris meæ formaſti me. Concede mihi cor mundum, animámque mundam, & cùm magnus ſit miſeriarum noſtrarum numerus, compeſce hoſce fluctus tribulationis quibus in dies perturbamur, Domine, & erue me ab anguſtiis & peritulis huius turbulenti maris mundani, & ad hunc me deduc portum, vbi beatorum ſpiritus nimium felices, tibi incorporati, æterna vita fruuntur, tecumq; regnant, atque per omnem æternitatem regnabunt. Tu, æterne Deus, qui bene velle

mihi

Digitized by Google

mihi conceſsiſti, concede etiam perficere vt poſsim, & in die tribulationis talem concede animi conſtantiam, vt non perturbetur anima mea ab iis qui odio habuerunt me gratis, & ab homine malo atque inſidioſo, confuſionémque meam quærente, & à lingua doloſa, animáque mendaci libera me, pie Domine. Concede mihi, te rogo, æterne Deus, per viſcera miſericordiæ tuæ, portionem æternæ hæreditatis tuæ in reſurrectione prima atque in die particularis iudicij, vbi à compedibus huius ergaſtuli tuo iuſſu liberabitur anima mea; tunc equidem ſecurus ero à timore atque tremore, in die illa magna atque tremenda, in die illa calamitatis & miſeriæ, quando cæli mouendi ſunt & terra, & quando æternus Dei filius, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, venturus eſt cum gloria iudicare viuos & mortuos. Concede mihi, ô Rex gloriæ, vt in omni æternitate cum omnibus angelis & archangelis, cum thronis & dominationibus tibi iugiter decantare mihi liceat hoc canticum gloriæ: Laus, honor & gloria illi qui ſedet in excelſis per omnes æternitates benedictus, quíque iugiter per cuncta ſecula regnat.

FINIS.

Digitized by Google

IOH. IAC. VECTENSIS
MED. DOCTOR.

Τῆς μεθόδου ἔσις πρῶτ@ θησαυρὸν ἔδειξεν
Ἀνθρώποις, αὐτὸς πᾶν τεχνῶν κλεῖδα δίδωμι,
Καὶ τὸν πρὶν πρηχμὸν, ἢ δύσκολον οἶμον ἐπ' αὐτὰς,
Τῷ δὲ καλῷ δώρῳ ῥᾴδιόν θ' ἁμαλόντ' ἐποίησεν.
Τιὼδ' ἄρα τοι βίβλον, σπουδαίῳ ἔργον ἰήσθου
Βρυέλλα, χαρίεντι νοῷ αἰσγνώσκειν παῖδες
Ἰήτρων· ὁ γὰρ ὀρθῶς, μεθόδῳ τε διδάσκειν
Πειρᾶται, φύσιάς τε, τόπους, συμπλώματα γνῶναι,
Αἴτια, σημείωσίς, παυσῖά τε φάρμακα νοσῶν.
Ἔσαι ὑμῶν ὄφελ@, τῷ δ' αὖτ' ἐμοὶ κλέ@ ἔσω.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
MORBORVM OMNIVM
quorum
DESCRIPTIO ET CVRATIO
hoc libro.

A.

Anasarca 363
Angina 174
Apoplexia 80
Arthritis seu Articularis morbus 438
Ascites 364
Asthma 194
Auditus grauitas 144
Aurigo 318

B.

Bilis effusio 318

C.

Calculus renum 375
Cardialgia 269
Caros seu Veternus grauis 91.
Catalepsis seu Cõgelatio 100
Catarracta seu suffusio 125
Catarrhus 162
Chiragra 438
Colica atq. Iliaca passio 351
Conuulsio seu spasmus 69
Cordis palpitatio 229
Coxendicis dolor 438
Cruditas Ventriculi 278

D.

Debilitas Ventriculi 299
Destillatio seu Catarrhus 162
Diabetes 387
Distensio 69
Dolor stomachi 269
Dysenteria 339
Dyspnœa 194

E.

Effusio bilis 318
Epilepsia 59

F.

Fauciũ inflammatio 174
Fluxus mensium nimius 405
Fluxus mensium suppressus 417
Furor 107

G.

Gallicus morbus 447
Genogra 438
Grauitas auditus 144

H.

Hæmorrhagia 152
Hæmorrhoides sanguinẽ fine modo fundentes 396
Hemicranea 1
Hepatis debilitas 299
Hepatis obstructio 289
Hydrops 363

Digitized by Google

Hypochondriaca melancholia 35
I.
Ictericia 318
Iliaca & Colica passio 351
Imbecillitas Ventriculi 278
Incubus 52
Insania 107
L.
Lethargia seu Vetemus 91
Lienis tumor 308
Lipothymia 239
Lippirudo 133
Lues Venerea 447
M.
Mania seu insania 107
Matricis præfocatio 388
Melancholia 24
Melancholia Hypochondriaca seu Flatulenta 35
Menses nimium suppressi 417
Mensium nimius fluxus 407
Morbus articularis 438
Morbus Gallicus 447
Morbus Regius 318
O.
Ophthalmia 133
Oppilatio hepatis 289
Orthopnœa 194
P.
Palpitatio cordis 229
Paralysis 12
Paraplexia 13
Peripneumonia 163
Pestis 458
Phrenitis 114
Pleuritis 206
Podagra 438
Præfocatio uteri 428
R.
Regius morbus 318
Renum læsio 387
S.
Sanguinis profluuium è naribus 152
Sanguinis sputatio 219
Singultus 259
Spasmus 69
Splenis tumor 308
Stomachi dolor 269
Suffusio seu Cataracta 125
Syncope 239
T.
Tumor splenis 308
Tussis 184
Tympanites 363
V.
Venerea lues 447
Ventriculi dolor 269
Ventriculi cruditas 278
Vermes 329
Vertigo 45
Veternus 91
Uteri præfocatio 428

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google